SERMONES, SIVE ENARRATIONES, IN EVANGELIA,

De Tempore, ac Sanctorum festis. Qui Thesaurus Nouus vulgò vocantur.

PETRO DE PALVDE AVTHORE.

Pars Æstiualis.

Exactissimè & fidelissimè denuò recogniti.



LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.
SVB SCVTO VENETO.
1589.

EVANGELICARVM ENARRATIONVM THESAVRVS nouus, ad Christianæ decus pietatis denuò recognitus.

DOMINICA PASCHÆ.

Quibus argumentis piæ mulieres amorem suum erga Christum iam mortuum sint testatæ. Et quo mystico vnguento, quique Christum possint vngere,

ENARRATIO I.



Vrrexit, non est hic. Marc. vlt. ¶ In summa euangelij duo innuuntur. Primò, mulierum feruens dilectio. Secundò, resurrectionis Christi euidens approbatio. Primum, ibi, *Nolite expauescere.* Secundum, ibi: *Et respicientes viderunt, &c.* Primo dixi innuitur mulierũ feruens dilectio. Illa patet in tribus. Primò, in obsequij assiduitate. Secundò, in temporis maturitate. Tertiò, in animi virilitate. De primo dicitur Prouerb. 17. Omni tempore diligit qui amicus est, sc. verus & fidelis, scilicet in vita, in morte, & post mortem. Sic & istæ mulieres in vita sequebantur Christum, ipsi, s. ministrantes. Matth. 27. in morte, scilicet tempore passionis erant illi compatientes. Luc. 23. Post mortem autem quærebant eum vngere volentes. Sequebatur enim eum crebra multitudo mulierum ei ministrantium, & maximè passionis tempore deplangentium eum: inter quas erant illæ tres Mariæ, de quibus Marc. 15. quæ ementes aromata post mortem eum vngere volebant. Marc. vltim. O quàm rara est talis fidelitas! Prouerb. 20. Multi homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet? Sed heu iam hodie impletur illud Ecclesiast. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Istæ verò fideles etiam in necessitate, id est, tempore passionis, & post mortem repertæ sunt, quia post mortem *emerunt aromata, vt venientes, &c.* Ecce vera fidelitas & dilectio. Dicit Gl. ꝙ statim sepulto domino *emerũt aromata*, & quandiu licuit operari in parasceue, s. ad solis occasum, vnguenta parauerũt, vt tangit

Lucas: sed explere non potuerunt propter temporis breuitatem. Mox autẽ *dum transisset sabbathũ*, festinauerũt emere plura aromata (dicit Marcus) *vt venientes vngerent Iesum*. Istę mulieres dubitauerunt de eius diuinitate, putantes ipsum fuisse purum hominem, sed sanctũ: non tamen deũ, quia audierũt eum clamãtem feria sexta, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod non est intelligendũ, ꝙ diuinitas dimisisset humanitatẽ: sed intelligitur, ꝙ diuinitas in Christo non defendit humanitatẽ in passionę plus, q̃ si non fuisset ei vnita; & ita dirã patiebatur mortẽ ac si fuisset tantùm homo & non Deus. Et hoc videntes, & mysterium non intelligentes dictæ mulieres dubitabant de eius diuinitate: & sic non habebant fidem de eius resurrectione. Ideo *Venientes* à sepulchro parauerunt aromata, & festiuitate finita *emerunt* adhuc plura. Ecce quanti meriti est pietas & misericordia. Licet enim dictæ mulieres perfectã fidẽ non habuerint, quia tamẽ opus pietatis impendere voluerunt, meruerunt nõ solũ angelos videre, sed etiã Christũ ante discipulos. ¶ Sed diceres: Cur Maria mater Christi non associauit se eis? Resp. Maria mater Christi nõ iuit ad sepulchrũ cum illis. Primò, quia sciebat illud sanctissimũ corpus aromatibus non indigere, eo ꝙ in sepulchro non putresceret, quia diuinitati vnitũ fuit, & celeriter resurrecturum. Secundò, quia cæteris euntibus ad sepulchrũ iã filius Dei resurrexerat & ei apparuit, vt ait Sedulius. Et Ecclesia hoc approbat per antiquam consuetudinem Romæ per summos pontifices hactenus introductã, & laudabiliter obseruatã: vt Papa primã stationem faciat hodie ad sanctã Mariam maiorem. Et meritò ei primò apparuit. Primò, quia fides de diuinitate in ea sola inconcussa permansit. Secundò, quia in passione eius ipsa maximè conturbata & dolorosa fuit. Tertiò, quia deus præcepit honorare patrẽ & matrẽ: quod non fecisset, si ei primò non apparuisset. Quartò, quia ipsa super oẽs alios maiori desiderio resurrectionem expectabat: & ipsa prima omniũ eum adoratione latriæ adorabat. Ideo dignũ erat, vt prima respiceret regressum ab inferis & à mortuis resurgentẽ. ¶ Secundò, earũ feruens dilectio probatur ex superfluitate. Nã dicitur Io. 19. ꝙ Ioseph & Nicodemus sepelierunt dñm cũ aromatibus, quia Nicodemus attulit mixturã mirrhæ & aloës ad centũ libras, & illæ mulieres adhuc amplius voluerunt emere, nõ putãtes priora sufficere ad vngendũ corpus Iesu. Quia

Quia hæc propria conditio amoris eſt ; vt quod amans per ſe impedit amato, non putet eſſe factũ. Tertiò, commendatur earũ dilectio à tẽporis maturitate. De quo ſubdit in textu: *Et valde mane vna ſabbathorũ*, i. prima die poſt ſabbathũ. Et bene in ſcripturis vna dicitur prima, vt habetur Ge. 1. Factũ eſt veſpere & mane dies vnus, i. primus. *Venerunt ad monumentũ orto iam ſole.* Vbi Aug. i. ſole ad horizontẽ appropinquãte. Non ꝙ ſol ortus fuiſſet ſuper omne hemiſpheriũ noſtrũ. Et hoc eſt quod dicitur Ioã. 20. Cùm adhuc tenebræ eſſent. Et Lu. 24. ꝙ diluculo venerunt ad monumentũ. Ecce feruor mulierũ. non timebant tempore nocturno accedere corpus mortuum, quia vt dicit Alber. Nõ timebãt corpus mortuum nec tenebras noctis, nec armatos milites, quia dicitur 1. Io. 4. Timor non eſt in charitate : ſed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Quartò, commendatur eorũ dilectio à virilitate animi, quia non cogitauerunt nec timuerũt milites circa ſepulchrũ vigilantes & ipſum cuſtodiẽtes, nec cogitauerunt de magno ſaxo reuoluẽdo ad oſtiũ & ſigillato, ſed cùm eſſent in via, prope ſepulchrũ, tũc primò incidit eis cogitatio de lapide, *& dicebant ad inuicẽ: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumẽti?* ¶Sed diceres: Cur nõ aſſumpſerũt Petrũ, Iacobũ, & Ioãnẽ? Reſp. Diſcipuli timebãt, ne caperẽtur à militib' quaſi volẽtes furari corpus Chriſti. Sed hæ mulieres habuerunt fortẽ & perfectã dilectionem, ita ꝙ nec mortẽ timerẽt. Iuxta illud Cãt. 8. Fortis eſt vt mors dilectio, & 1. Cor. 13. Charitas omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Dicitur in textu. *Emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.* ¶Vbi ſciendũ ꝙ tres ſtatus ſaluãdorũ ſignificati p tres Marias quæ quærebant vngere dñm. Primò Maria Magdalena ſignificat pœnitentes. Et merito pœnitens dicitur Maria, i. mare amarũ, iuxta illud Thre. 1. Magna enim velut mare cõtritio tua. Illorũ aromata ſunt dolor cordis, pudor cõfeſſionis, & labor ſatisfactionis. De primo dicit Pſ. 50. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus. Et eſt deo gratũ vnguentũ figuratũ per vnguentũ Mariæ, Ioã. 12. Tota domus impleta eſt ex odore vnguenti. Quod vnguentũ ita acceptũ erat Chriſto, ꝙ excuſaui[illegible]ſam apud diſcipulos propter Iudam dicens. Quid mole[illegible]ſtis huic mulieri ? Mar. 14. Sic contritio facit nos acceptos deo. Dan. 3. In animo contrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Hæc aromata debes colligere in horto cognitionis propriæ vilitatis, ſecundum illud Pſal. 41. Ad

meipsum anima mea conturbata est. Nam dicit Ambr. Tantò quis amplius dolet, quantò se magis agnoscit. Et debet hoc vnguentum confici de myrrha & aloe, vt fecit Nicodemus, quæ sunt herbæ amaræ: ad designandum, ꝙ nullũ debet esse peccatum quod non per contritionem displiceat, dicendo cum Ezechia Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et hoc est vnguentũ cordis sine quo non sanatur vulnus mentis, vt dicit Hier. Nulla culpa delebitur, nisi tristitia anxietur. ¶Secundũ vnguentum est oris confessio. Et ad hoc conficiendum herba debet recipi in horto humilitatis, & debet confici illud ex nardo, de qua Cant. 1. Nardus mea dedit odorẽ suũ. Nam sicut nardus est herba parua & valde odorifera: sic & humilis confessio & propria vilificatio valde placet deo. De quo Greg. Quantò quis sibi vilior, tanto Deo charior. Nam hoc vnguentum sanat vulnera animæ, de quo Ps. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã domino, &c. Nam dicit Isid. Confessio sanat, confessio iustificat, confessio veniã impetrat: & dicit Ps. 50. Cor contritum & humiliatũ Deus non despicies. Tertium vnguentũ pœnitentium debet esse satisfactio operis: quia dicit Richar. In criminalium purgatione opus est satisfactione. Non est enim satis, mala non agere, vt dicit Aug. nisi quis studeat bonis operibus insudare. in Cle. de pœn. ca. cupientes. Hæc herba debet colligi in horto propriæ voluntatis & arbitrij. Sicut enim voluntariè peccauimus, sic & pœnitere & satisfacere debemus. Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et hoc vnguentum debet confici ex thure, Cant. 4. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? Nam thus est aroma redolens: sic & vera satisfactio valde redolet coram Deo. Ideo scribitur Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Ratio, quia dicit Greg. Qui propria mala committit, necesse est vt per propriam pœnam diluat, eo ꝙ secundũ Aug. nullum malum impunitũ. Hæc autẽ omnia tria habuit Maria Magdalena. Nam ipsa lachrymas fudit ex dolore contritionis, ipsa conuiuantes non erubuit ratione pudentiæ confessionis, ipsa pedes Christi lauit, tersit & vnxit in memoriam sanctificationis, vt de ea dicit Greg. Quot habuit in se oblectamenta, tot inuenit in se holocausta, quæ & omnia

omnia debet habere vetus pœnitens, iuxta illud Mich. 4. Dole & satage filia Sion. Et meritò vnguentũ satisfactionis debet confici de thure deuotionis. Nã deuotio vt dicit Richar. est in anima sicut mel in cera. Secunda fuit Maria Iacobi, & significat proficientes, eo ꝙ Iacobus interpretatur supplantator: sic & proficientes debẽt supplantare peccata, & luctari cõtra illa. Et proficiens anima meritò dicitur Maria Syriace, quasi domina: quia necesse est proficiẽtibus dominari passionib. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Vbi sciendum, ꝙ proficientes debent habere triplex vnguentũ, quod debet confici ex amarissimis speciebus & herbis quas recipient ex horto proximi, s. cõsiderando omnes defectus eius & miserias, vt exinde vnguenta & medicamina salutaria conficiãt. Nã primò habere debent vnguentũ cordis, i. compassionem proximo exhibendã. Rom. 12. Flete cum flentibus. Et Gal. 6. Alter alterius onera portate. Quod fecit Apost. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Sic fecit Iob 30. Flebam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. Secundò, debet habere vnguẽtum oris, s. proximum consolando, instruendo, corrigẽdo & exhortando ad ædificationẽ vitæ, eo ꝙ scribitur Iac. vlt. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ, animam eius saluabit à morte. Ideo si vides fratrẽ errãtem, corrige eum. Iuxta illud Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, s. compassiuè, vt habetur in Cano. 45. dist. vera. Vera iustitia cõpassionem habet, falsa verò dedignationẽ. Et si correctionem non suscipit, ora Deum pro eo. Et si ignarus fuerit, instrue eum: quod docet Apost. Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Tertiò, proficientes debent habere vnguentũ operis, s. misericordiã in effectu, 1. Io. 3. Non diligamus verbo neq; lingua: sed opere & veritate. Amb. Pasce fame morientem: si nõ pauisti, occidisti. Hæc omnia aromata debent emi nũmo charitatis, iuxta illud 1. Cor. 16. Omnia vestra in charitate fiant. Tertia Maria fuit Salome, & significat statũ perfectorũ vel contemplatiuorum, quæ fuit mater Iacobi Maioris & Ioannis. Hæc postulabat regnum filiis, Matth. 20 Sic contemplatiui non occupantur nisi circa regnum Dei, quia sunt illi de quibus Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. Nam Salome interpretatur pacifica. Sic enim & contemplantes intra se

pacifici à tumultu seculi separati solis cœlestibus intenti sunt. Et meritò vocantur Mariæ i. illuminati. Vnde animæ cõtemplatiuæ dicitur illud Isa.60. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini, &c. Tales debent conficere vnguentum de balsamo, i. de omnibus beneficiis à Deo collatis, & debent recipere de horto Saluatoris omnia beneficia eis impensa meditando, & triplex vnguentũ inde conficiendo, s. cordis, oris & operis. Primò debent habere vnguẽtum cordis, & est deuotio. Quod vnguentum valde placet Deo, vt dicit Cassianus: Melius est deuotum in minoribus, quàm sine deuotione in maioribus operibus inueniri. Secundum est vnguentũ oris, & est gratiarum actio de omnibus operib. Deo referenda, Tob.4. Omni tempore benedic Deum, s. in prosperitate & aduersitate, vt docet Chrys. Admoneo vos vt in omnibus benedicatis Dominum: si venerint mala, benedicite, & dissoluentur: si bona, vt perseuerẽt: quia dicit Cass. super Ps. Meliora meretur suscipere, qui collata bona ingratitudine probatur nõ amittere. Tertium vnguentum est omnium illorum perseuerantia, vt in his exercitiis bonis, homo nõ frãgatur tædio, nec statuat sibi terminũ, sed semper tendat in melius, quia in spirituali profectu non est status. Nam vt dicit Aug. Vbi dixisti sufficit ibi defecisti: quia vt habetur Leu.3. Nullũ animal debet deo offerri sine cauda: ad designandũ, ꝙ nullum opus bonum est meritorium sine perseuerantia, vt dicit Chrys. Tolle perseuerantiam, & nullum obsequium habet mercedem. De quo Greg. Incassum bonũ agitur, si ante terminũ vitæ deseratur.

Per quæ indicia Christi vera resurrectio sit astructa.

ENARRATIO II.

Dixi, secundò subiungitur resurrectionis euidens approbatio, ibi *Et respicientes viderũt reuolutũ lapidem.* Hoc enim erat euidens signum resurrectionis. *Erat quippe magnus valde.* ita quòd nullus violenter aut latenter corpus domini auferre potuisset, propter custodiam militum. Ideo dicit Albert. quod mulieres sanctæ erant admiratæ, quia nesciuerunt à quibus lapis esset reuolutus, sed tamen gaudebant, quia erat reuolutus, per quem crediderunt se impediri ab vnctione domini. Timidæ autem erant, si corpus esset in sepulchro, ne Iudæi aliquod indecẽs essent operati. Nam hæc est conditio amoris, iuxta illud poëticum:

Res est solliciti plena timoris amor.

Sed

Sed diceres, Quomodo fuit amotus? Respondet Mat. 28. Angelus domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, &c. Beda: Non vt egressum domino panderet, sed vt euidens signũ resurrectionis daret. Nam antequam angelus domini lapidem reuolueret, iam dominus de clauso tumulo exierat. Secundum signum resurrectionis tangit, dicens: *Introeuntes monumentũ viderũt iuuenẽ sedentem in dextris*, i. angelum in persona iuuenis. Vbi Greg. Sessio significat quietem æternæ regnationis: sed per dextram figurabat vitam & beatitudinem æternam, ad quam dominus redemptor noster de corruptione vitæ præsentis transierat. *Coopertum stola candida*, Vbi Seuerinus: Stola ista non erat ex materiali vellere, sed fuit quædam resplẽdentia ex virtute speciali angeli ad similitudinem vestis albissimæ. Greg. Candor vestis candorem significat nostræ festiuitatis & solennitatis. Nam conditio nuntij est, vt appareat in tali veste sicut est legatio. Subdit: *Qui dicit illis: nolite expauescere*, quasi dicat: Isti paueãt qui non amant aduentũ ciuium supernorũ: quare expauescitis, cùm vestros conciues videtis? Paueat Iudas, Pilatus & Herodes, & Iudæi qui fuerũt in morte Christi rei & culpabiles. *Iesum quæritis crucifixum.* Ecce angelus ita propriè eundẽ describit, vt eum surrexisse ostẽdat, aduersus quẽ Pilatus mortis sententiã tulit, & cui titulum causæ eius inscriptum supraposuit: *Surrexit, non est hic, ecce locus vbi posuerunt eũ*, quasi diceret: si non creditis verbis, credite vacuo sepulchro. *Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæã, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* Mat. 28. & habetur Zach. 9. Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Et Marc. 14. Postquam autem surrexero, præcedam, &c. Et signanter nominauit Petrum, cùm inquit: *Dicite discipulis eius & Petro*: ideo, quia propter nimium timorem discessionis eius & abnegationis nõ fuisset ausus venire ad Christum. Et ex hoc quod dicitur: *Dicite discipulis eius & Petro*, innuitur ꝙ mulieres primò nuntiauerunt resurrectionẽ dominicam. Et meritò, primò, quia sicut mulier Eua nuntiauit mortem Adæ in pomo: econtra istæ nuntiauerunt vitam in Christo. De quo Rab. Sicut mulier fuit nuntia mortis, sic & vitæ: iam enim non potest homo conqueri de muliere quia si prima dãnauit, secũda saluauit, tertia vitam nuntiauit. Si prima fuit causa mortis, secunda fuit causa vitæ, tertia nũtia salutis æternæ. Nã sicut angelus malus per primam dedit occasionem ruinæ: sic per secundam

angelus bonus nuntius fuit reparationis diuinæ: sic & istas mulieres nuntias fecit resurrectionis dominicæ, & per consequens nostræ salutis æternæ. Quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabũtur, 1. Cor. 15. Nota super isto verbo, *surrexit*, quia vt dicitur Io. 20. Oportebat Christũ resurgere. Vbi dicit S. Tho. parte 3. dist. 53. ar. 1. Necessariũ fuit Christũ resurgere propter quinque causas, & potest etiã sexta assignari. Primò, propter diuinæ iustitiæ cõmendationem, ad quã spectat exaltare eos qui se humiliauerunt propter Deũ, secundum illud Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabitur, sed quia Christus propter charitatẽ hominis & obedientiã patris se humiliauit vsque ad mortem crucis: Philip. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, &c. Propter quod Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ. Secundò, ad fidei nostræ instructionẽ. Est autẽ fides nostra de diuinitate & humanitate Christi, nõ enim sufficit vnũ credere sine altero. Ideo ad hoc vt cõfirmaretur fides diuinitatis ipsius, ipsum oportuit resurgere: ideo iam tũc antequã resurrectionẽ suã manifestauerat, dubitauerũt duo discipuli, Lucæ vlt. dicẽtes: Nos sperabamus quod ipse esset redempturus Israel. Ideo Beda: Perditus esset fructus passionis, si non adesset veritas resurrectionis. Tertiò, ad nostræ spei subleuationẽ: quia dũ videmus Christũ resurgere (qui est caput nostrum) speramus & nos resurrecturos, dicendo cum Iob 19. Scio, s. per certitudinem fidei, quòd redẽptor meus viuit, i. Christus à mortuis resurgẽs, & ideò in nouissimo die de terra surrecturus sum, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Ideo 1. Cor. 15. Si Christus non surrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabũtur. Ioã. 11. Ego sum resurrectio & vita. Gre. 14. Moral. c. 94 Redemptor noster sustinuit mortem, ne mori timeamus. Ostendit resurrectionem, vt nos resurgere posse consideremus. Quartò, propter suam sanctificationẽ, quia indignũ erat vt sanctus sanctorũ teneretur à morte, Act. 2. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illũ teneri ab eo, iuxta illud Ps. 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctũ tuum videre corruptionem: & hoc propter præsentiã diuinitatis in eius corpore existẽtis.

Quin

Quintò. propter Euang. prædicationē. Luc. vlt. Et sic oportebat Christū pati & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionē peccatorū in omnes gentes. Et vt Tho. inquit, ad informationem vitæ fideliū. Ro. 6. Quoniam Christus à mortuis resurrexit per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et infrà, Christus resurgens ex mortuis iā nō moritur vltra: ita & vos æstimate mortuos esse peccato, viuentes autem Deo. Sextò, propter nostram iustificationē. Ro. 4. Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationē nostrā, vt sicut per suā mortē mortui sumus peccato, sic & per suam resurrectionē iustificati à peccato iustitiæ viuamus. Ephes. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Nā sicut Christū nascētē imitari debemus nascendo spiritualiter, sic Christo morienti cōmori & cū resurgēte resurgere debemus spiritualiter. Dicit nanque Ber. Omnia quæ de Saluatore legimus in serie scripturarū, sunt medicamenta animarū. Videamus igitur vt quomodo Christus surrexit à corporali, ita & nos à morte spirituali, i. à vitiis resurgamus. De quo Rich. de S. Vict. Non prodest Christi resurrectio, nisi secū resurgamus à vitio. Vbi notandū ꝙ Christus surrexit multis modis. Primò, subtiliter clausis sigillis sepulchri, & hoc potest probari natura & figura. Secūdò vtiliter, tertiò veraciter, quartò velociter, quintò potenter, sextò integraliter, septimo triumphanter. Dixi primò, surrexit subtiliter sine resistentia ad modū solis, iuxta illud 2. Mach. 1. Refulsit sol qui prius erat sub nubilo. Nā sicut corpus solare est ita subtile, ꝙ nihil potest ei resistere, quin surgat omni mane: ita Christus verus sol iustitiæ, est tam subtilis in corpore glorificato, ꝙ potuit resurgere sine aliqua resistentia sepulchro clauso manente. Et hoc potest probari primò in natura. Sicut enim dicūt naturales, flos cāpi est quidam flos nobilis, habēs asperum stipitē & quinque folia rubea, & potest naturaliter exire terrā sine læsione ipsius penitus & apertione. Mysticè, iste flos significat Christum, qui pertulit asperitatem crucis, & habuit surgendo quinq; rubea folia, i. quinque vulnera passionis. Quid ergo mirum est, si corpus Christi glorificatum potuit pertrāsire duritiem lapidis, cùm ille flos potest de terra naturaliter germinare sine ipsius apertione & læsione? Quid igitur miramur, si corpus glorificatum penetrat lignum, ferrum, vel lapidem, cùm in

hyeme

hyeme glacies vel lapis præcisus calefactus nonnunquam remittat & exūdet aquā?Et cùm hoc naturaliter quidē fiat, quantò magis per diuinā potentiā corpus Christi glorificatū potuit pertransire duritiē lapidis ipso inuiolato? Idcirco errāt pictores depingētes figurā resurrectionis cum figura angeli lapidē reuoluētis, non enim Christus eius adiutorio indiguit. Nam tres Marię dixerūt: *Quis reuoluet nobis lapidem?* Mar. vlt. Angelus domini desc. de cœlo, & accedēs reuoluit lapidem, & sedebat super eum, dicens mulieribus: Nolite timere: scio enim quòd Iesum quæritis crucifixū, surrexit, non est hic. Matt. 28. Item probatur figura Ionæ 2. qui cùm proiectus est in mare, deglutiuit eū cetus, & erat tribus diebus & noctibus in ventre ceti. Sic & filius hominis in corde terræ incorruptus. Psal. 15. Non dabis sanctū tuum videre corruptionē. Meritò ergo gaudere debemus hodie nos fideles, quia etiā in subtili corpore resurgemus, 1. Cor. 15. Seminatur animale, surget spirituale, i. subtile totaliter subiectum spiritui: ita quod vbi velit spiritus, protinus erit & corpus. Econtra verò mali non resurgent cum subtili corpore, sed grosso. 1. Cor. 15. Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur, per dotes, s. glorificati corporis, q. d. licet resurrectio sit cōmunis, non tamen modus siue terminus, quia soli boni ad gloriā resurgent. Sic spiritualiter & nos hodie debemus subtiliter resurgere, deponentes omnes grossitias cuiuslibet corruptibilitatis, cogitationū, locutionum, & operationum. Eph. 4. Vos autem ita didicistis Christum, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinā conuersationē veterē hominē, qui corrūpitur secundū desideria erroris: quasi dicat, si prius secularitèr & carnaliter vixistis, nunc spiritualiter viuite, Colos. 3. Si consurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedēs, quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terram. Et hoc patet in prima litera huius verbi surrexit, quæ est S. Secundò, surgit Sol corporalis vtiliter sine negligentia, quia educit flores de terra, & hoc patet per secundam literā, s. V. Sic & Christus surrexit vtiliter, quia flores spirituales, i. sanctorū patrum animas de terra eduxit tenebrarum. Et hoc declarat Aug. in serm. Paschali: Sicut pāthera triduo dormiens, cùm surgit, odorē ita suauem de ore emittit, vt quæcunq; animalia illum senserint, ipsum sequuntur: Sic & Christus tertia die resurgēs de spelunca inferni, odo-

rem diuinitatis emisit:quem patres pio cum affectu, & plurimùm oblectati cũ gaudio sequebãtur. Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odore vnguentorũ tuorũ. Item vtiliter surrexit,quia nõ solus, sed cũ multis. De quo Aug.in serm. Nisi granũ frumenti,&c. dicit: Christus fuit granum in passione,& attulit fructũ in resurrectione, quia solus mortuus: non tamen solus resurrexit,quia eo surgente sepulchra sunt patefacta, & corpora resuscitata.Matt.27.Monumenta aperta sunt,& multa corpora sanctorũ,qui dormierant, surrexerunt,&c.Sed diceres: Quare Christus resurrectionem suam distulit tam diu?videtur quòd in hoc fuerit negligẽs. Resp. quòd nõ,quia conueniens erat vt tertia die resurgeret. Primò, propter mortis approbationẽ, quia sciuit Iudæos dicturos.Si Christus fuit,mori non potuit. Et differre voluit, vt sic verè mortuus probaretur. Sicut enim in ore duorum vel trium testiũ stat omne verbũ: sic & in tribus diebus experitur omne factũ. Secundò, propter vtilitatis præfigurationẽ. De quo Petrus Rauen. Tres dies voluit esse suæ sepulturæ: quia ea quæ in cœlo,in terra, & in limbo sunt, voluit resuscitare.Sed diceres:Qui cũ Christo resurrexerunt, an mortui sunt iterum?De hoc diuersæ sunt opiniones.Quidam dicunt eos surrexisse ad vitam immortales, vt Remig. & Beda super Marc.Et est ratio eorum, quia magis fuisset illis tormentum,si iterum mortui fuissent, quàm si non resurrexissent.Aliqui autem opinantur,& melius quòd surrexerunt iterum morituri.Et sic dicit B. Hier.super Matt. Sicut Lazarus resurrexit, sic multa corpora sanctorum resurrexerunt, vt dominum ostenderent resurgentem. Sed constat, quòd Lazarus surrexit iterum moriturus. Illud etiam est de intentione Aug. in epist. ad Euodium. Idem etiam approbat S. Tho.par.3.q.53.art. 3. Ad argumentum oppositum dicunt, quòd non fuerit eis tormentum iterum mori, quia potuerunt mori sine dolore, sicut factum est de S. Ioan. Euan. qui mortuus est sine dolore,vt dicit Hiero.Item tertiò surrexit veraciter sine fallacia, quia in corpore & anima, & quinquies hoc die suis apparuit. Primò Mariæ Magdalenæ,Mar. vlt. Surgens Iesus mane prima sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ.Quamuis enim secundum veritatem, & vt piè credi potest,primò suæ matri apparuerit, tamen nullus Euangelistarum hoc exprimit: quia testimonium matris de filio non acceptatur, cùm & extranearum fœminarum

rum verba resurrectionem nuntiantium ante apostolos & alios discipulos deliramenta visa sint. Luc. 24. Multò magis hoc de matre dixissent, si resurrectionis testimonium perhibuisset, ꝙ hoc filij amore adducta fecerit. Sed quare primò Mariæ Magdalenæ apparuit? quia ipsa ardentius diligebat. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundò, vt ostenderet se mortuum pro peccatoribus. Matth. 9. Non veni vocare iustos, &c. Tertiò, sicut mors culpæ inchoata est per fœminam, Ecclesiast. 24. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur: ita & vita gratiæ protendi meritò & in publicum prodire debuit per fœminam. Moraliter, sic & hodie apparet pœnitentibus, vt figuratur Exod. 24. Nam sicut Moysi postquam afflixerat se quadraginta diebus & noctibus ieiunio, vigilia, & orationibus, apparuit dominus dans ei tabulas lapideas, in quibus legem ac mandata scripsit: sic & nobis in pœnitentia post diutinam afflictionem apparebit per consolationis gratiam, dicens nobis illud Ios. 1. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam nec derelinquam te, confortare & esto robustus. Secundò, apparuit mulieribus, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Matt. vlt. Moraliter, sic & hodie apparet veris humilibus pedibus eius se prouoluentibus & humiliter subiicientibus, gratiam suam eis dando. Iac. 4. Humilibus dat gratiam, dicens: Nolite timere, quia & ego humilis fui in passione, & tam gloriosè surrexi cùm mortuis triumpho in glorificatione. Tertiò, Simoni Petro Luc. 24. Et apparuit Simoni petro. Simon interpretatur obediens: sic & nos obedientiam præstare debemus parentibus, Deo, & Ecclesiæ. Ecclesia enim præcipit ieiunare omnibus, qui sunt vltra 21. an. vt patet de consecrat. dist. 3. Placuit, vt omnes, exceptis diebus dominicis in Quadragesima ieiunent. Idem ponit S. Tho. in 22. q. 147. art. 4. quòd omnis qui venit ad finem tertij septemnij, tenetur ad Quadragesimale ieiunium. Similiter præcepit omnibus fidelibus confiteri, & eucharistiã sumere de pœnit. & remiss. ca. Omnis vtriusq;. Gaudere igitur debemus, quia si Christus fuit obediens vsq; ad mortẽ, & est tãto cum gaudio suscitatus, & in cęlo collocatus, & nos resuscitabimus sine dubio, & glorificabimur copiosè

remu

remunerati,ita quod obediētibus dicetur Matt.25.Euge ser ue bone & fidelis,quia super pauca fuisti fidelis,supra multa te constituam:intra in gaudium domini tui. Quartò,apparuit duob. discipulis eūtibus in Emaus. Luc.24. qui trahentes coegerūt eū ad hospitiū,& significant misericordes. Mat.5.Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiam cōsequētur:& Pro.3.Misericordia & veritas nō te deserēt.Quintò,decē discipulis qui significant mādata seruātes,quib.verè dominus apparebit.Io 14.Qui habet mandata & seruauerit ea, ille est qui me diligit. Et post pauca:Et ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. Has quinque apparitiones obseruat sacerdos in missa,quinquies vertendo se ad populū.Tertiò,surrexit reuerēter.Et hoc signat tertia litera huius verbi surrexit,qui est R,quia in magna claritate, fulgore siue resplendentia.nā sicut dicitur Mat.13.Fulgebūt iusti sicut sol:Ansel.In illa vita æterna pulchritudo iustorum solis pulchritudinē exuperabit.Qui tamē septēpliciter quā nūc sit,splēdidior erit.Quid de claritate Christi? Nam sicut vnus calamus ardēs nihil esset respectu totius mundi,si totus arderet:sic erit claritas quārūcunque,etiā sācti,respectu claritatis Christi. Spiritualiter,Sic & nos hodie in reuerentia claritatis surgere & apparere debemus,hoc est,in morū resplendētia & vitæ sanctitate.Matt.5.Sic luceat lux vestra coram hominib.vt videāt opera vestra bona,&c.1.Pe.2.Cōuersationē vestrā inter Gētes habētes bonā,vt in eo ꝙ detractant de vobis tāquā de malefactorib.ex bonis operibus vos cōsiderātes,glorificēt deū in die visitationis. Et Phil.2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.Quartò,surrexit euidenter sine diffidentia.Nā sicut ortū solis non solùm percipiūt mōtes,sed etiā valles:sic Christi resurrectio adeo euidens fuit,ꝙnon solùm montes,i.Apostoli:sed & milites eā cognouerūt & Iudæi.Quintò,surrexit potēter,& figuratur per quintā literā,s.x.quæ habet virtutē duplicis consonantis,s.c & s,vel g & s,significās eius propriam virtutem surrectionis cum claritate & gloria,quam alibi de aliquo alio nusquam legimus.Inuenimus enim quòd viuus suscitauit mortuum,sicut Petrus Thabitam. Act.9. Aliquando legimus,quòd mortuus suscitauit mortuum, sicut corpus Elisæi quendam defunctum in sepulchro suo positum, vt habetur 4.Reg. 13. Sed nunquam legimus ꝙ aliquis suscitauit seipsum, qui esset verè mortuus.Christus autē viuus

mort

mortuum Lazarum resuscitauit, & mortuus mortuos: quia multa corpora mortuorum surrexerunt,& venerunt in sanctam ciuitatem, & Christus mortuus seipsum resuscitauit, iuxta illud Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Sic & nos viui resuscitare debemus alios, qui sunt mortui anima & in peccatis: sicut carbones viui incendunt mortuos,vt scribitur Prou. 27. Ferrũ ferro exacuitur:sic homo exacuit faciem amici sui. Nam si boni cõmorantur malis, ipsos sæpe viuificant & imflammãt modò per ignita verba, modò per ignita excẽpla, modò per ignita merita, modò per ignita desideria. Et implebitur in eis illud Ps.17.Carbones succensi sunt ab eo, vt docet Apost. Ro. 12. Si esurierit inimicus tuus,ciba illum:si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. Inimicus noster est proximus,id est,quantum peccator,quia peccatum odire debemus non personam: hunc pascimus, cùm sacra doctrina reficimus eum. Tunc eum potamus, quando per nostras orationes vinum spiritussancti ei propinamus:& carbones super caput eius congerimus, quando ipsum in amorem Dei accendimus.Sed sicut inauditum est, mortuum resuscitare seipsum: sic nosipsos resuscitare non possumus à morte peccati, nisi gratia Dei adiuti, iuxta illud Ro.6.Gratia Dei vita æterna,& Io.15.Sine me nihil potestis facere.Sextò,surrexit totus ac integer,quia nec manum, nec pedem dimisit in sepulchro,& nihil in eo fuit quod glorificatũ nõ fuit. Sic & nos integri resurgamus,vt nihil in nobis remaneat, quod à peccato non surgat.Manus,i.opera:& pedes, i. affectiones debent resurgere. Sed heu aliqui dimittunt pedem, id est affectionem in sepulchro, vt Iudæi, qui dixerunt: Recordamur pisciũ quos comedebamus in Ægypto, & in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porri & cæpe.Sicut adhuc aliqui affectũ habent præteritorũ malorũ.Aliqui verò relinquunt cor in sepulchro, i. dilectionem ad mũdana, s. ad diuitias, delitias,& honores huius mundi. Contra quos habetur 1. Ioan.2.Nolite diligere mundnm,neq; ea quæ in mundo sunt:si quis diligit mũdũ,nõ est charitas patris in eo. Aliqui manũ,i.opera relinquunt in sepulchro,vt qui faciunt opera diabolica,iuxta illud Ioan.8. Vos ex patre diabolo estis,& desideria patris vestri vultis facere,s.opera vitiosa.Nã di.Aug.Illius filius esse quis probatur, cuius opera operatur,sed opera diaboli sunt, occidere.

Io.8.Ille homicida erat ab initio. Mẽdacia dicere, ibidem: Cùm mendaciũ loquitur, ex propriis loquitur. Inuidere, Sapiẽ.2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Et superbire, quia ipse est rex super oẽs filios superbiæ. Iob 41. Et qui talia opera agunt, Diabolica opera faciunt. Ideo oportet ꝙ homo integraliter resurgat: & ꝙ Deo cor suũ totũ tribuat, iuxta illud Io.7. Totũ hominem sanũ feci in sabbato. Septimò, resurrexit triumphanter sine mœstitia: quia triũphauit victa morte & autore mortis, iuxta illud Ro.6. Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors enim illi vltra non dominabitur. Sic & nos hodie debemus resurgere à morte animæ, vt in posterũ non moriamur in transgressione, dicentes cũ Ps.117. Non moriar, sed viuã, & narrabo opera domini. Quod docemur Eccl.21. Quasi à facie colubri fuge peccata. Quia dicit Isid. Irrisor est & non pœnitens, qui adhuc agit ꝙ pœnituit. Sed talis vita spiritualis cõseruatur in homine per verbũ Dei: De quo Io. 8. Si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortem nõ videbit in æternum. Dices, fortè, Quãdo surrexit? Respõdet Aug. Dominica die mane diluculo. Ps.56. Exurge gloria mea. Et respondet propheta in persona domini, Exurgam diluculo. Sed diceres, Quare non continuè cum eis mansit? Respond. S.Tho. parte 3. q.55. art. 3. Duo erant discipulis manifestanda, scilicet, veritas resurrectionis, & gloria resurgentis. Ad veritatem resurrectionis sufficit, ꝙ pluries apparuit, & cum eis familiariter locutus est, & comedit, & bibit, & se eis palpãdum præbuit. Ad gloriam resurgentis, cum eis continuè conuersari noluit, ne videretur peiorem vitam assumpsisse.

¶ *Feria II. post Pascha.*

Colloquiũ duorum discipulorum in Emaus euntium, quale ac quibus de rebus fuerit. Quibus apparere Christus soleat. Quare ab his quibuscum gradiebatur, inter eundum agnosci noluerit.

ENARRATIO I.

S*Vrrexit Christus verè, & apparuit Simoni.* Luc. 24. ¶In summa Euangelij duo innuuntur. Primò ipsorum ambulantium collocutio lachrymabilis. Secundò, de se non credentium correctio amicabilis. Primum patet in principio. Secundum ibi; *O stulti, &c.* De primo dicit: *In illo tempore*, scilicet die resurrectionis: tunc *duo ex discipulis*, ecce, licet essent sine magistro, tamen adhuc seruabant imperium illius, bini ambulãtes. Hoc enim docuit dominus. Primò, ad solatiũ mutuum, vt alter alteri seruiret. Eccle. 4. Melius est duos esse

simul q̄ vnum,habent enim emolumentũ societatis suæ: Si vnus ceciderit,ab altero fulcietur. Et nomen vnius ponitur infrà. *qui vocabatur Cleophas.* alterius nomen Euangelista obticuit. Et creditur, vt dicit Theophilus, ꝙ fuit Lucas Euangelista, qui propter humilitatem se non nominat. Et hoc videtur sentire Gre. in prin. Moraliũ: Sed Ambr. super Lucam dicit ꝙ fuit alter, nomine Amaon, quia Lucas erat vnus discipulorum apostolorum, vt dicit Hier. in Prologo super Lucam. Et isti discipuli *ibant ipso die*, scilicet resurrectionis, *in castellum quod erat in spatio stadiorum* LX. *ab Hierusalem, nomine Emaus.* Sed posteà post vastationem Iudææ sub Marco Aurelio restauratum dictum est Nicopolis: *& ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant*, scilicet de traditione Iudæ, de fuga discipulorum, de captione, verberibus, illusionibus & passionibus, & de remissione spiritus. Theophilus, Loquebantur non quasi credentes, sed sicut stupentes in rebus extraneis, quasi dicerent: Quomodo potuit esse tanta malitia Iudæ, vt eũ traderet: à quo tanta bona susceperat? Et quomodo post tanta dilectionis signa, quæ discipulis exhibuit, ipsi nihilominus reliquerunt eũ & fugerũt? O quantus timor fuit in eis, vt eũ non defenderent? Itẽ loquebantur: O quàm viliter fuit consputus & flagellatus, & nullã compatientiã habebant Scribæ & Pharisæi. Itẽ quærebant ad quem deberent recurrere. *Et factum est dum fabularentur.* Fabula dicitur cõpositum ex miris incredibilibus. Et sic isti mirabantur, nec plenè credebant, & maximè de resurrectione. *Et secum quærerent*, s. cũ ipse omnibus hæc illa futura prius panderit, cur non aufugit, vel capientibus se non restitit. Et itẽ quærebant forsitã, quid nunc demũ agere deberent, quia erãt quasi pupilli sine patre. Et vltimò quærebãt an possibile esset ipsum resurgere, & sic simul loquẽtibus, & intrinsecus in amore & dolore Christi ardẽtibus, *ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.* Nam quærebant, sed quæstiones nõ soluebant. ¶ Ex hoc patet, quibus dñs apparet. Primò, præcepta Dei seruantibus. Et sic isti præcepta Christi seruabant, eò ꝙ duo similiter ambulauerunt. Luc. 10. Misit illos binos ante faciem suã. Ad significandum duplicem charitatem scilicet, Dei & proximi, in quibus consistunt Dei præcepta. De quo Greg. Quicquid præcipitur, in sola charitate fundatur. Et ad præcepta seruantes promisit se venturum. Exod. 20. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei

mei per obseruationē,s.mandatorū,veniā ad te,& benedicā tibi. Secundò Christus apparet per gratiā de se loquentibus. Vnde Mat.18. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Et dicit in nomine meo. ideo hortamur, 1. Petr.4. Si quis loquitur quasi sermones Dei inutilia eò ꝙ scribitur, Mat.12. Dico autem vobis, quoniā omne verbū otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij. Non scurrilia loqui debemus, quia dicit Apost.1. Cor.15. Corrūpunt bonos mores, colloquia mala. Non detractoria. quia habetur in Cano. dist 50. c. ponderet: Ponderet vnusquisq; sermones suos, & quod sibi loqui nō vult, alteri non loquatur: idcirco sermo noster debet esse de Deo. Et maximè placet dño de passione sua loqui, vnde Chry. ponit exemplū de dominis tēporalibus, quibus valde placet, quando fit mentio de eorū victoria erga inimicos retenta: sic est & in proposito, quia Apost. hortatur nos ad recitandū suā passionem. Heb.12. Recogitate eū, qui talē sustin. à pecca. aduers. semetipsum con tradictionē. Ideo dixit Euang. *Appropinquans ibat cum illis.* Et subdit: *Oculi eorum tenebantur, ne eū agnoscerent.* ¶ Pro quo sciendū, ꝙ dominus ab ipsis agnosci noluit, propter tres rationes principales. Primā tangit Theophilus, dicens: Ideo tenebantur eorū oculi vt ipsi totā suā intentionem reuelarēt, & vt sic vulnus detegentes reciperent medicinā. Secunda ratio Thomæ, ideo hoc dñs fecit, vt ipsis clarificati corporis qualitatem insinuaret, ꝙ & ostendit se sicut vult, cognoscibiliter vel incognoscibiliter. Tertia ratio Gre. vt in hoc qualitatem ipsorum cordium insinuaret, quia dominus talem ostendit se eis qualis erat apud eos. ipsi enim ore bene loquebantur de eo, sed corde in eū non crediderunt: vnde postea dixerunt, *nos sperabamus quia ipse esset redempt. Israel*, non igitur dominus, vt satisfaceret eorū locutioni eis apparuit. & cum ipsis ambulauit: sed vt frigiditatē & incredulitatem cordis eorum eis insinuaret, vt tunc increpantem de his se agnoscerent, & solidati in fide fortius adhærerent. In huius rei figuram etiam dicitur hîc, quòd hoc castellum Emaus distabat 60. stadiis ab Hierusalem. Vbi sciendum secundum Bedam: Stadium est octaua pars miliarij: vnde patet quòd 60. Stadia faciūt 7. miliaria & dimidiū: in quo significatur ꝙ hi duo discipuli perfectè crediderūt ea, quę facta fuerunt circa humanitatē Christi, vt puta sui natiuitatem,

passionē, mortē & resurrectionē, sed octauū, vt puta resurrectionē, quæ per octauā significatur, perfectè nō crediderūt, sed imperfectè, imò de ipsa dubitauerunt, ergo hîc ponitur medietas octaui miliarij. ❡Sed quid fecerit postquam eis appropinquauit, hoc subdit Lucas dicens, *Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes & estis tristes?* Pro quo sciendum, licet omnia nuda & aperta sint oculis eius, Heb. 4. tamē sæpe ad discipulos interrogationē fecisse legitur. Et hoc propter tres ratiōes. Primò, vt haberet occasionē miracula faciendi. Et sic interrogauit. Io. 6. cùm per quinq; panes, quinq; milia hominū satiare vellet, dicens ad Philip. Vnde ememus panes, vt hi manducent? Et sequitur: Hæc autē dixit tentās eū: ipse enim sciebat ꝙ facturus esset. Io. 11. interrogauit Marthā & Magdalenā de Lazaro dicens, Vbi posuistis eū? Et sequitur quomodo miraculo sè post illā interrogationē suscitauit eū. Secundò, interrogauit, vt fidē in eū credentiū releuaret, & sic Matt. 9. Postquā mulierem illā à fluxu sanguinis sanauerat, quæ intra se dicebat, Si tetigero fimbriā vestimenti eius, salua ero, dixit, Quis me tetigit? per hoc volens fidem secretā illius mulieris manifestare. Ac similiter interrogauit discipulos suos Matt. 16. dicens, Quē dicunt homines esse filiū hominis? Et cùm respōderent, Quidā Heliā, quidā Ieremiā, aut vnū ex prophetis. Tūc subdit, Vos autē quē me esse dicitis? per hoc volēs fidē Petri manifestare, vnde sequitur, Respōdens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. Tertiò, interrogauit, vt occasionē docēdi haberet rectè, sicut præceptores discip. interrogāt, nō ꝙ ipsi ignorent, sed vt occasionē informandi ipsos accipiant: sic dn̄s fecit hîc, quādo interrogauit dn̄s hos duos dicens, *Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicē ambulantes, & estis tristes?* Vnde sequitur: *Respōdens vnus ex eis cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Hierusalē, & non cognouisti ea quæ facta sunt his diebus?* q. d. mirū est valde, cùm propriū sit peregrinorū multa scrutari, & quādoq; plura q̄ expedit, vt domū venientes solū miranda habeant dicere. Et quia etiā peregrinus es, vt habitus tuus ostendit, quomodo nescis ea quæ facta sunt in Hierusalem tā manifesta, ꝙ sol, terra, petræ, & monumēta ista facta cognouerūt? ❡Pro quo sciendū, ꝙ dominus apparuit in habitu peregrino propter tria principaliter: Primò, propter diuersa hospitia quæ in carne assumpta habuit. Vnde sicut peregrini de hospi

hospitio ad hospitiũ vagantur: sic & ipse. Vnde primò hospitatus fuit nouẽ mensibus in vtero virginis, deinde triginta annis & amplius in hoc mundo, deinde quadraginta horis in sepulchro. Ecce diuersa hospitia. Secundò, propter multiplices aduersitates: sicut enim peregrinus multas aduersitates patitur, iam ab imbribus iã à canibus, iã à latronibus: sic dñs per totum tẽpus vitæ suæ aduersitatibus fuit subiectus. In cuius figurã cùm natus est, statim fleuit. Sap. 7. Primã vocẽ similẽ omnibus emisit plorãs. Tertiò, propter insignia, nã peregrinus cõsueuit habere pileũ, perã, & baculum: sic dñs pro pileo habuit coronã spineã. Io. 19. pro pera lanceã. Io. 19. Vnus militũ lancea latus eius aperuit: pro baculo crucẽ, quã ipsemet in locũ Caluariæ portauit. Item in hoc ꝙ sub habitu peregrino apparuit, docuit nos oẽs esse peregrinos. Heb. vlt. Non habemus hîc manẽtem ciuitatẽ. & Iac. 4. Quæ est vita vestra? vapor est ad modicũ parens, & deinceps exterminabitur. Et quantũcunq; hic vapor modicus sit, tamen quotidie eũ morte condiuidimus, eò ꝙ quotidie morimur. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terrã, quæ non reuertuntur. Vnde ad peregrinationẽ nostrã, si secura esse debet, requiruntur tria principaliter. Primò, vestis humilis, ad quã hortatur quẽlibet nostrûm Sapiens dicens, Eccl. 7. Humilia valde spiritũ tuum. In hoc dñm sequentes: qui in signũ perfectę humilitatis pedes discipulorũ lauit. Ioan. 13. Secũdò, requiritur modestus sumptus. Luc. 21. Attẽdite vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula, & ebrietate. Vnde necessaria, nõ superflua sumere debemus. Et in huius figurã Salomon orauit, Prou. 30. dic. Mẽdicitatẽ, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantũ victui meo necessaria. Tertiò, requiritur à spectaculis auerti. Vnde pro isto quotidie in persona nostra orat Ecclesia dicẽs in Ps. 118. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: quia visio oculorũ multa mala facit. Vnde propheta cõqueritur Thre. 3. dicens, Oculus meus deprędatus est animam meã. Et sic patet quare dominus ostendit se peregrinũ. Et postquã dominus sic eos interrogauit, & Cleophas ei respõdisset, *Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in ea? dominus subiunxit. Quæ? Tunc ambo dixerunt, De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo, & quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes in dãnationem mortis, & crucifixerunt eum, nos autẽ sperabamus, quia esset re-*

empturus Israel: & nunc super hec omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Hîc isti duo, discipuli perfectè suam intentionem expresserunt, vt puta quia adhuc Christum amarent, sed fidem non haberent: vnde quantum ad primum, laudauerũt ipsum dicentes, *Fuit vir propheta potens in opere & sermone coram deo & omni populo.* Quantum ad secundũ, dixerunt, *Nos sperabamus quòd esset redempturus Israel.* quasi dicerent, sed nos spe illa frustrati sumus. ¶Pro quo sciendũ, ꝙ hi duo laudauerũt dñm specialiter in tribus. Primò, in vitæ puritate & sanctitate quia *vir*, ipse enim erat plenus virtute. Io. 1. Plenũ gratia & veritate. Et in hoc eum laudarunt, quia peccatũ non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, 1. Pet. 2. vnde & Iudæis inimicis suis, dixit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Io. 8. Secundò laudauerunt eum in intellectus perspicuitate, quia *propheta* omnia sciens. Vnde Io. 14. dixit ad eũ Samaritana: Dñe, vt video, propheta es, & scis omnia. Et Io. 6. Postquam refecit quinque milia hominũ per quinq; panes ordeaceos & duos pisces, turba dixit, Hic verè est propheta, qui venturus est in mundũ. Tertiò laudauerũt eũ in operũ efficacia, ibi: *Potens in opere & sermone*, quia *coram deo & omni populo.* Vnde solo verbo quicquid voluit fecit. Ipse dixit & facta sunt. Ps. 32. In huius figurã tres mortuos suscitauit: vt puta filium vnicum viduæ, filiam archisynagogi, & Lazarum. Itẽ quosdã cæcos illuminauit, vt colligitur Mat. 9. 12. 13. & 20. Vnde turba in hoc Iesum laudans, dixit: Bene omnia fecit, surdos fecit audire, & mutos loqui. Mar. 7. Sic & illi hîc dixerunt: *Fuit vir propheta potens in opere & sermone corã deo & omni populo.* Fides autẽ extincta erat in eis, vt sequitur: *Nos autẽ sperabamus, &c.* Sed tamen ea quæ fidẽ iuuare potuerunt, similiter expresserunt, dicentes: *Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos.* Dicit Gloss. Meritò dicuntur terruisse eos, quibus de non inuento corpore plus mœstitiam addiderunt, quàm de nuntiata resurrectione gaudium quo recrearentur. *Quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius venerunt, dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicerent eum viuere*, quasi dicat ipsæ dixerunt, sed nos non credimus. *Et abierunt quidam ex nostris*, scilicet Petrus & Ioannes, vt patet Ioan. 20. *& ita inuenerunt, vt mulieres dixerũt, ipsum verò non inuenerunt* Ecce fidei extinctio. ¶Dixi secundo innuitur de se non credentibus correctio amicabilis, ibi *O stulti & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti sunt prophetæ,*

Hîc

Hic docuit dominus corrigere,& maximè errãtes circa fidem,vbi maximũ est periculum, eò ꝙ sine fide impossibile est placere Deo.Heb.11. Vnde quanquã aliis correctio debet esse lenis:secundũ illud Gal.6. Fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: tñ in materia fidei & maximè cùm qs publicè errat,correctio debet esse seuera. Hinc estꝙ etiã hæretici cõtumaces igni tradũtur,iuxta illud Mat.7.Arbor quæ non facit fructus bonos , excidetur & in ignẽ mittetur.Sic & in proposito dñs ait, *O stulti et tardi corde.*

¶ De eadem feria.

Quibus de causis Christum pati oportuerit. Et quomodo intelligẽdum, quòd per passionem ad gloriam sibi viam pararit. Item,quòd non omnis fictio sit cum mendacio coniuncta. Postremò tria hominum genera constituit, quorum vnum duntaxat Christum ad se venientem recipit & retinet. Alij aut non recipiunt,aut receptum rursus exturbant.

ENARRATIO II.

N*Onne oportuit Christũ pati, & sic intrare in gloriam suam?* ¶In summa verborũ Euãgelij subsequentiũ duo innuuntur.Primò, oportunitas Christi passionis , ibi: *Nónne oportuit,&c.* Secũdò veritas resurrectionis,ibi: *Aperti sunt oculi eorum* De primo dicit,*Nónne oportuit Christũ pati?*Pro quo sciendum,ꝙ Christus in se nõ habuit causam patiẽdi,sed tamen oportuit ipsum pati.Primò,ex parte sui æterni patris passionem & mortẽ Christi præordinãtis:Nã Deus pater est causa efficiens & finalis omniũ rerũ, & per consequens habet prouidentiã de omnibus ducendo in finẽ vltimatum. Nam Apost. dicit,Quoniã ipsi est cura de vobis. Et Magister in 1.dist.38.c.vlt.Quãuis de omnibus cura est deo , tamẽ specialiter habet curam de electis suis, quibus dedit præcepta sua rectè viuẽdi,& promisit illis præmia æternæ vitæ consequẽdæ. Ideo speciali modo Deus pater habet prouidentiã de electis. Sed modus cõueniẽtissimus reducẽdi electos ad æternã vitam erat,vt Christus qui est verus Deus & homo, in humana natura pateretur,vt sic remoueret dedecus culpæ sine iniuria iustitiæ, & homo qui per culpã ab æterna salute deuiauerat,per pœnã alienã ad salutem suæ beatitudinis reduceretur,& ꝙ hãc pœna sustineret ille,qui esset deus & homo ,puniretur homo qui peccauerat , & satisfaceret Deus qui poterat.Secũda ratio quare oportuit Christũ pati,sumitur ex parte filij Dei pro nostra redẽptione sustinẽ-

tis. Christus Iesus secundũ humaná naturá est eiusdẽ speciei nobiscũ, & per consequẽs caro nostra est & frater noster. Heb. 2. Propter quá causam nõ cõfunditur fratres eos vocare, di. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Et ideo sicut cõmunicauit nobiscũ in passionib. carnis & in natura passibili, vt pro omnib. gustaret mortẽ. Conueniens enim erat, vt per hac passionẽ nobis daret impassibilitatẽ, & reduceret per suá mortem ad gloriæ æternæ immortalitatẽ. Tertiò, oportebat Christũ pati ex parte eorum qui indigebant redemptione, vt cognoscerẽt suá dilectionẽ. Nam incarnatio filij Dei fuit ex dilectione. Io. 3. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filiũ suũ vnigenitũ daret. Et Greg. Quid nasci profuit, nisi redimi profuisset? Nam in omnibus operibus Dei, nusquá apparuit nobis tam inæstimabilis dilectio, sicut in passione & morte. Apostol. Heb. 2. inquit, Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, id est, vt per passionem & mortẽ misericordiá humano generi ostenderet. De quo Ber. Nusquá illuxit clarius, ꝙ nos dilexit dominus, quàm in passione & suis vulnerib. Quartò, oportebat Christũ pati ex parte prophetarũ. Nam pene omnes prophetæ veteris testamenti prædixerunt filiũ Dei in humana natura passurum. Ideo dicitur Matt. 26. Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Et hoc est quod dicitur in textu: *incipiens à Mose & omnibus prophetis interpretabatur illis scripturas, quæ de illo erant.* Ná passio Christi nõ tantùm descripta & figurata est à Mose, sed à primo Adá vsq; ad vltimũ prophetam, s. Malachiá inclusiuè, vt deducit Simon de Cassia lib. 13. cap. 8. satis prolixè. Primò, ipsa figurata est in creatione Euæ de latere Adæ dormiẽtis. Gen. 2. Ná per hoc significabatur, quomodo Christo in cruce soporato de ipsius latere per apertionẽ lanceæ fabricari deberet Ecclesia sancta. Secũdò, figurata est in tridẽte Abelis. Gen. 4. Vbi legitur, ꝙ Abel portauit tridentẽ super se, cũ quo fater suus Cain eũ interfecit, & significabat Christũ, quomodo portaturus esset crucẽ, in qua fratres sui iudæi scilicet, eũ interficerẽt. Tertiò, in strue lignorum Isaac. Gen. 22. vbi legitur, ꝙ Isaac ad præceptum patris portauit ligna ad sacrificandum, & significabat ꝙ Christus lignum crucis super se esset portaturus. In quo iuxta voluntatẽ patris pro redemptione humana seipsum esset oblaturus, & sic ad gloriá ingressurus. De quo dicit text. *Oportet Christum pati, & sic intrare in gloriam.*

¶Pro

¶ Pro quo ſciendũ, quòd gloria Chriſti eſt triplex. Prima reſpectu Dei quæ eſt præmium eſſentialiter conſiſtens in viſione diuinitatis & in fruitione eiuſdẽ. Et hanc gloriã Chriſtus non introiuit per paſſionẽ & mortẽ, quia ab inſtãti conceptionis ſuæ glorioſus fuit, & anima vidit eſſentiã diuinã: ſed tamẽ hanc gloriam merito ſuæ paſſionis acquiſiuit nobis. Secũda gloria, eſt reſpectu ipſius, quæ conſiſtit in dotibus animæ & corporis. Dotes autem animæ ſunt, vt anima nõ poſſit triſtari de pręſenti malo, nec timere de futuro: ſed vt firmetur ſecuritate. Et ſic Chriſtus intrauit per paſſionẽ ad hanc gloriam, quia anima eius prius triſtabatur. Ideo Amb. 3. ſent. diſt. 18. Anima ipſius ante mortẽ erat paſſibilis, ſicut caro mortalis: ſed poſt mortem merito humilitatis & anima impaſſibilis facta eſt caro immortalis. Tertia gloria eſt reſpectu hominũ, quia per paſſionem ſuã meruit glorificari ab omni populo tanquã Deus. Vnde Apoſt. Phil. 2. di. ꝙ meruit ſibi donari nomen, quod eſt ſuper omne nomen: nõ quidẽ ꝙ à primo dediſſet illi nomẽ poſt reſurrectionẽ & poſt paſſionẽ, vt diceretur Deus: nã hoc etiã habuit ab inſtanti ſuæ conceptionis. Sed ſic intelligendũ eſt vt habetur 3. ſen. diſt. 18. Eo modo quo dicitur res fieri, quãdo innoteſcit. Modò ante paſſionẽ illud occultũ erat hominibus, ſed per paſſionẽ, reſurrectionẽ & aſcenſionem, & ſpiritus ſancti miſſionẽ, promulgatũ eſt illud nomen in vniuerſo mundo, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtiũ, terreſtriũ & inferorũ: & omnis lingua cõfiteatur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in Gloria eſt Dei patris. Et ſic gloria reſurrectionis cauſata eſt ex paſſione eius. ¶ Tunc ſubdit: *Et appropinquauerũt caſtello quo ibãt*, Non enim fuit eis tædiũ propter Chriſti ſocietatẽ, De quo Ber. O bone Ieſu, quàm bonus ſocius es in via, dulcis ad cõfabulandũ, humilis ad obſequendũ, fortis ad pugnandum, intellectũ illuminans, affectum inflammãs, refrigerium præſtans. Hęc omnia contulit his duobus, quorum ſocius fuit. Et ideo fortè viſum eſt eis nimis citò veniſſe ad locũ deſtinatum, *& ipſe finxit ſe longius ire*: ac ſi deberet ad locũ magis diſtantẽ ambulare. Sed di. Fictio eſt duplicitas in verbo vel in facto: quod non eſt ſine mendacio. Dubitatur ergo quomodo Chriſtus (qui eſt veritas) habuit fictitiũ? Reſp. Aug. ꝙ non omnis fictio eſt mendaciũ: ſed tũc eſt mendacium, quando id quod fingimus, in ſe nihil eſt & nihil ſignificat: ſed quando refertur ad aliquã

rem,quã figurat,est tunc figura veritatis,vt sunt verba sapientũ figuratiuè dicta, in quibus etsi nõ est veritas in eo quod signãt:est tñ in eo quod figurant,ideo dicit hic Greg. Nolebat Christus lõgius ire:sed finxit se, vt significaret ꝙ longè erat & peregrinus à fide eorũ.Tunc subdit: *Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiscum domine.* Necesse est enim eum manere,quia sine illo nõ possumus manere,nec subsistere, nec operari aliquid boni meritorij.Io.15. Sine me nihil potestis facere.Sed pro eo quod dicitur,*coegerũt eum*, dicentes: quomodo potuit cogi, qui sub nullius potestate erat? Respõdet Simon de Cassia:Cogitur piis precibus,deuotis orationibus,& humilibus operationibus,& funiculis charitatis pius tenetur Christus.Sic Iacob tenebat angelũ,Gen.32. Dimitte me,iam enim ascẽdit aurora.Respõdit,Nõ dimittã te,nisi benedixeris mihi:nõ enim manu,sed deuotis orationibus tenuit eũ:sic Moses tenuit Deũ deuotis & humilibus precib.dũ filios Israel propter vitulũ aureũ punire voluit.Exo.32.Dominus dixit ad Mosen,Dimitte me vt irascatur furor meus cõtra eos,& deleam eos.Moses autẽ orabat dominũ Deũ suum dicẽs:Cur dñe irascitur furor tuus,&c. ¶Nota super hoc verbo *mane nobiscũ domine:* secundũ sensum mysticũ tria sunt genera hominũ.Primi sunt ad quos Iesus nunquã venit per gratiã gratũ facientẽ,& sunt qui nunquã redeũt ad cor suũ per considerationẽ vitę suæ:quãuis enim dominus eos hortetur vt ad se redeãt Isa.46.Redite præuaricatores ad cor,ipsi tamẽ hoc minimè attẽdunt, nec redire volunt.Ier.7.Pręcepi eis dicere: Audite vocem meã:& ero vobis Deus,& vos eritis mihi populus,& ambulate in omni via quã mãdaui vobis,vt bene sit vobis:& nõ audierunt nec inclinauerũt aurẽ suã,sed abierũt in voluptatib.& prauitate cordis sui,factiq; sunt retrorsum , & nõ ante:ad vitia,s.nõ ad virtutes,ad tẽporalia,nõ ad cœlestia. Ex quo patet ꝙ tales nũquã agũt verã pœnitentiã,sed ambulãt secundum desideria cordis:nam tales in pueritia sunt vani,in iuuentute lasciui:in senectute indurati. Talibus nõ apparet Christus,quia se non disponũt.Heb.12. Contemplantes, ne qd desit gratiæ Dei,ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, s. diuinam gratiã.Hugo, Gratia Dei non deest,sed semper adest:homo verò per malitiam præcludit ingressum:tales ergo nunquã intrabunt æternã gloriã.Aug. de natura & grat.Nec infantes nec ętate grandes salui fieri possunt

possunt sine gratia Dei,Luc.19.Omni habenti dabitur.nam habẽti gratiã dabitur gloria.Rom.6.Gratia Dei vita æterna.Secũdi sunt ad quos venit,sed nõ manet:sicut qui Christum receperunt tẽpore paschali in venerabili sacramento: sed citò peccatis consentiunt & recidiuant.Luc.8.Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, ſ. à bono proposito ad peccata. De quibus Exo.32.Peccauit populus tuus quẽ eduxisti de terra Aegypti, i.de tenebris vitiorum ad lumen diuinæ gratiæ.Ber.Deterius est reincidere,quàm incidere: melius est veritatem non agnoscere, quàm post agnitam retro cõuerti.2.Pet.2.Videte vosmetipsos,ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenã accipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum nõ habet.Ier.17.Domine omnes qui te derelinquũt, confundentur,recedentes à te in terra scribentur,quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominũ.Tertij sunt ad quos per gratiã venit & manet perseuerãter. Tales dicunt:*Mane nobiscum domine, Mane*,sicut medicus cum ægro, ad sanandum infirmitatem vitiorum:quia dixisti Matth.9. Non est opus valentibus medicus,sed male habentibus.

¶ Dominica prima post pascha.

Qua puritate celebranda sint festa paschalia. Et cur vulnerum cicatrices Christus reseruauerit. Item de quadruplici pace ac clauium sacerdotalium potestate. ENARRATIO I.

Gauisi sunt discipuli viso domino.Io.20.¶In summa Euãgelij duo innuũtur.Primò,gratiosum signũ diuini amoris,ſ.in multiplici Christi apparitione,ibi:*Cùm serò factũ esset.* Secundò,subiungitur copiosum donum digni dulcoris,scilicet in Spiritus sancti donatione, ibi, *Accipite Spiritum sanctum*.De primo dicit:*Cùm serò factũ esset in illa*,scilicet die gloriosæ resurrectionis. Notandum, quòd præsens dominica habet duo nomina.Primò,dicitur recõciliationis. Nam sicut in veteri Testamento, Filij Israel per agnũ Paschalem reconciliabantur domino,& inimici eorũ submersi sunt in mari,de quo filij Israel multùm gauisi cœperunt canticum nouum cantare,Exo.15.Sic nunc & nos reconciliati sumus per esum agni paschalis,id est,corporis Christi,& Aegytij, id est, diaboli submersi sunt in mari rubro, i. in sanguine Christi.De quo nouum hymnũ deo decantemus,ſ.alleluia. Quod licet per octauã cãtauimus, tamẽ hodie duplicatur, ad significandum duo acta in reconciliatione, adeptionem

gratiæ

gratiæ & glorię: sed secundũ alleluia repetitur propter duplicē gloriã, s. corporis & animę, ibi enim erit pax perfecta. Leui. 26. Dabo pacē in finib. vestris, i. potētiis. Ibi ratio non habebit errorem, memoria non obliuionē, voluntas, nō prauam affectionē. Ibi erit plenum gaudiũ, Isa. 51. Gaudiũ & lætitiã tenebũt, fugiet dolor & gemitus. Tunc enim verè gaudebunt discipuli. Secundò, dicitur dominica in albis, quia in primitiua Ecclesia nuper baptizati ambulauerũt in albis vestibus: sic & nos, quia nuper baptizati sumus in aquis lachrymarũ & in riuulis pœnitētiæ: ergo hodie in albis consciētiis apparere debemus. De quo introitus, 1. Pet. 2. Quasi modo geniti infantes, s. viuatis, sine dolo existētes lac cōcupiscite, s. diuinę dulcedinis, nō grossũ cibũ peccati. Hoc etiã petit Ecclesia in collecta: Præsta, quæsumus omnipotens deus, vt qui festa paschalia peragimus, hæc te largiēte moribus & vita teneamus. ¶ Si vis tenere & ritè celebrare festa paschalia ambulãdo in albis cōscientiis, tũc cōsidera exēpla & desideria quæ te oportet habere. Primò, oportet te mundũ fugere, de quo epistola quæ hodie scribitur, 1. Io. 5. Omne quod natũ est ex Deo, vincit mundũ, i. blandimenta & vanitatem mũdi. Aug. in sermone domini de mōte, Si te delectat mũdus, semper es immũdus. Nã Chry. super Matt. Difficile est virũ in mũdo positum iustitiam seruare immaculatã: qa dicitur 1. Io. 5. Totus mũdus in maligno positus est. Igitur 1. Io. 2. Nolite diligere mundũ. Ratio, Iac. 4. Adulteri nescitis quia amicitia mũdi inimica est deo? Et inimicus dei cōstituitur, qui amicus est huius seculi. Greg. Nemo potest hîc gaudere cum seculo, & ibi regnare cũ Christo: qa secundũ Aug. gaudia mũdi sunt venena diaboli. Amb. de fuga seculi, Qui saluus esse desiderat, supra mundũ cōscēdat. Secundò, oportet mortē meditari, & tangitur hoc in Euangelio, *Cùm serò factũ esset.* Serò est meditatio mortis & finis. Hoc enim maximè retrahit hominē à peccato, ne recidiuet. Aug. in lib. exhor. Nihil sic hominē à peccato reuocat, sicut mortis meditatio. Videmus nanq;, ꝙ sicut nauta locat se in fine nauis, cũ ritè vult nauem regere: & vita nostra est tanquã nauis in medio maris, vt dicitur Sap. 5. Quę pertrãsit fluctuantē aquã. Qui igitur rationabiliter vult illam dirigere, oportet finē vitæ suæ respicere & recordari. De quo Eccle. 7. Memorare nouissima, & in ęternum nō peccabis, non in auaritia, superbia, vel luxuria. Non in auaritia, quia dicitur

citur 1.Tim.6.Nil intulimus in hunc mundũ, haud dubiũ, quia nec auferre quid possumus. Iob 1. Nudus egressus de vtero matris meæ,nudus reuertar illuc. Ps.48. Relinquent alienis diuitias suas.Non peccabis in superbia.Ecclesi.10. Quid superbis terra & cinis?Quid hodie vis te extollere super alios?cras eris fortè sub eorũ pedibus.Aug.O homo agnosce te mortalẽ,& frange elationẽ.Non etiã peccabis in luxuria.Gre.Nihil sic edomat carnis desideria,sicut mortis memoria:quia momentaneũ est quod delectat,æternũ autẽ quod cruciat.Et quod corpus hodiè delicatè nutritũ,cras erit cibus vermiũ.Et sic mortis memoria aufert omnia illicita gaudia.Eccl.41.O mors quàm amara est memoria tua! Aug.lib.1.de ciuit.Non multũ est ꝙ moriamur,sed quò ire cogamur,Athan.Qui bona egerũt,ibunt in vitã æternã,qui verò mala, in ignẽ æternũ. Tunc quid proderũt ibi omnia mundi gaudia,& honores,cũ omnia trãseunt velut vmbra? Sunt enim multi nolentes audire loqui de morte, quod est signũ stultitiæ.Greg.Tota vita sapiẽtis debet esse meditatio mortis.Ratio Gre. Valde se solicitat in bono opere,qui semper cogitat de extremo fine.Tertiò,debet sensus refrenare.Et tãgitur in textu,dũ dicitur,*Fores erant clausæ*,i.sensus exteriores & interiores.Interiores,s.cogitatio,memoria & imaginatio,non cogitãdo,memorãdo,vel imaginando turpia,Prou.4.Omni custodia serua cor tuũ,s.à malis cogitationibus & imaginationibus,quia ex ipso vita ꝓcedit.Ber. Cogitationes malæ cũ in animo ludũt,illudũt.Aug. Quicquid pudet hominẽ dicere,pudeat & cogitare:quia cogitationes catenã parãt infernalẽ,vt suprà.Ideo Isa.26. Popule meus intra cubicula tua,& claude ostia super te.Item fores nõ interiores,sed exteriores sensuũ.Aris.Nihil est in intellectu,quin prius fuerit in sensu.Ier.9. Ascẽdit mors per fenestras nostras,s.sensuũ exteriorũ.Ber. Habeat homo sensus suos nõ duces,sed seruiẽtes: vt visum,auditũ,&c.De visu,Greg.Nõ licet intueri,quod non licet concupisci.Vnde Eua fructũ vetitũ nõ cõcupiuisset,si nõ aspexisset. Thre.3. Oculus meus deprędatus est animã meã.Et ideo ingredere, & claudere in medio domus tuæ,s.conscientiæ. Quartò, ꝙ debet frequenter orare.Et notatur in hoc ꝙ *erãt simul in oratione cõgregati*,sic pariter & hoc,1.Petr.3.Omnes vnanimes in oratione estote.Mat.18.Si duo ex vobis consenserint super terrã,de omni re quã petierint:fiet illis à patre meo qui in cœlis

cœlis eſt.Leo papa:Multò magis obtinetur peccatorum remiſſio,cùm totius Eccleſiæ quaſi vnius eſt oratio.Sin vnanimis tantùm valet deprecatio duorũ,quid vbi milia multorũ?Iſid.Quoties homo tãgitur vitio, debet ſubſequi oratio.Quintò,oportet eũ timere,Ecc.2.Fili,accedẽs ad ſeruitutẽ Dei,ſta in iuſtitia & timore:quia dicitur Eccl.1.Timor dñi expellit peccatũ:nam qui ſine timore eſt,nõ poterit iuſtificari.Ideo Prou.28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.Chryſ.Timor domini corrigit peccatũ, timor hominũ differt nõ aufert voluntatẽ male faciẽdi.De quo Eccl.27.Si nõ in timore dñi tenueris te inſtãter, citò ſubuertetur domus tua. Quapropter docet Boe. Magna nobis indicta eſt neceſſitas probitatis,cũ oĩa agamus ante oculos iudicis cũcta cernẽtis.Nam quis latronũ vellet furari in cõſpectu iudicis? & ſic p timorẽ domini declinet omnis à malo.Prou.13.Ideo Greg.5.Moral.dicit:Via dñi incipitur à timore.Cui cõſonat Pſ.110.Initiũ ſapiẽtiæ timor domini,quia ſecundũ Aug.timor locũ præparat charitati,& retrahit hominem à peccato,vt habetur in Can.11.di.3.qui omnipotentẽ Deum metuit,non cõtra Euangeliũ Chriſti, nec cõtra Apoſtolos, nec prophetas,vel ſanctorũ Patrũ inſtituta agere quid vllo modo conſentit.Propterea Bern. cõmendat timorẽ Dei, dicens,In veritate cõperi nil ita efficax ad gratiã Dei promerendã,conſeruandã & recuperandã,quàm ſi omni tẽpore inueniaris nõ alta ſapere,ſed timere,quia ſcribitur Eccl.13.Qui timet Deũ faciet bona,& tãgitur ibi, *Propter metũ Iudæorum*. Sextò,oportet prauã ſocietatẽ vitare.Et innuitur in hoc ꝙ Chriſtus non apparuit alicui malo poſt reſurrectionem:ſic tu ſi verè ſurrexiſti cum Chriſto, cõuerſare bonis, iuxta dictũ Senecæ:Cũ his cõuerſare,qui poſſunt te meliorem facere:quia dicit Pſal.17. Cũ ſancto ſanctus eris, & cũ peruerſo peruerteris.De quo Eccl.13,Qui tetigerit picẽ,inquinabitur ab ea.Et Prou.13. Qui cũ ſapientibus graditur, ſapiens erit:& amicus ſtultorũ ſimilis erit illis.Si igitur in hoc ſacro tẽpore euaſiſti carcerẽ diaboli, fuge & ſcurrilia eius:eo ꝙ dicit Seneca:Melius eſt malorũ odiũ quàm conſortium. Nam habetur in cano.45.diſt.& eſt Aug. in lib.q. Euangelij,qui dicit:Societas requirit concordiã morum.Si ſocietas bona,mores boni:ſi verò mala,tunc implebitur illud quod ſcriptũ eſt in ca.23.q.4.quiſquis. Difficile eſt incorruptum permanere, qui corrupto ſociatur. Nam dicit

Apoſt.

Apoſt.2.Cor.6.Quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Et Eccl.13.Si cõmunicabit lupus agno aliquãdo, ſic peccator iuſto. Nã ſicut vnũ lumen ab alio accenditur, ſic ſit emendatio vitæ ab homine bono. iuxta illud Prou.17. Ferrum ferro exacuitur, ſic homo exacuit faciẽ amici ſui. Septimò, oportet verbũ Dei attẽtè audire. Et notatur in hoc, quia in illa apparitione aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, vt habetur Luc.24. Sic & nos, vt hortatur Greg. quòd omnes qui viã vitæ ſcire deſiderãt, verbũ Dei audire debẽt, quia eſt lucerna illuminãs, iuxta illud Pſal.118. Lucerna pedibus meis verbũ tuum. Vbi Caſſiod. ſuper Pſal. Sciuit propheta multos laqueos in mũdo, ideo petit dei verbũ pro lumine, ne erraret in itinere. nã dicit Hugo in lib. de anima, Nihil ita à malo reuocat, & ad bonũ incitat, ſicut Dei verbũ. Cui cõſonat Greg. Sicut ſtellas cœli non extinguit nubes, ſic mentes inhærentes ſacris ſcripturis non obſcurat mundana iniquitas. Eſt nãque Dei verbũ ſecundum Greg. cibus animæ. Et tria ſunt genera hominum, quę non poſſunt eſſe diu abſq; ſumptione cibi ſine grauamine, ſ. paruuli & infirmi qui nouiter conualuerũt, & exiſtentes in itinere. Primi ſunt paruuli, & ſic pœnitentes. De quibus introitus hodie dicit: Quaſi modò geniti infant. lac concup. 1.Pet.2. Secundi ſunt, qui nouiter conualuerunt ex infirmitate: & tales iterum ſunt pœnitẽtes ex infirmitate, ſ. animæ reſurgentes. Tertij ſunt in itinere conſtituti, quales iterũ ſunt pœnitẽtes, qui in hoc ſeculo quaſi in itinere conſtituti peregrinãtur, & tẽdunt ad cœleſtem patriã, quapropter indigent cibo ſpirituali. Et de eis dici poteſt illud 3.Reg.19. Surge & comede, grandis enim tibi reſtat via. Aliàs impleretur in eis illud Mar.8. Si dimiſero eos in domum ſuã ieiunos, deficiẽt in via. Dicit Gl. Perit qui ſine pane cœleſti ad patriã tendit: de quo & Pſal.106. Eſurientes & ſitientes, anima eorũ in ipſis defecit, in peccatis, ſ. & iterum 101. Aruit cor meũ, quia oblitus ſum comedere panẽ meũ. Octauò, oportet paſſionis dominicæ recordari. Et tangitur notanter in textu cũ dicit: *Oſtendit eis manus & latus*, i. cicatrices vulnerum reſeruatas. Nam Chriſtus reſeruat cicatrices vulnerũ, non ad defectũ, ſed propter noſtrũ multiplicẽ profectum. Primò ad probandum reſurrectionem, quòd idem ſurrexit de ſepulchro, qui pepẽdit in ligno. de quo Luc.24. Videte manus meas & pedes meos, quoniã ego ſum, ſ. ille, de quo

de quo ſcribitur Iſa. 93. Ego qui loquor iuſtitiã,& propugnator ſum ad ſaluãdũ.Eodẽ modo dicit Aug.Indicia martyrij remanebũt in corporibus glorificatis. Secũdò,ad cõmẽdandũ eius dilectionẽ.De quo Apoc.1.Dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,&c.Vbi Bern. In quo illuxit clarius ꝙ nos dilexit dñs, q̃ in ſuis vulneribus? Tertiò,ad impiorũ confuſionẽ.Vnde Zach.12.Aſpicient ad me quem cõfixerunt,ſ.Iudæi & Gẽtiles,vt habetur Apoc.1. Videbit eũ omnis oculus, & qui eũ pupugerunt,nõ ſolùm Iudęi,ſed & noui crucifixores,de quibꝰ Heb.6.Rurſum crucifigẽtes ſibimetipſis filiũ Dei,& oſtẽtui habẽtes.O q̃ dura querela,durior ſentẽtia,duriſſima vindicta,erit talibus ingratis peccatoribus.de quo Hebr.10.Irritã quis faciẽs legẽ Moſis,ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur,quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia,qui Filiũ Dei cõculcauerit,& ſanguinẽ teſtamẽti pollutũ duxerit:in quo ſanctificatus eſt,& ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit? Quartò,propter bonorũ exultationẽ. Nã dicit Beda: Magnũ erit gaudiũ,videre cicatrices vulnerũ. Nam ibi eſt fortitudo martyrũ & ſalus omniũ noſtrũ. Tunc implebitur illud Io.16.Iterũ videbo vos & gaudebit cor veſtrũ. Quintò, ſeruabit cicatrices vulnerũ propter noſtrã informationem,vt nos doceret mẽte portare cũ Apoſt.Gal.6.Ego ſtigmata dñi Ieſu in corpore meo porto.Et Phil.2.Hoc ſentite in vobis,quod in Chriſto Ieſu,ſ.eius paſſionẽ.Nam meditatio dominicæ paſſionis eſt remediũ cõtra omnia peccata,vt dicit Ber.Nihil ita efficax ad ſanãdum peccatorũ vulnera, ſicut meditatio paſſionis Chriſti ſedula:ideo ſi quis eſt frigidus in amãdo,videat latus Chriſti iuxta cor perforatũ, & inflãmabitur ad amorẽ.Vnde Cãt.8. Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuum. Si autẽ tepidus quis eſt in operãdo,videat eius manus perforatas, & incitabitur ad laborẽ. Nam ipſe dicit, Iſa.49. Ecce in manibus meis deſcripſi te.Si quis eſt timidus in aduerſis ſuſtinendis,reſpiciat pedes perforatos, & armabitur ad ſupportãdũ.Quia dicit Greg.Si paſſio Chriſti intuetur,nihil tã graue ꝙ non æquo animo ſuſtineatur. Et ſic meditatio Chriſti retrahit à malo,& trahit ad bonũ. Vnde Ber.Homo ſi vis de virtute in virtutẽ prouehi, ſi vis de gratia in gratia promoueri,de amore in amorem,de luce ad lucem,de bono in melius proficere : paſſionis Chriſti recordare.Nã talibus dicetur,*Pax vobis.*¶Pro quo ſciendum

dicit

dicit Hugo, de claustro animę, ꝙ quadruplex est pax, scilicet inordinata, simulata, inquinata, & imperata. Prima est pax inordinata, s. cùm superior obedit inferiori, vt ratio sensualitati, de quo Prouerb. 10. Nō decet seruū dominari principibus, i. carnē spiritui: & sic Adā obediuit Euæ, de quo omnis nostra orta est miseria. Gene. 4. Ex eo ꝙ obedisti voci vxoris, & comedisti, &c. maledicta terra. Ideo Greg. Melior est pugna quę nos Deo proximos facit, q̃ pax quę à Deo separat, qualis est ista, vbi sensualitas dominatur rationi & caro spiritui. de qua Apost. Ro. 8. Si secundū carnē vixeritis moriemini. Secunda est pax simulata, vt pax Iudę, qui osculo pacē simulabat, quā in pectore nō habebat. cui Saluator Luc. 22. Iuda osculo filiū hominis tradis. Et talem exhibuit Ioab Amasæ. 2. Reg. 20. Salue mi frater, & effudit intestina eius exvulnere, quo percussit eū in inguine. O q̃ plures sunt hodie tales, de quibus Ps. 27. Loquuntur pacē cū proximo, mala autē in corde eorū. Tertia est pax inquinata, s. eorū, q sunt cōcordes in malo, de quo Gre. in Pastorali, Sicut multū nocet, si vnitas deest bonis: sic noxium est, si adest malis. Et sicut optandū est, ꝙ boni pacē habeant: ita desiderādum est valde, ꝙ mali cōcordes nō sint, eò ꝙ dicit Isid. Cōcordia malorū desolatio est bonorū. Ideo Ps. 72. Zelaui super iniquos pacē peccatorū videns. Quarta est pax imperata de qua Eph. 4. Soliciti sitis seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Et hæc pax habenda est cū tribus, s. cū hominibus, cū nobisipsis, & cū Deo. Primò, cū hominibus. de quo Ro. 12. Quantū in vobis est cū omnibus hominibus pacē habētes. Dicit notanter, quantū in vobis est: nā qui verè pacificus est, belligerādo est pacificus. Vnde Aug. Pacē debet habere voluntas, bellū necessitas. hostem pugnantē necessitas perimat, & nō voluntas: vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatē vincendo perducas. Et sicut rebellanti violētia redditur: ita victo vel capto hosti, iā misericordia debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur. Sic fecit Dauid Sauli, 1. Reg. 24. Hinc in Ps. 119. dicit: Cum his qui oderunt pacem, erā pacificus. Secundò, pacē debemus habere cum nobisipsis. De qua Ps. 121: Rogate quę ad pacē sunt Hierusalem. & 2. Macch. 1. Adaperiat Dn̄s cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, fa. pa. De qua pace dicit Cassiodo. Pax vera, est concordiā habere cū bonis moribus, & litigare cū malis & cū vitiis. Et hæc pax pertinet ad electos Dei, quam

Christus reliquit discipulis in testamēto.Io.14. Pacē meam do vobis,s.pacē cordis.Nā sapientes maiorem pugnam gerunt cū vitiis,q̃ cum viris.De hac pace dicit Ps. 33. Inquire pacē & persequere eā.& Heb.12. Pacem sequimini, s.cordis,sine qua nemo videbit Deū.¶ Pro quo sciendum, ꝙ ad habendū pacē cordis multa requiruntur. Primò,peccatorū vitatio:non enim potest habere cordis pacē, q malè viuit, Vnde Ps.37.Nō est pax ossibus meis à facie pec.me.qa scribitur Eccl.33.Præcordia fatui, quasi rota currus,quia est in continuo murmure conscientia peccatoris.Isa. 57. Non est pax impiis,dicit Dñs,quia tales iacent in spinis vitiorū, & portāt onus diaboli.Et vermis conscientiæ mordet eos, & carent pace cordis. Secundū quod causat pacem cordis est confessionis frequētatio.Vnde Isa.57.Creauit fructū labiorū pacem.Et sic acquisiuit pacem cordis Dauid per cōfessionē delicti 2.Reg.12. Peccaui Dño. Cui ait Nathā: Trāstulit Dñs peccatū tuū.Ideo Aug. O q̃ salubre verbum,peccaui,sunt tres syllabæ , & facit dimittere peccata triplicia, s. cordis,oris & operis.¶ Tertium est iustitiæ operatio. Vnde Isaiæ 32.Et erit opus iustitiæ pax.Et Psal.84.Iustitia & pax osculatæ sunt. Nam opera iustitiæ faciunt pacē conscientiæ,s.cùm homo facit quod debet , tūc opera iustitiæ conscientiā excusant. Vnde Isa.60. Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiā. Quartū est terrenorum moderata occupatio.Nam multa occupatio aufert pacē,de qua Lu.12.Martha,Martha, solicita es & turbaris erga plurima. Dicit nanq; Bern.Sicut puluis iniectus oculis,sic occupatio tēporalium facit perturbationem mentis,nam occupatio temporalium causat solicitudinem. Ideo Gregorius,Quid laboriosius,quàm terrenis desideriis insistere?& quid quietius, q̃ nihil in hoc mundo appetere? Quintò,homo non intromittat se de nō pertinentibus ad se.Nam dilatio nimia solet habere scissuram. Prou.18. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. De dilatione tali reprehenditur Petrus,Ioan.vlt.dicente sibi dño, Quid ad te?tu me sequere.Et discipulis Act.1.dixit:Non est vestrum nosse tempora vel momenta.Nam habetur,Lucę 11.Qui non colligit mecum,dispergit.Vbi Aug. Quantò homo cordi suo vicinior, tantò fit Deo proximior.Sextū est sacræ scripturæ dilectio. De quo Ps.118.Pax multa diligentibus le.tu.Nam sicut piscis in aqua pacē habet & quietem,extra aquam verò palpitat

pitat,vt habetur Tobiæ 6.Si cor humanũ in aqua ſapiẽtiæ ſalutaris quieſcit,extra verò inquietatur. Ideo Hier. Ama ſcientiam ſcripturarũ, & carnis vitia non amabis. Tertiò, debemus habere pacẽ cum Deo, ſcilicet per obedientiam mandatorũ. Nã per inobedientiam oritur diſcordia, Iob 9. Quis reſiſtit ei,& pacem habuit?q.d.nullus.Nam de talibus Pſal.di.13.Cõtritio & infelicitas in viis eorũ,& viam pacis non cognouerũt.Aug.Pax cũ Deo eſt à voluntate Dei non diuidi, & in eis quæ ſolius Dei ſunt delectari. Et qui hanc pacẽ habent,ſ.cum Deo, tales triplex pax conſequitur ſ.in extremo iudicio & in cœlo. Primò,in extremo, ob id enim Tob.3.ca.orauit,di.Et nũc dñe ſecundũ voluntatẽ tuam fac mecũ,& præcipe in pace recipi ſpiritũ. Pro hac pace orauit Simeon,Luc.2.Nunc dimittis,&c.hãc impij non habebũt. Vnde 2.Paral.15.In tempore illo non erit pax egredienti & ingrediẽti, ſed terrores in cunctis habitatoribus terrarum. Ratio Aug.Quia vnaquæq; culpa eſt ſibiipſi pœna.Secundò tales habebũt pacẽ in iudicio.Vnde Iſa.26.Ignis hoſtes tuos deuoret dñe,dabis pacẽ nobis.Ratio Ber. Nil ſecurius tranquilla cõſcientia:trahat mũdus,doleat corpus, terreat diabolus,illa ſemper eſt ſecura.Ideo Aug.Si times iudiciũ, corrige conſcientiã.Talẽ pacem impij non habebunt, quia dicit Anſel.O quantæ anguſtiæ erunt reprobis:ſi vident ſurſum,vident iudicẽ iratum:ſi deorſum,vident pœnam præparatam:ſi introrſum,tunc inſpiciunt conſcientiam vrgentem,ſi extrorſum,vidẽt diabolum eos accuſantem. Tertiò, habebunt pacem in cœlo, de quo Iſa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, quæ pax nulla rumpitur diſcordia,de qua Leuit.26.Dabo pacẽ in cunctis finibus veſtris,i.in cunctis potentiis dormietis,& non erit qui exterreat.Hanc pacẽ Dei filius carè emere voluit,vt dicit Chryſ. Nam pro ea filius Dei paſſus eſt,crucifixus & ſepultus.Pro illa pace habenda voluit quaſi matrimonium contrahere cum ſorore noſtra, ſ.humana natura, vt pacem cœleſtem haberemus.Hæc eſt pax de qua dicit Augu.Quis non deſiderat illã pacem,vbi amicus non exit,inimicus non intrat, nullus tẽtator,nullus ſeditioſus,nullus fatigãs exiſtit. Hęc pax cæleſtis ciuitatis eſt ordinatiſſima ſocietas fruẽdi Deo, & inuicẽ in Deo.Hãc pacẽ impij non habebũt, quia de eis dicit Apoſt.1.Theſſ.5.Cũ dixerint pax & ſecuritas,tũc repẽtinus eis ſuperueniet interitus.Ideo hortatur nos 2.Cor.13.

Pacē habere, & deus pacis & dilectionis erit vobiscū. ¶ Sequitur: *Accipite spiritū sanctū. Quorū remiseritis peccata, remittūtur eis.* Illa est secunda pars principalis istius Euangelij, in qua (vt dixi) innuitur copiosum donū digni dulcoris, s. in spiritus sancti donatione dicen *Accipite spiritū sanctū.* Dicit Aug. li. 4. de Trinit. Flatus iste nō fuit substantia spiritus sancti, sed demōstratio per congruā significationē à patre & à se, s. filio, spiritū sanctū procedere ex eo: sicut flatus procedit à corde & anima, sic spirit⁹ sanctus à patre & filio. Sed di. Si post resurrectionē dedit eis spiritū sanctum, quid opus fuit postea dare, s. post ascensionē dñi? Respō. ꝙ nunc dedit eis spiritū sanctū, sed non ad omnē effectū: sed post hoc dedit eis ad omnē perfectionē. Attamen dicit Greg. in Homi. Spiritus sanctus bis datus fuit, semel in terris ad dilectionē proximi, postmodū de cœlis ad dilectionē Dei. Et subdit: *Quorū remiseritis peccata, &c.* O q̃ magnū donū dedit sacerdotali dignitati, nō aurū, nō argentū, sed spiritū sanctū. ¶ Sed di. Videtur ꝙ sacerdos non habēs spiritū sanctū, nō posset remittere peccata. Respōdet S. Tho. ꝙ peccata remittūtur virtute spiritus sancti. non autē oportet ꝙ sacerdos sit sanctus: quia Deus principale agens, sacerdos vt minister. Figuratur 4. Reg. 5. Licet Giesi fuit seru⁹ Helizęi auarus, propter hoc nō fuit impedita sanitas Naaman leprosi. Et sic sacerdos nō remittit ratione sui meriti, sed ratione officij. Ergo non oportet, ꝙ hæc gratia sit in sacerdote, sed in sacramētis. Sacramentū autē habet se vt medicina. Sed quid cōfert ad medicinā, si medicus sit pulcher vel deformis, ęger vel sanus? Itē habet se sicut lumen, quid autē refert vtrum portās lumen sit cæcus vel videns? Itē habet se sicut panis. Sed quid refert si cōferens panē sit satur vel famelicus? Idcirco non oportet, ꝙ hæc gratia sit in sacerdote. Sed dices, Tamē Christus prius dedit apostolis potestatem remittēdi peccata. Mat. 16. Petre tibi dabo claues regni cœlorū. Respondet, Ibi fuit promissio, hîc autē confirmatio. Ne ergo quis diceret, quod Petrus per negationem perdidisset hanc gratiam, ideo ipse nunc confirmat. ¶ Attamen sciendum, quod ad hanc dimissionem peccatorum, vt sortiatur effectū, triplex concurrit iudiciū. Primò, Dei qui cōtritionē donat, & remittit culpā & pœnā æternā. Luc. 5. & Marc. 2. Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Isa. 43. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas. Apoc. 3. Ipse est qui aperit,

&nemo

& nemo claudit:claudit,& nemo aperit. Secundũ est iudiciũ ministri.i.sacerdotis,qui instrumentaliter operatur ad iustitiã pœnitẽtis,s.disponẽdo,& nõ ipsam iustificationem vel gratiã cõferendo principaliter,quia hoc est solius Dei. vnde si fortassis aliquo casu ante absolutionẽ sacerdotis aliquis nõ esset bene dispositus ad gratiã suscipiendã,in ipsa cõfessione & absolutione sacramẽtali gratiã consequetur, id est,augmentũ gratiæ.Vnde Amb.de pœniten.dist.1.Non potest.Nõ potest quis gratiã Dei cœlestis accipere,nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitẽtiæ cõfessionẽ.Et Aug.de pœnitẽtia, dist.1.Agite pœnitentiã qualis agitur in Ecclesia,vt oret pro vobis Ecclesia:& nemo dicat sibi,occultè ago,apud Deũ ago, nouit Deus qui mihi ignoscit,quę in corde ago.Ergo sine causa dictũ est·Quæ solueritis in terra, soluta erũt & in cœlo.Ergo sine causa claues datæ sunt ecclesiæ dei,frustramus Euãgelium Dei,frustramus verbum Christi : si promittimus verbis quod ille negat,nónne nos decipimus?&c. Tertium est iudicium cœli, id est,approbatio cœlestis curiæ. Primum iudiciũ præsupponitur,scilicet iudicium Dei,secundũ debet sequi,tertium tunc sequitur infallibiliter:& sic verificabitur illud, *Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis*, scilicet claue non errante.

¶ Dominica secunda post Pasch.

De officio boni pastoris. Et quàm multipliciter Christus bonitatem suam ouibus suis declarauit.

ENARRATIO I.


BOnus pastor ponit animam suã pro ouibus suis. Io.10.¶In summa Euãgelij duo innuuntur.Primò, se pastorẽ bonum pronũtiat.Secũdò,pastoris officiũ declarat. Primũ patet in principio.Secundũ ibi:*Bonus pastor animã suam,&c.*De primo dicit:*In illo temp.*s.postquã Christus illuminauit cæcum natum interius & exterius.In quo ostẽdit se pastorẽ verũ suarum ouiũ.ideo cõsequenter subiũxit,di. *Ego sum pastor bonus.* Greg.Non ex accidẽte bonus,sed essentialiter bonus est secundum diuinã naturã.Dicit nanq; Dion.Omne bonũ suiipsius est diffusiuũ & cõmunicatiuũ:sic diuina bonitas largiter se diffundit & cõmunicat secundũ omnem dimensionem.Secundũ longitudinẽ , quia à principio mũdi vsq; ad finẽ ostẽdit suę misericordiæ bonitatẽ.De quo Psal.102.Misericordia autẽ domini ab æterno vsq; in æternũ. Item secundũ latitudinem,quia bonis & malis benefacit.Matth.5.

Solem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Itẽ ſecundũ altitudinẽ, quia his qui ſunt in cœlo bonitatẽ ſuã oſtendit. Vnde Pſ.35. Dñe in cœlo miſericordia tua, quia remunerat ibi electos vltra condignũ. Ro.8. Non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Itẽ ſecundũ profunditatẽ, quia in inferno oſtẽdit bonitatẽ miſericordiæ ſuæ, qa punit eos citra condignũ. Itẽ in medio oſtẽdit ſuã bonitatẽ, hoc eſt in mũdo per carnis aſſumptionẽ. De quo Pſ.118. Bonitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo dñe ſecũdũ verbũ tuum, i. ſecũdũ promiſſionẽ tuã. de quo virgo Maria in Cãtico, Lu.2. Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abrahã, &c. Ideo de ſua bonitate dicit: *Ego ſum paſtor bonus. &c.* Reuera bonus. Nam plura bona exhibet ſuis ouibus. Primò, paſcit delectabiliter. Vnde. Pſ.94. Et nos popu. paſ. eius, & oues ma. eius. Nã paſtor dicitur à paſcẽdo, & ſic Chriſtus paſtor verus eſt. Zach.13. Percute paſtorẽ, & diſpergentur oues. Hic paſtor tripliciter nos pauit. Primò, corporali refectione. Vnde Pſ.135. Cõfitemini Deo cœli, qui dat eſcã omni carni, nõ ſolùm hominibus, ſed & beſtiis. Mat.6. Reſpicite volatilia cœli, quæ non ſerũt neq; metũt, neq; cõgregant in horrea, &c. Ideo Pſal. 144. Oculi omniũ in te ſperant Dñe, & tu das eſcã illorũ in tẽpore oportuno. Et ſic paſtores ſpirituales refectione corporali paſcere debent oues. 1. Pet.5. Paſcite qui in vobis eſt gregẽ Dei. dicit nanq; Amb. 12. q. 2. aurum. Aurum Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus pauperũ. Luc.11. Quod ſupereſt, date eleemoſynã, non dicit, ſeruate ad ſuperbiã, & ad gulã, vt aliqui faciunt. De quibus Ezec.34. Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebãt ſemetipſos: & nũc pleriq; tales inueniũtur qui ſemetipſos ingurgitant, & obliuiſcuntur pauperũ. De talibus dicit Ambr. 86. diſt. paſce. Paſce fame morientem. quiſquis enim paſcẽdo hominẽ ſeruare poteris, ſi nõ paueris, occidiſti. Ideo Greg. Qui non dat pro ouibus ſuis temporalem ſubſtantiã, quomodo pro illis daturus eſt animã? q. d. nullo modo. Secũdò, cibauit nos Chriſtus vt paſtor bonus ſacramentali cibatione, Io.6. Caro mea verè eſt cibus. Sic paſtor bonus ſpiritualis ſacramentaliter & ſpiritualiter paſcere debet oues ſuas. Mat.24. Quis putas fidelis ſeruus & prudens, quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã, vt det illis cibũ in tẽpore, &c. Figuratur 3. Reg. 19. Vbi angelus pauit Eliã pane ſubcinericio.

Per angelũ intelligitur sacerdos, qui debet pascere ouẽ si-
bi cõmissam corpore Christi. Tertiò cibauit nos Christus
laudabili conuersatione. vnde Psal. 77. Pauit in innocentia
cordis sui, quia innocentẽ cõuersationẽ exhibuit & mũdã,
nobis in exemplũ. Io. 13. Exemplũ dedi vobis, vt queadmo-
dũ feci vobis, ita & vos faciatis. Sic pastores spirituales pa
scere debẽt oues suas, de quo 1. Petri 2. Cõuersatioñẽ vestrã
inter Gẽtes habẽtes bonã. & Matt. 5. Luceat lux vestra corã
hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificẽt patrẽ
vestrũ qui in cœlis est. Nam hoc iniũxit Iesus Petro, Io. 21.
cùm ter dixit ei: Pasce oues meas, scilicet carnali refectio-
ne, sacramẽtali cibatione, & laudabili cõuersatiõe. De quo
ad Tit. 2. In omnibus præbe te exẽplum bonorũ operum in
doctrina, in integritate, in grauitate. Sed heu aliqui scãda-
lizant oues suas prauis operib. Quod cõqueritur dominus,
Ier. 23. Væ pastoribus qui disperdũt & dilacerant gregẽ pa-
scuæ meæ, dicit dominus. Ecce ego visitabo super vos mali
tiã studiorũ vestrorũ. Et Ezec. 34. Lac comedebatis, & lanis
operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregẽ au-
tem meũ nõ pascebatis: quod infirmũ fuit nõ cõsolidastis,
& quod ægrotũ nõ sanastis, &c. Nã dicit Greg. Tot mortib.
prælati digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exem
pla trãsmittunt. Quartò, Christus vt pastor bonus pauit nos
verbi Dei prædicatione. Eccl. 15. cibauit eos dñs pane vitæ
& intellectus, hoc est, verbo Dei: sic pastores spirituales fa-
cere debẽt. Nã dicit dominus, Mat. 4. Nõ in solo pane viuit
homo. Sic & ipsi cũ illo debẽt pascere oues suas, Ier. 6. Da-
bo vobis pastores secundũ cor meũ, & pascẽt vos sciẽtia &
doctrina. ¶ Idcirco cõsiderandũ, ꝙ multa requirũtur ad bo-
nũ pastorẽ. Primò, debet habere panẽ in pera: secũdò, bacu-
lum in manu vel flagellũ: tertiò, canẽ in chorda: quartò cor
nu in ore. Primò dico, debet habere pastor panẽ in pera, i.
scripturã sacrã in notitia. Malac. 2. Labia sacerdotis custo-
diũt scientiã. Ideo Leo papa, in can. 41. di. Statuimus. vbi di
cit, Imperitis & rudibus gubernacula Ecclesiæ nõ sunt cõ-
mittenda, quia tales plus nocẽt, quàm prosunt, vt habetur
de electiõn. cap. Nihil est quod Ecclesię Dei magis officiat,
i. noceat, quàm quod indigni assumãtur prælati ad regimẽ
animarũ. Nam de talibus dicitur Oseæ 4. Quia tu scientiã
repulisti, repellã te ne sacerdotio fungaris mihi. Tales enim
omnes indignè assumunt officium sacerdotale, quia est ars


artium,regimen animarũ. Ideo Greg.Nõ debet fieri rusticus qui nescit arare, nec miles qui nescit pugnare, nauta qui nescit pericula vitare:sic nec pastor,q̃ nescit oues suas pascere.Quid enim miserabilius & tristius,q̃ ꝙ multi sunt pastores nomine,pauci verò re? Heu multi sunt tales qui nõ habẽt saccũ,i. notitiã scripturarũ. De quibus Baruch 3. Quia nõ habuerũt sapientiã,ideo perierũt propter suã insipiẽtiã.Ier.2.Sacerdotes nõ dixerũt,vbi est dominus:& tenentes legẽ nesciũt me,& pastores præuaricati sunt in me. Secũdò,pastor debet habere baculũ vel flagellũ ad correctionẽ delinquẽtiũ, de quo Aug.in can.24.q.5.corripiãtur. Corripiãtur à prępositis suis subditi correctionib: ex charitate prouenięẽtibus pro culparũ diuersitate. Nã dicit Apost. Rom.1.Nõ solùm qui ea faciũt,sed etiã qui cõsentiunt facientibus,digni sunt morte.Et qui tacet,cõsentire videtur: vt habetur in can. 83.dist.error.Error cui nõ resistitur, approbatur.Similiter de hæreticis, c.qui alios. Qui alios ab errore nõ reuocat,dũ potest,seipsum errare demõstrat.Ideo docet Apost. 1.Tim.5.Peccãtes corã omnib.argue,vt & cęteri timorẽ habeãt. Isidor.Dum vnus corripitur,alij plures emendãtur.Quæ quidẽ correctio à prælato adhibẽda designatur in baculo pastorali,quę nõ est omittẽda.Nam dicit Greg.pastor dũ delinquẽtes corrigere noluerit, procul dubio tacendo occidit.Tertiò, pastor debet habere cornu vel buccinam in ore,i.dulcem admonitionẽ.iuxta illud Apost. ad Tit.2.Loquere,& exhortare,& argue.Et c.3 Admone illos ad omne opus bonũ paratos esse.Et Isa.58.Clama, ne cesses,quasi tuba exalta vocẽ tuã.Et Nũ.10.Fac tibi duas tubas argẽteas ductiles,quibus cõuocare possis multitudinẽ. Spiritualiter per duas tubas quibus cõuocatur populus,intelligũtur duo,quę sunt narrãda peccatorib.s.peccata & pœna peccatorũ, vel intelligũtur alia duo,s.correctio & pietas,iuxta illud Ps.140.Corripiet me iustus in misericordia. De quibus duob. dicit Greg. in pastor. In manu pastoris sit virga correctionis,in corde mãna dulcedinis.Nã sicut Samaritanus vulnerato infudit vinũ & oleum, sic correctio & pietas debẽt simul stare.De quo Gal.6.Si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis,instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,i.benignitatis.Nã secundũ Greg.Bonus prælatus magis studeat amari,quàm timeri:plus proficit pietas quàm potestas,beneuolẽtia quàm arrogantia.

rogãtia. Quartò, bonus paſtor debet habere canẽ in chorda, i. corpus in abſtinentia, dicẽs cũ Apoſt. 1. Cor. 9. Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo, ne fortè cũ aliis prędicauerim, ipſe reprobus efficiar. Sed heu pleriq; ſunt qui crapulosè viuũt & deliciosè, de quibus Rom. 2. Qui prædicas nõ mœchãdũ, mœcharis. Exiſtimas autẽ hoc homo, qui iudicas eos, qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudiciũ Dei? Propter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas, in quo enim alterũ iudicas, teipſum condemnas. Nã tales exemplum trãſgreſſionis præbẽt ouibus ſuis. De quo Greg. Dũ paſtor per abrupta graditur, neceſſe eſt vt grex ad præcipitiũ ſequatur. ¶ Idcirco attẽti debẽt fore paſtores, nõ ſolùm vt nitãtur præeſſe, ſed etiã prodeſſe: vt figuratur in quatuor bonis paſtorib. de quib. legitur in veteri teſtamento, qui fuerũt cæteris famoſiores. Primus fuit Abel, qui interpretatur lugẽs, quia paſtores debẽt lugere peccata populi. Ioel. 2. Inter veſtibulũ & altare plorabũt ſacerdotes miniſtri domini, & dicẽt: Parce domine, parce populo tuo. Et ſic fecit Ier. c. 9. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarũ? Sic & Chriſtus Lucæ 20. fleuit ſuper Hieruſalẽ. Sed heu iã nõnulli videntes ouiculas ſuas periclitari, ridẽt. Vbi Greg. Tot occidimus, quot ad mortẽ ire videmus, & tacemus: quid autẽ ſequitur ſi riſerimus? Itẽ Abel offerebat Deo meliora, ſic Chriſtus. Eph. 5. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiã Deo in odorẽ ſuauitatis. Sic quilibet bonus paſtor primò ſeipſum offerre debet Deo. Eccl. 14. Qui ſibi nequã eſt, cui alij bonus erit? Greg. Quid ꝓdeſt ſua dare Deo, ſeipſum Diabolo? Aug. Nihil miſerius miſero nõ miſerãti ſibi. Secundus Iacob, qui fuit ſolicitus circa oues cuſtodiẽdas. Gen. 31. Die noctũq; æſtu vrgebar & gelu, fugiebãtq; ſomnus ab oculis meis. Sic & Chriſtus diligẽter nos cuſtodiuit. Io. 17. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit Io. 10. Nõ rapiet eas quiſquã de manu mea, i. diligẽti cuſtodia. Itẽ cõmiſit oues ſuas patri. Io. 17. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi. Cõmẽdauit eas Petro poſt reſurrectionẽ, Io. vlt. Petre amas me? paſce oues meas. Ro. 12. Qui præeſt in ſolicitudine Ier. 33. Trãſibũt greges ad manum numerãtis. Et cap. 13. Vbi eſt grex qui datus eſt tibi pecus inclytũ tuũ? 3. Reg. 20. Cuſtodi virũ iſtũ, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Ideo Ezec. 34. Hęc dicit dñs Deus: Ecce ego ipſe requi-



rā oues meas,& visitabo illas, sicut pastor visitat gregē suū in die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū. Greg. Ergo nō excusatur pastor,si lupus rapit,& ipse ignorat.Tertius pastor Dauid, 1.Reg.17. Misit Isai Dauid de Bethlehē ad castra Israel,dicēs:Perge ad fratres,vide si cūcta prospere gerātur.Audiuit autē Dauid Goliā exprobrare castris Israel:interrogauit igitur Dauid, Quid dabitur viro bellanti cōtra hūc Philistæū & vincēti eū?Et respōsum est ei,Domū eius faciet absq; tributo,& rex filiā suā dabit ei,& diuitiis magnis eū ditabit. Heliab autē frater ipsius senior increpauit eū,dicens:Cur reliquisti pauculas oues in deserto,& venisti huc?Scio nequitiā cordis tui,qa vt videres certamen, descēdisti in præliū.Respōdit:Nūquid nō verū est?ipse tamen nō minus vt pugnaret ingessit se contra Goliam. Cui Saul ait:Nō præualebis,quia puer es.Respōdit,Ego Seruus tuus interfeci vrsum & leonē: qa cùm pascerē gregē patris mei,rapiebant arietem de medio gregis:Ego verò sequebar & percutiebā eos. Ex aduerso autē ipsi resurgebant contra me:sed ego eruebā prædā de ore eorū,& suffocabā & interficiebā illos.Ecce q̃ fortiter & instāter egit pro custodiēdo grege:sic & Christus leonē,i.diabolū vicit.De quo 1.Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tanquā leo,&c.Io.12.Nūc princeps huius mūdi eiicietur foras.Similiter & vrsum, i.mundū.De quo eiusdē 16. Cōfidite.ego vici mundū. Et sic Christus est pastor noster verus , qui eripuit oues suas de omni periculo.1.Pet.2.Eratis enim sicut oues errātes:sed cōuersi estis nūc ad pastorē animarū vestrarū.Sic pastores spirituales debēt se opponere leoni cōtra eū pugnādo.Iac.4.Resistite diabolo,& fugiet à vobis.Similiter contra vrsum,i.contra delectationes carnis & mūdi:quia dicit Greg. 24. Mor. Qui adhuc per illicita desideria defluit,aliorū curā assumere nō præsumat:quia durū est eū aliorū curā gerere,qui nescit tenere moderamina vitę suæ.Quartus pastor Moses bonus fuit.Exo.3.Qui pascebat oues Ietro,hic orauit pro ouibus suis.Exo.32.Orabat Moses dominū Deū,dicens:Quiescat ira tua,& esto placabilis super nequitia populi tui. Et subdit, Placatúsq; est dominus & misertus est populo suo, ne faceret malū quod locutus fuerat aduersus populū suū: sic pastores spirituales debent orare pro ouibus suis & pro excessibus eorū dicēdo cum Aug.O domine refugiū & spes miserorū,oro vt miserearis omniū peccatorū,ô domine qui fleuisti

suscitasti Lazarū, da mihi ita flere vt lauētur cū Naamā à lepra peccatorū, vt lachrymæ meę emolliāt ad pœnitētiā corda eorū. ¶ Dixi secūdò, Christus est pastor bonus, quia errātibus cōpatitur misericorditer. Mar.6. Et exiēs Iesus vidit turbā multā, & misertus est sup eos, quia erāt sicut oues nō habētes pastorē. Sic & nos omnes eramus sicut oues errātes, & vnusquisq; in viā suā declinauit, vt ritè dicere possit cū Psal.118. Erraui sicut ouis quę periit, quęre seruū tuū. Ipse per gratiam suā nos quęsiuit, adimplēs illud Eze. 44. Ego ipse requirā oues meas. Reuera quęsiuit, dic. Mat. Nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Et per misericordiā inuenit, & reportauit ouem perditā in humero suo. Luc.15. Quis ex vobis homo habet cētū oues, &c. Et subdit, Cùm inuenerit eā imponit in humeros suos gaudēs. Dicit Amb. Humeri Christi sunt brachia crucis. In humeris ouē posuit, quia humanā naturam suscipiēs peccata nostra ipse portauit, Isa.40. In brachio suo cōgregauit agnos. Sic pastores spirituales debēt cōpati ouibus suis in defectibus & necessitatib. De quo Aug. super Psal.98. Quātò maior est charitas, tātò amplius torquet te, cū quem peccare videas. ¶ Tertiò, Christus est bonus pastor, qui educit oues suas fideliter. Io.10. Educet eas, & cū proprias oues emiserit, ante eas vadit, &c. educet, s. de tenebris ad lucē, de miseria ad lætitiā. Eze.34. Visitabo oues meas, & liberabo eas de omnib. locis, in quib. dispersę fuerūt die nubis & caliginis. Et Christus ante eas vadit, s. p bona exēpla: sic etiā facere debet pastor spiritualis, vt dicit Apo. Omnia facite sine murmurationibus & hęsitationib. Phi.2. vt sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehēsione in medio nationis prauæ, inter quos lucetis sicut lum. &c. De quo etiā 1.Pet.2. Vt in eo q detractāt de vobis tāquā de malefactorib. ex bonis operib. vos cōsiderātes, glorificēt Deū in die visitatiōis. ¶ Quartò, Christus est bonus pastor: quia vitā ponit amicabiliter. De quo subdit in tex. Et est secūdū mēbrū, in quo vt dixi, pastoris officiū declarat, di. *Bonus pastor animā suā ponit pro ouibus suis.* Ber. Vnā suā animā in passione posuit: & oēs animas de inferno liberauit. Similiter Greg. in homil. dicit: Fecit quod monuit, ostēdit quod iussit, & hoc ex charitate exhibuit. Io. 13. Cùm dilexisset suos qui erāt in mūdo, vsq; in finē dilexit eos. id est, in fine maiorē dilectionē ostendit eis. Ioan.15. Maiorē hac dilect. ne. habet, quàm vt animā suā ponat, &c.



¶ Quintò,

¶ Quintò, Christus est bonus pastor, quia oues suas cognoscit singulariter, de quo subdit in textu: *Cognosco oues meas.* Reuera oẽs noscit. 2. Tim. 2. Cognouit dñs qui sunt eius, i. approbauit. Nam eius notitia est approbatio. Et ecõtra dicit malos se non noscere, quia eorum opera non approbat. Mat. 25. Amen dico vobis, nescio vos. O terribile verbum! Item pastores solẽt omnes signare: sic Christus per signum crucis & memoriã passionis noscit suos. De quo Ezech. 9. Signa thau super frontes virorum gementiũ & dolentiũ, i. crucis memoriã, dicendo cum Apost. Galat. 6. Stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Nam sicut rex militẽ suum noscit in armis & vexillo, sic & Christus suos noscit per arma passionis, Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt. Dicamus igitur cum Psal. 85. Fac mecũ signum in bono. sic pastores spirituales noscere debent oues suas, iuxta illud Prou. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuósque greges considera, quia dicetur tibi illud Luc. 16. Redde rationem villicationis tuæ. O quàm dura erit ratio! Ezech. 3. Sanguinem eius de manu tua requirã. Et subdit in textu: *Et cognoscũt me meæ*, s. oues, s. fide, spe & charitate: mihi obediendo, & mandata mea custodiendo. Quia scribitur 1. Io. 2. Qui dicit se nosse Deum, & mãdata eius non custodit, mendax est. Sic etiam spirituales oues deberẽt noscere pastores suos eis obẽdiẽdo, & semel ad minus in anno se pręsentando, vt habetur de pœni. & remis. ca. omnis vtriusque sexus. Omnis fidelis semel in anno debet confiteri proprio sacerdoti. ideo Apost. Heb. 13. obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. ¶ Sextò, Chistus est bonus pastor, quia oues suas diiudicat sagaciter. Vnde Mat. 25. Separabit eos abinuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidẽ à dextris, hœdos à sinistris. Greg. Duo ordines erũt in iudicio: Vnus electorũ, alius reproborũ. Electis dicetur: Venite benedicti, &c. Reprobis verò dicetur: Ite maledicti, &c. Augu. O q̃ bona pascua dantur electis, vita æterna: vbi nulla arescit herba, sed virẽt omnia. Nam secunda Pascua electorum sunt vultus Dei, vbi erit perpetua lætitia & securitas. Io. 10. Et non rapiet eas quisquã de manu mea.

¶ Dominica tertia post Pascha.

Qui fiat, vt verbum Dei à quibusdam non intelligatur. Item de triplici tristitia, eiúsque quæ secundùm Deum est, origine.

ENAR

ENARRATIO I

Modicum & nō videbitis me Io.16. In summa Euāg. duo innuuntur: Primò, pronūtiat euentū futurū, ibi: *Modicum, &c.* Secundò, soluit dubiū discipulorū, ibi: *Cognouit Iesus.* De primo dicit: *In illo tempore*, s. in cœna, cùm Christus dixit eis de recessu p mortē: tunc vidit eos tristes, & cōsolabatur eos, dicēdo eis quod non esset diu absuturus, dic. *Modicū, & iam non videbitis me*, s. tempore mortis per 40. horas. Hîc innuūtur tres articuli fidei: Primus de morte, vbi p tres dies discipuli eum non viderunt. Secundus verò de resurrectione, cùm subdit: *Iterū modicum, & videbitis me*, s. tempore resurrectionis. Et erat modicū. Act.1. per 40. dies apparēs eis, s. suis electis. Tertius articulus ascēsionis, ibi: *Quia vado ad patrem*, quasi dicat, quādo ascendero in cœlum, tunc non videbitis me amplius vsq; ad finem mūdi in resurrectione generali. Nam ab hoc tempore, s. ascensionis, nō apparet Christus in mundo corporali & sensibili præsentia, in propria forma cōmuniter hominibus: quāuis ex speciali gratia apparuit, & apparere possit aliquibus, sicut B. Ioan. Euang. cum eum ad se vocauit, & B. Petro egredienti vrbem à facie Neronis apparuit dn̄s. Cui Petrus: Domine quò vadis? Et sic adhuc hodie ex speciali gratia alicui apparere posset. Cautè tamē agendū foret in huiusmodi apparitionibus insolitis, & hoc propter deceptionem diabolicam. Scribitur enim 2. Cor. 11. Ipse Satanas transfigurat se in angelū lucis: quia aliquādo ex diuina promissione Satanas assumit corpus in quo simulat Christi personā vel alterius, & ita apparuit B. Martino. Aliquando tamen etiam inuisibiliter, formando tamen vocem audibilem, vt B. Francisco volens eum retrahere à pœnitentiæ rigore: & multis aliis modis, quibus hominē decipere nititur. ¶Dixi, secūdò soluit dubium discipulorū, cùm subdit: *Dixerunt ergo discipuli, Quid est hoc quod dicit nobis modicum?* Vnde duplex causa potuit esse, quare non intelligebant, vt dicit Chry. Prima, quia propter tristitiam non potuerūt intellectum eleuare ad sensum verborum. Secunda est cōtrarietas, quæ videbatur in verbis, s. *videbitis & non videbitis.* Et adhuc duplex est causa quare verbū Dei intellectu nostro non percipitur: primò, quia cor nostrū plerunq; est ad alia inclinatū, vt aliquorū ad auaritiā. Ps.57. Sicut aspidis surdæ obturātis aures suas. Et tales non intelligunt verbum Dei. Aliorū verò ad luxuriā. Eccl.21. Audiuit luxuriosus, & displicebit

plicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suũ. Chrys. Sicut cũ ostẽditur leoni herba viridis, nõ aduertit, quia eius natura nõ est ad illã inclinata. Secũdò, quia est factis eorũ contrariũ. Amos 5. Odio habuerunt corripientẽ in porta, & loquẽtẽ perfectè abominati sunt. Sap. 2. Cõtrarius est operib. nostris, & improperat nobis peccata legis. Circũueniamus ergo iustum, quoniã inutilis est nobis, &c. Ideo Io. 3. Omnis, qui malè agit, odit lucẽ, & nõ venit ad lucẽ, vt nõ arguãtur opera eius. Et Prou. 18. Non recipit stultus verba prudẽtiæ, nisi dixeris, quæ versantur in corde eius. Sic igitur, quia discipuli dubitauerũt. Ideo subdit: *Cognouit Iesus quia voluerũt eũ interrogare.* Cognouit p speculũ diuinitatis. 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. *Et dixit, de hoc quaeritis inter vos, quia dixi vobis modicũ. Amen amẽ dico vobis q. plora. & flebitis vos*, interius per dolorẽ, s. tali modico in quo me nõ videbitis, s. in triduo mortis. *mundus autẽ gaudebit*, i. amatores eius, vt Scribæ & Pharisæi: *vos autẽ cõtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ, & pœna trãsibit in letitiã.* Gre. 15. Moral. Sicut iniqua lętitia trãsit ad pœnã, itã innocẽs pœna vadit in lætitiã. Nota, in script. sacr. triplex inuenitur tristitia sicut & lætitia. Prima tolerabilis, secũda damnabilis, tertia cõmẽdabilis. Prima tolerabilis illa est naturalis, quãdo homo ex naturali affectu nullo extrinseco accidẽte cõsueuit esse tristis. Et quia secundũ Philos. ex naturalib9 homo nõ meretur nec demeretur, ideo per talẽ tristitiã nec bonũ nec malũ cõsequitur. Sed tamẽ eadẽ naturalia per bonã volũtatẽ cũ ad bonũ inclinamus, meremur: si verò ad malũ, demeremur. Verbi gratia: videre & audire inquantũ sunt naturalia per se & absolutè cõsiderata non habẽt meritũ, sed quãtũ ex voluntate eadẽ ad bona vel ad mala inclinamus, meremur vel demeremur. Secũda est tristitia dãnabilis, quæ vitiũ parit aliquãdo ex impatientia eorũ quæ Deus permittit super nos propter peccata nostra: vt quãdo dat infirmitatẽ, vel aduersitatẽ aliquã, de qua 2. Cor. 7. Seculi tristitia mortem operatur. Ideo Eccl. 30. Tristitiã lõgè expelle à te, multos enim occidit tristitia: & nõ est vtilitas in illa, quia non potes cõtra Deum. Iob 11. Si subuerterit omnia vel in vnũ coarctauerit, quis contradicet ei? aut quis dicere ei potest, Cur ita facis? Aliquãdo talis tristitia oritur ex inuidia, quæ est tristitia mẽtis de felicitate aliena, de qua Prou. 15. Sicut tinea vestimẽto, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.

di.Prou.17.Spiritus tristis exiccat ossa,i.virtutes.Eccl.38.A tristitia festinat mors.Tertia est tristitia cõmendabilis.De hac 2.Cor.7.Quæ secundũ Deũ est tristitia,pœnitẽtiã in salutẽ stabilẽ operatur.Et dicit quæ secundũ Deũ est.Illa tristitia septẽ habet gradus,vel oritur ex multis.Primò ex peccatorũ recordatione.Talis fuit tristitia Pauli, Rom.9.Tristitia mihi est magna & cõtinuus dolor cordi meo. Sic petro cũ amare fleuit.Et meritò,debet oriri tristitia ex peccatorũ recordatione,quia septẽ mala homo ꝑ peccatũ incurrit.Primò,deũ offẽdit.Sap.14.Similiter autẽ odio sunt deo impius & impietas eius. Secũdò,diabolo se subdit.2.Pet.2. A quo quis superatus est,huius & seruus est.Tertiò,gratiã perdit.Aug.Dei gratia & peccatũ opponuntur.Nisi eñ vnũ radicitus euulsum fuerit,alterũ plãtari nõ poterit.Quartò, pœnã meruit.Ro.6.Stipẽdia peccati mors.Quintò,imaginẽ dei deformauit,quia peccatũ est macula animę.Ps.52.Abominabiles facti sunt in iniquitatib⁹.Sextò,proximũ scãdalizauit.Mat.18.Vę illi per quẽ scãdalũ venit.Septimò,se ab Ecclesia separabit.Psal.25.Odiui ecclesiã malignantiũ.Sed tristitia ꝓ peccato omnia illa reformat.Ideo 2.Cor.2.Gaudeo,nõ quia cõtristati estis:sed quia cõtristati estis ad pœnitentiam. Aug.Verus pœnitẽs semper doleat,& de dolore gaudeat:nã ista tristitia vertetur in gaudiũ.Luc.15. Gaudiũ erit in cœlo super vno peccatore,&c.Secũdò,oritur ex defectuũ cõsideratione,qui sunt multi,de quo Ber.Heu quot sunt obstacula quæ prohibẽt, quot impedimẽta quæ retardãt,ne volũtas nostra volũtati diuinæ valeat inhęrere.Obiicit concupiscẽtia,obiicit ignorãtia,vndiq; bella,vndique tela,vndiq; tentamẽta. De hoc defectu cõqueritur ad Ro. 7.Scio enim,ꝙ nõ habitat in me,hoc est in carne mea,bonum.Nam velle adiacet mihi,perficere autẽ bonũ non inuenio.Non enim quod volo bonũ hoc facio,sed quod nolo malũ hoc ago.Ideo Augu.Terret me vita mea,quia nisi sterilitas est in ea.Nam dicit,nunc hoc,nũc illud:post hoc, nec hoc,nec illud.Sed hæc *tristitia vertetur in gaudium*.De quo Bern.Deus vidẽs quòd nostrã cognoscimus miseriã,dat nobis suam misericordiã:talem nobis infundẽs gratiã,vt delectabiliter operemur bonũ.Inde gaudiũ oritur mentis per quod tristitia effugatur. Tertiò,oritur talis tristitia de dubia discussione,vel de nõ assecuratione,de quo Eccl.9.Nescit homo vtrũ amore an odio dign⁹ sit. Nã licet habeamus consol

consolationē per gratiā spei:attamē habemus tribulationē per timorē,& sic inter spem & timorē fluctuat homo. Nam licet pœnitentiā gessimus,nescimus an sit digna vel accepta.Ideo Eccl.5. De propitiatu peccatorū noli esse sine metu.Item hodie es in via virtutis & iustitię,nescis autē quid cras eris.Ideo 1.Cor.10.Qui se existimat stare,videat ne cadat.Itē licet diu stetisti in gratia & vita virtuosa,nescis tamen qualis finaliter eris.Prou.16. Est via quæ videtur homini recta:nouissima verò eius ducūt ad interitū.Ideo Ber. Minimè illum decet esse securū, qui laqueum portat secū: sic & nos.Ex his cōsiderationib⁹ homo tristatur,tristat⁹ humiliatur,humiliatus autē consolabitur.Iuxta Ps.33.Humiles spiritu saluabit, & 17.Populum humilē saluum facies: ecce gaudiū de tristitia proueniēs.Quartò,oritur ex proximorū cōpassione,quam tristitiā docet Apost.Rom 12. Flete cum flētibus.Nā ipse per se fecit facto, quod docuit verbo 2.Cor.11.Quis infirmatur & ego nō infirmor? Sic fecit Iob 30.dicens:Flebā quōdam super eo qui afflictus erat,& anima mea cōpatiebatur pauperi.Hoc fecit & Iesus,Io.11. Infremuit spiritu,& turbauit seipsum. Ex cōpassione,s.super Lazarū.Similiter & Ier.13.Deducet oculus meus lachrymā, quia captus est grex dñi.Et hoc docemur 1.Pet.3.Estote cōpatientes, fraternitatis amatores, quæ cōpassio plus debet fore de spiritualib⁹ defectib⁹ quā corporalibus. Vnde Isid. Magis est cōpatiendum & contristādum malefacientibus, quā malepatiētibus. Nam sicut anima nobilior est corpore,sic maior compatientia debet ei adhiberi. Ideo Bernar. Súntne in te viscera Christianæ cōpassionis? plāgis corpus à quo recessit anima,& nō animā à qua recessit Deus.Hæc tristitia similiter vertetur in gaudiū.2.Cor.1.Scientes quoniam sicut socij passionum estis,sic eritis & consolationis. Quintò , oritur cōmendabilis tristitia ex Christi passione, considerādo mortē Christi innocentē,& se illius quidē fuisse causam,& adhuc per omnia ingratum, nec vllatenus se posse in aliquo retribuere.Et hoc plerunq; multū perturbat electos,Eccl.7.Cor sapientum vbi tristitia passionis,s.Christi.De qua Mat.26.Tristis est anima mea vsq; ad mortē,sic & nos contristari debemus,de quo Ber.Si mēbrum Christi es,condole capiti:si discipulus es,cōdole magistro:si Christianus , condole Christo : si anima tua est sponsa Christi, condole sponso tuo. Et hæc etiam *tristitia vertetur in gaudium*, vt dicit

vt dicit Richard. de S.Vict. Sicut per diaboli tentationem oritur tribulatio: sic per Christi passionẽ omnis consolatio. Nã secundũ Apost.2.Tim.2. Si substinebim⁹, & cõregnabimus. Ecce gaudiũ de tristitia. Sextò, oritur cõmẽdabilis tristitia de mũdi falsificatione, de qua falsitate dicit Hiero. Si mundus cultello veritatis aperitur, nihil in eo nisi falsitas reperitur. Nã falsa est mundi lætitia, & falsus est eius stat⁹. Dico primò falsa est mundi lætitia. Vnde Aug. Seculi lætitia est impunita nequitia, quæ tamẽ in breui punietur. De quo Iob 21. Tenẽt tympanũ & cytharã, & gaudent ad sonitũ organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernũ descendunt. Quia dicit Aug. Nemo potest cõsolari in vtroq; seculo, hîc & in futuro. Nõ possunt esse duæ æstates, sed post æstatẽ veniet hyems: sic nec duæ consolationes simul stare possunt. De quo Ber. Delicatus frater es, si vis gaudere cũ seculo, & viuere ac regnare cũ Christo. Dicit nãq; Hier. Sicut ignis & aqua stare simul nõ possunt, sic nec corporales & spirituales delitiæ. Ideo maledixit Deus lætitiæ mundi. Luc.6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Dixi secũdò, falsus est status mũdi. De quo Hiero. quidquid est, aut præsens est, aut præteritũ, aut futurum. Si præsens, sic est instabile. 1. Io.2. Mundus transit & cõcupiscentia eius. Si futurũ, sic est incertũ, quia dicit Philos. De futuris cõtingentibus nõ est determinata veritas. Si præteritũ, tunc nihil est. Et propterea dicitur 1.Io.2. Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt. Dicit nanq; Beda: Figura mundi habet se in modũ pomi rotundi: cõtinuò nãque voluitur, & nunquã fixus permanet. Propter quod electi pleriq; tristabãtur & desiderabant mori, vt Apost. Rom. 7. Infelix ego homo, q̄s me liberabit de corpore mortis huius? Sed etiã tristabatur Dauid in Ps.119. Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. Tristabatur enim de duobus. Primò, de mundi falsificatione, vt dictũ est. Secundò, de regni Dei dilatione. Phil.1. Desideriũ habens dissolui & esse cum Christo. Similiter & Dauid Ps. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, Vbi est deus tuus? Et sic desiderabãt plus mori quã viuere, vt ad finem destinatum possent pertingere. De quo Aug. Fecisti nos ad te, inquietũ est cor nostrum, donec requiescat in te. Reuera inquietum. Nã intellectus hominis non quietatur, nisi in cognitione summę veritatis: & aspect⁹ nõ satiatur,

nisi in fruitione summæ bonitatis. De quo Ps.16. Satiabor cum apparuerit gloria tua: ad quam nos perducat, &c.

¶ Triplici existente gaudio, vnum tantùm esse verum & infallibile. Item de distinctione, atque affectibus tribulationũ. ENARRATIO II.

M*Vndus quidem gaudebit, vos autẽ contristabimini.* Ioã.16. ¶ In summa Euangelij duo innuuntur. Primò, pronuntiat malorũ lætitiam & exaltationem, ibi: *Mundus quidẽ gaudebit.* Secundò, subiungit bonorũ miseriã & tribulationem, ibi, *Vos autem contristabimini.* De primo dicit, *Mundus gaudebit.* Pro quo sciẽdum, Gaudium est triplex, s. mundiale, æternale, & spirituale. Primũ est gaudiũ mũdiale, quod habetur de reb⁹ huius mundi, s. de diuitiis, deliciis, voluptatib⁹, vanitatibus honorib. &c. Mundanum gaudium nunquã perfectè cognoscitur, nisi cùm perfectè despicitur, est & à bonis electis cõtemnendũ. Primò, quia habet vilitatem in obiecto, i. de rebus vilibus. Aug. Quid est seculi lætitia, s. inebriari, comessationibus vacare, luxuriari, nisi impunita nequitia? Ideo idem: Nil infelicius felicitate peccantiũ, qua pœnalis infirmitas incurritur, & mala voluntas roboratur. Secundò, habet impuritatẽ in subiecto, anima enim peccatis deformata est subiectum huius gaudij. Prou. 2. Lætantur cùm male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Hiero. Gaudiũ mundi est gaudiũ freneticorũ, infirmitatẽ suam nõ cognoscentium. Tertiò, habet breuitatem in seipso. Iob 21. Tenẽt tympanum & citharã, & gaudent ad sonitũ organi, ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad infernũ descendunt. Sicut patet de diuite illo qui dixit, Luc.12. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Cui respõsum est: Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti cuius erunt? Ecce q̃ breuẽ gaudium. Aug. Huius seculi lætitia vanitas est. cum magna expectatione speratur vt veniat, non potest teneri cùm venerit. Eccl.1. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Bern. Gaudere de diuitiis & mundi deliciis, est quasi magnam molam in collo ligare, vt artius demergaris. De breuitate etiã, & instabilitate huius gaudij ponit per modũ dialogi Hugo de S. Victo. in lib. de vanitate rerum mund. cùm discipulus diceret se videre nauigantes in mari in magna tranquillitate & etiam serenitate, & canẽtes in cytharis & lyris & omni genere dulcis melodiæ. Hugo dixit: Quid tibi videtur? Discipulus respõdit:

Mag

Magnum ecce gaudiũ & iucunditas, quæ si posset esse diuturna, esset felicitas. Cui Hugo. Ergo placet tibi? Respondit discipulus, Cur mihi displicere debeat, non video. Cui Hugo: fige paulisper oculũ donec videas finem. Et post paululum interrogauit discipulum: Quid vides? Respõdit discipulus, Video vndiq; nubescere, & nubes ventis agitari, mare cõturbari, fluctus intumescere, nauímq; funditus euerti. Cui Hugo: Quid tibi videtur? Respondit discipulus: Heu quid laudaui! Ecce lætitia vestra q̃ citò immutata est, & vita vestra ad quã miseriã deuoluta est? Prius vobis exultantibus pisces alluserũt, nũc vos naufragiũ miserabiliter absorpsit. Cui Hugo: Quid tibi videtur, gaudiũ mundi quale est? Respõdit discipulus: Vanitas vanitatũ. Ideo Hugo ad discipulũ dicit: Respice miserũ mundũ, & magis eos miseros, qui diligunt mundũ. Iste est quẽ putauimus amicũ, inuenimus inimicũ. Iste est in quo tẽpora lõga nobis promisimus & breuia inuenimus. Ibi pacem quærimus, & lõgè à nobis est. Heu eius pulchritudinẽ dileximus, eius speciẽ laudauimus, eius gloriã & iucunditatẽ desiderauimus, eius gaudiũ amplexati sumus. Certè quid video nisi omnia vana, & nũquàm à sapientibus & virtutũ amatoribus appetenda? Vbi sunt qui ante tẽpora fuerũt? vbi diuites, potẽtes & gloriosi? Baruch 3. Exterminati sunt & ad infernũ descẽderũt, & alij in locũ illorũ exurrexerunt. Nam scribitur Isa. 29. Sicut somniat sitiens ꝙ bibit, cùm autẽ fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic amatores mundi, qui dormiũt somno peccati, nũc non intelligunt miseriã suam: sed postquã euigilauerint in pœnis, dicẽt illud Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactantia quid cõtulit nobis? transierũt omnia velut vmbra, &c. ¶ Secundum gaudiũ est spirituale: De quo dicit Ps. 32. Exultate iusti in dño. Et quadruplex est differentia inter gaudiũ mundiale & spirituale secundum quatuor causas. Primò, quò ad causam efficientẽ, quia gaudium spirituale causatur à Deo, de quo Isa. 61. Gaudẽs gaudebo in dño, & exultabit anima mea in Deo meo: dicit Gl. Gaudens, scilicet de gratia iustificante, gaudebo de fructu inde prouenientе, vt dicit Apost. Pilip. 4. Gaudete in Domino semper, scilicet in gratia, iterum dico gaudete, s. in gloria. Vnde Ps. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Sed gaudium mundi est à mundo, vt suprà dictũ est. Secũdò, differunt quò ad causam materialẽ, quia

gaudiũ ſeculare habet pro materia rẽ corporalẽ, Iſa.22. Ecce gaudiũ & lætitia, occidere vitulos & arietes, comedere carnes & bibere vinũ. Sed gaudiũ ſpirituale eſt de ſpiritualibus profectibus, ſ. remiſſione peccati, de dilectione Dei. Gaudiũ ſeculare eſt in exterioribus ſenſibus, ſed ſpirituale in interioribus affectibus: & differunt in materia. Tertiò, differũt quò ad cauſam formalẽ, quia gaudiũ ſpirituale eſt bonũ purũ & impermixtũ, ſed ſeculare eſt triſtitia permixtũ. Vnde Prou. 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Nã ſi homo gaudet in ſacietate & crapula, ſequitur infirmitas: ſi in diuitiis, ſequitur ſolicitudo & inſatietas, iuxta illud Eccle. 5. Auarus nõ implebitur pecunia. Si in honoribus, fallax eſt, & deſinit. De quo Eccleſ. 10. Rex hodie eſt, & cras morietur. Itẽ ſeculare gaudiũ ſemper habet remorſum in cõſcientia admixtũ, de quo Sap. 17. Sẽper prẹſumitur ſæua perturbata conſcientia. vt impleatur illud Prouer. 20. Siue iraſcatur, ſiue rideat, nõ inueniet requiẽ. Quartò, differũt in cauſa finali, quia finis ſpiritualis gaudij eſt purà & trãquilla cõſcientia, vt dicit Seneca. Nõ eſt verior lætitia q̃ de pura conſcientia. Terreat diabolus, turbet mũdus, alliciat caro: illa ſemper eſt ſecura. Vnde Eccle. 30. Non eſt oblectamentũ ſuper cordis gaudiũ. Aug. Lætitia bonæ cõſcientiæ, paradiſus eſt animę. Zach. 10. Lætabitur cor eorũ quaſi à vino, & exultabit cor eorũ in dño. Sed finis ſecularis gaudij eſt perturbata cõſcientia & dãnatio ſubita. Vnde Lu. 12. Anima mea habes multa bona, &c. Cui reſponſum eſt: Stulte hac nocte animã tuã repetẽt à te, &c. At ſpirituale illud gaudiũ nõ eſt fallibile, ſed verũ triplici ratione. Primò, quia eſt ſyncerũ ſine contrarij permixtione, propter omnis mali carentiã. Iſa. 35. Gaudiũ & lætitiã obtinebũt, & fugiet dolor & gemitus. Nã ibi omne malũ excludetur, & luctus in gaudiũ cõmutabitur. Pſal. 20. Cõuertiſti planctũ meum in gaudiũ mihi. Et Pſ. 20. Lætificabis eũ in gaudio cũ vultu tuo. Apo. 21. Abſterget Deus omnẽ lacrymã ab oculis eorũ, & mors vltrà nõ erit, &c. Secundò, quia eſt plenũ omni delectatione. Aug. Nullũ bonũ latebit, nullum malum aderit. Pſ. 83. Cor meum & caro mea exultauerũt in Deũ viuũ. Tertiò, quia eſt æternũ perenni duratione. Io. 16. *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Bern. Hoc gaudiũ eſt tã magnũ, ꝙ non poteſt menſurari: tam multum, ꝙ non poteſt numerari: tam pretioſum, quòd non æſtimari: tam copioſum,

ꝙ non finiri. Aug. Illuc festinate, vbi semper viuetis. Si enim amatis miseram & fluidam vitam, vbi homo nascitur cũ dolore, viuit cum labore, moritur cum mœrore: quantò magis vbi sempiterna securitas & fœlicitas? sed non sine tristitia habebitur ista lætitia, ideo dicit: *Mundus gaudeb.t, vos autem contristabimini, plorabitis & flebitis.* Vnde versus,

Dulcia non meruit, qui non gustauit amara.

¶Dixi secundò subiungit bonorũ miseriã & tribulationẽ dicẽs: *Vos contristabimini.* Circa quod nota ꝙ Deus vult vt electi sui patiãtur, de quo 2. Tim. 3. Oẽs qui piè volunt viuere in Christo, persecutionẽ patientur. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Reuera per multas: nã passiones & tribulationes oẽs vel sunt innatæ vel illatæ, vel voluntariè assumptæ. ¶Primo, est nobis aliquãdo passio innata, vt cũ aliquis à natura est inclinatus ad superbiã, auaritiã, luxuriã: huic est per rationẽ repugnandũ. Ptolomæus: Sapiens dominabitur astris. Ideo Eccl. 8. Memẽto quoniã oẽs in corruptione sumus. cõtrarietatis, s. & pugnæ corporis cõtra spiritũ. De quo Iac. 4. Vnde bella & lites in vobis? Nónne ex cõcupiscentiis vestris, quæ militãt in mẽbris vestris? sic. Et hoc quidẽ Apost. cognouit. Ro. 7. Video aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Et hæc fuit sibi nõ modica tribulatio, cùm subdit ibidẽ, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? sed tamẽ per rationẽ repugnauit. Sic & nos primò per corporalẽ disciplinã: sicut fecit S. Benedict. qui cũ memoriam cuiusdã mulieris olim visæ, cuius speciẽ diabolus sibi crebrius intẽtabat, plus nimio exarxisset, nudus se in spinis & vepribus volutabat, vt sic vulneribus corporis vulnera mẽtis curaret. Sic & nos exẽplo Apost. 1. Cor. 10. Castigo corpus meum, &c. Greg. Vulnus corporis sanat vulnus mẽtis. Secundò, per fugam. 1. Cor. 6. Fugite fornicationẽ. Alanus:

Si venerem vitare voles, loca, tempora vita:
Nam locus & tempus pabula donat ei.

¶Gl. super 1. Cor. 6. Alia vitia subiugare potes per resistentiã, solam luxuriam per fugam. Bern. Durã & continuã tribulationem sustinemus, quia de corpore exit pestiferum virus, cui repugnamus & resistimus. ¶Secunda, est tribulatio illata, & sunt tres qui inferunt, proximus vt noceat, diabolus vt decipiat, Deus vt corrigat. primò, proximus vt noceat, talis tribulatio est patiẽter sufferẽda, sine mali retributiõe,

& vindicatione.Ro.12.Nulli malũ pro malo reddẽtes.Deu. 32.Mea est vltio, & ego retribuã eis in tẽpore.Greg.Virtuosius est mala patienter perpeti quàm bona operari.Prouer. 20.Ne dicas,reddã malum pro malo,expecta dominũ & liberabit te. Secũdò,diabolus vt decipiat:& est talis tribulatio humiliter sustinẽda, sine cõsensus inclinatione, videlicet vt nõ præbeamus consensum.Tob.4.Caue ne vnquam peccato cõsentias,& prętermittas pręcepta Dei nostri.Isid. Illius est malè ingerere , nostrum consentire. Et D.Augustinus , Non sentit pœnam, qui non consentit in culpam. Tertia tribulatio est à Deo illata,& illa est gaudẽter amplectenda sine cordis murmuratione, quia fit nobis in melius Aug.Deus est adeò bonus, ꝙ nõ permittit malũ , quin vult elicere bonũ. ¶ Est multiplex effectus tribulationis huius. Primò,vt homo purgetur.Eccl.3.In dolore sustine, & in humilitate tua patientiã habe:quoniã in igne probatur aurũ & argentũ,homines verò receptibiles in camino humiliationis.Apoc.7.Ioãnes vidit multitudinẽ magnã in albis,cui angelus:Qui sunt hi,& vnde venerũt?Cui Ioãnes: Domine mi,tu scis,& respõdit angelus:Hi sunt qui venerũt de tribulatione magna,& lauerũt stolas suas & dealbauerũt eas in sanguine agni. Nam habetur 5.q.5.nõ omnis.Sæpe Deus mordacissimũ genus tribulationis vertit ad animæ medicamentũ:medicus enim freneticũ ligat, lethargicum excitat, ambobus molestus existit,& tamẽ ambos amat.Aug. super Psal.22.intellige Deũ medicũ,tribulationem medicamentum,& esse ad salutẽ nõ ad damnationẽ. Secundò, vt malũ videtur.Psal.Cùm occideret eos,quęrebãt eum,& reuertebãtur,&c.vt patet de B.Paulo,qui fuit malę intẽtionis, fideles volens vinctos producere in Hierusalem:sed percussus cæcitate cõuersus est.Vnde Greg.in Moral. Quicunq; stultus est in culpa,sapiẽs erit in pœna.Isa.28.Tantũmodo sola vexatio intellectũ dat auditui.Hier. Nulla res ita conseruat hominem à peccato,sicut timor supplicij,& amor Dei. Tertiò,vt homo probetur.Greg.Qualis vnusquisq; apud se lateat,illata cõtumelia probat:nã multi loquũtur de patiẽtia,& iudicãt alios impatiẽtes,interim ꝙ nõ aduenit eis tribulatio:sed tribulatione aduenieñte, quã patiẽtes sint appareat.Ber. super.Cant.Sicut stellę in nocte lucẽt,in die latent: sic vera virtus quæ in prosperis nõ apparet, in aduersis claret.Quartò,vt ad bonũ pronior festinet.Ps.114.Tribulationem

nem & dolorẽ inueni, & nomẽ domini inuocaui. Dominus Albert. dicit: Omne animal fulmine percussum vertit faciẽ ad fulmẽ: sic qui nolunt respicere Deũ blandientẽ, facit eos respicere ad se percutientẽ, vt patet in Nabuchodonosor, Dan. 4. qui dixit: Oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi. Nã equus calcaribus stimulatur, vt citius vadat. Luc. 14. Compelle intrare Greg. Mala quæ nos hîc premũt, ad Deũ ire cõpellunt. Et figuratur hoc 2. Reg. 14. Ioab primò & secũdò vocatus noluit venire ad Absalõ, quousq; succendit segetes eius, & tũc venit. Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerũt: & impletur in eis illud Isa. 26. Domine in angustia requisierunt te. Nã ideo Deus permittit tribulationes super suos, vt Deũ inuocẽt & ad patriã vitæ anhelent. De quo Greg. Deus electis iter asperũ facit in via, ne obliuiscãtur eorũ, quæ sunt in patria. Quintò, Deus ꝑmittit tribulationes super electos, ad ostẽdendũ, ꝙ ipsi à Deo amãtur. Apoc. 3. Ego quos amo, arguo, & castigo. Sicut enim pater arguit filios, sic & Deus suos. Heb. 12. Quẽ enim diligit dominus, castigat: flagellat autẽ omnem filiũ, quẽ recipit. Aug. Si exceptus es à passione flagellorũ, non eris hæres in regno cœlorũ. Ideo Apost. Heb. 12. Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & nõ filij estis, id est, nõ veri hæredes. Idcirco dicit Aug. contra Iouini. Si diligenter attenderes, tũc nulla tibi maior tristitia, quàm dum nullũ lamentũ tibi accidit in hac vita. Rationẽ subiũgit Haymo dicens: Est signũ damnationis perpetuæ, dum nulla est lamentatio huius vitæ: vt patet de illo in vita S. Ambr. ad quem cùm Romã pergeret, pro hospitio capessendo declinauit ad hominẽ nimiũ locupletẽ, quẽ cùm super statu suo requisiuisset respõdit: Status meus dñe extitit gloriosus. Quod audiens Amb. dixit comitibus suis, Surgite & hinc quãtotius fugiamus, quia dominus non est in loco isto. Et cum aliquantulum processisset, terra hominem illum cũ vniuersis suis absorbuit, vt nullũ inde vestigiũ remaneret. Ideo Iob 6. Hæc mihi sit cõsolatio, vt affligẽs me dolore nõ parcat. Propter quod petiuit Aug. di. Hîc seca, hîc vre, vt parcas in futuro. Sextò, vt meritum augeatur. Nã illud quod meremur per bona opera, est exile. Aug. Terret me vita mea, qa nihil nisi sterilitas in ea: & si quid bonũ sit, aut simulatum, aut imperfectũ, aut corruptũ. Hoc perpendens Iob 9. dicit:

Verebar omnia opera mea, sciens ꝙ non parceres delin-
quenti. Nam quod deficit homini ad meritum in bona ope
ratione, hoc proficitur in tribulatione. Ideo Greg. Tātò spes
solidior surgit, quantò maiora qs pro illo pertulit. Et Amb.
super, Beati immacul. Quātò maior tribulatio, tantò verior
consolatio. eò ꝙ secundum Apost. 2. Tim. 2. Qui certat in
agone, non coronabitur, nisi legitimè certauerit. Quapro-
pter dicit Aug. super Psal. Si promissum patris bene cogno
uisti, non timeas flagellari, sed peccare: si te terreat tribula-
tio in intuitu mentis tuæ, sit consequens consolatio. Nam
implebitur illud Psal. 93. Secundum multitudinem do. me.
conso. t. læ. a. meam. Ideo 1. Pet. 1. Modicum nunc si oportet
contristari in variis tentationibus. Eò ꝙ Iudith 8. dicitur:
Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes trā-
ierunt fideles, & Hier. Quis sanctorū sine tribulatione? quasi
dicat, nullus. Ideo Iacobi 1. Beatus vir qui suffert tentatio.
quia cùm proba. fu. ac. co. vitæ. ¶ Tertia tribulatio est affe-
ctata & voluntariè assumpta: vt qui non sunt contenti prio
ribus tribulationibus, sed seipsos conturbant, & Deo volū-
tariè offerunt cor contritum & humiliatum, & corpus casti
gatū, flagellatum & vulneratum, d. cum Apost. 1. Cor. 9. Ca-
stigo corpus meum & in seruitutem redigo: vt fecerunt san
cti confessores, qui paupertate attenuati, abstinentia mace
rati, afflictione castigati, orationibus & ieiuniis fatigati, vi
tam suam salubriter finierunt. De quibus Heb. 11. Circum-
ierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati,
afflicti: quibus dignus non erat mundus. in solitudinibus
errantes, in montibus, in speluncis, & cauernis terræ degen
tes, & perpendentes illud Apost. Rom. 8. Non sunt cōdignæ
passiones huius tēp. ad fu. gl. Reuera non condignæ, 1. Cor.
1. Quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi
nis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum.
Isa. 64. A seculo non audierunt, neq; auribus perceperunt:
oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti expectan-
tibus te. Ideo Sap. 3. In paucis vexati, in multis bene dispo-
nentur, quoniam Deus tentauit eos & inuenit eos dignos
se. Nam nullus rhetor potest explicare, nec arithmeticus
numerare, nec geometer ponderare, quanta sint gaudia pa-
terna patriæ supernæ, quæ sunt danda his qui persecutio-
nem & tribulationem pro Deo patiuntur. Ideo Gregorius,
Consideratio præmij minuit vim flagelli.

¶ Dominica quarta post Pascha.

Quo itinere ac ratione Christus eiúsque imitatores ad Deum patrem regrediantur. Obitérque de veritate in tempore non celanda.

ENARRATIO I.

Vado ad eum qui me misit. Io.16. ¶In summa Euãgelij duo innuũtur. Primò accessus delectabilis & gloriosus, ibi: *Vado*: Secundò profectus commendabilis & vigorosus, ibi: *Expedit vobis*. De primo di. *In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum qui me misit*, s. ad patrem, secundum ꝙ homo, à quo nunquam recessi, secundũ ꝙ Deus: Nam Christus erat comprehensor & viator. Vnde dominus loquens de reditu suo ad patrem, non loquitur tãquam de futuro remoto, sed quasi præsens, *vado*. dixit: nobis in exemplum, vt dicit Bern. Omnia Christi opera designant in nobis aliqua faciẽda, vt homo semper in mente habeat Deũ, & desiderium redeũdi ad eum. di. *Vado ad eum qui me misit*. Nam dicit Psal. 109. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. ¶Ideo spiritualiter debemus ad eũ ire. Primò, ad eius omnipotentiã, gratias ei referẽdo de bonis, quę ab eo accepimus. Eccl.1. Ad locũ vnde exeũt flumina reuertũtur, vt iterum fluant: & sic quia flumina omnium bonorũ nobis veniũt ab eo: vnde hodie legitur in epistola Iac.1. Omne datũ optimum, & omne donũ perfectũ desursum est. Ideo debemus reuerti ad eũ per gratiarũ act. Vnde Chrys. Deus iugiter subuenit nobis & benefacit. Igitur eius beneficium ante oculos semper assistere debet. dicamus cũ Psal.33. Benedicam dominum in omni tempore. Et meritò, quia omnia à Deo habemus. 1.Cor.4. Quid habes quod nõ accepisti? nihil. Respice sursum, & habes de cœlo beneficiũ lucis. In aere respirationem, de terra nutritionem, à dextris angelũ protegentem, à sinistris bona temporalia ad vsum concessa. Ideo Cassiod. Omnis profectus est ad diuinitatis munera referendus. nil constat fore bonum, nisi quod ab illo cognoscitur collatũ: ergo debemus ad eũ ire per gratiarum actionem, si volumus esse de numero electorũ. Figuratur Gen.8. Columba reuersa est ad arcam ferens ramũ oliuæ in ore suo, sed nõ coruus. Spiritualiter, per coruũ intelliguntur mali, qui nõ reuertuntur per gratiarũ actionẽ ad Deum, sibiipsis ascribẽtes bona, vt Nabuchodonosor. Dan. 4. Nónne hæc est Babylõ ciuitas magna, quã ego ędificaui in domũ regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei, &c. sed boni redeũt ferẽtes ramũ oliuæ, i. verbum

gratiarũ actionis in ore: nã ramus oliuæ viridis est & delectabilis, sic & gratiarum actio. Vnde Aug. Nihil melius ore promamus, animo geramus, calamo exaremus, q̃ vt Deo gratias agamus. Secũdò, debemus reuerti ad eius sapiẽtiã, cui nihil occultari posse cogitemus. Nã ipse videt oẽs actus nostros. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Quis enim vellet malè facere iudice pręsente? sicut nos omnia facimus in præsentia iudicis. Ergo dicit Boet. Magna nobis indita est necessitas probitatis, qui omnia agimus ante oculos iudicis cũcta cernẽtis. Ideo Ps. 93. Nũquid qui finxit oculũ, nõ cõsiderat? Nã nihil est opertum quod nõ reueletur, & occultũ quod nõ sciatur. Mat. 10. Nã quod times me præsente facere, hoc magis timere debes in sua pręsentia cogitare. Ps. 93. Ipse cognouit cogitationes hominũ. Tertiò, debemus reuerti ad Deũ, hoc est, ad eius clementiã mercedẽ laboris nostri frequẽter cõsiderando. Nam ipse dixit Gen. 15. Ego merces tua magna nimis. August. Labor si terreat vide mercedẽ: de qua Apost. 12. & Isa. 64. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, &c. Ergo noli pigrescere, nec laboris tędio afficiaris. Greg. Cõsideratio pręmij minuit vim flagelli. Nã merces sanctorũ, vt dicit Ber. est tã magna, ꝙ nõ potest mẽsurari: & tã multa, ꝙ nõ potest numerari. tam pretiosa, ꝙ nõ æstimari: tam copiosa, ꝙ non finiri. Replebit omnes sensus exteriores & interiores, vt homo dicturus sit illud Psal. 83. Cor meũ & caro mea exultauerũt in Deũ viuũ. Ad hãc mercedem meritò fideles suspirãt, vnde Ber. O beata merces videre Christum in seipsa, in nobis, & nos in ipsa felici iucunditate. Quartò, debemus reuerti ad Deũ, eius iustitiã & æquitatẽ cõsiderando, de qua Psal. 118. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum: ita ꝙ scribitur Eccl. 12. Cũcta quę fiunt, adducet dominus ad iudiciũ. Ideo dic cum Iob 31. Quid faciã, cùm surrexerit ad iudicandũ dominus? & cùm quęsierit quid respõdebo ei? O peccator si attenderes & mẽte diligẽter reuolueres, tunc nõ haberes pacem in mẽte, nisi ei fueris recõciliatus. Iob 9. Quis restitit ei, & pacẽ habuit? nullus. Dicit nanq; Aug. Fecisti nos dñe ad te, & inquietũ est cor nostrũ, donec requiescat in te. Nã sine eius præsentia, nec est requies in intellectu hominis, nec in affectu: vt dicit S. Tho. intellectus hominis nõ quietatur, nisi in cognitione primę veritatis: & appetitus nõ satiatur, nisi in reprehẽsione summę bonitatis. Ideo dicit: *Vado*

ad eum

ad eum. ¶ Nota, Christus per multiplicē viā iuit ad patrem. Primò, p viā mūditię & puritatis. Pro. 3. Viæ illius, viæ pulchræ. Et meritò, quia est cādor lucis ęternæ, & speculū sine macula. Sap. 7. Sic nos si volumus ire ad deum, oportet per illam viā ire, s. puritatis. Quia dicitur Apoc. 21. Nec intrabit in eā aliquid coinquinatum aut abominationē faciens. & Matt. 5. Beati mūdo corde. &c. Nō dicit mūdo corpore: nam qui habēt munditiā corporis & non mētis, sunt similes sepulchris dealbatis. De quibus Matth. 23. Ideo petit Psal. 56. Cor mundū crea in me Deus. Secūdò, iuit per viā charitatis, quia dicit Io. 20. Ascendo ad patrē meū. Modò pater est nomen charitatis: sic & nos per illā viā debemus ire: quia dicit Ps. 106. Deducit eos in viā rectā, &c. Via recta est charitas, de qua Aug. Charitas est via Dei ad homines & hominum ad Deum, quia ex charitate venit ad nos Ioā. 3. Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret, &c. Amb. Sicut sine via nullus peruenit, quò tēdit: sic sine charitate non possumus ad Deum ambulare, sed errare. Ideo Hugo de laude charit. Homo in quo est Dei charitas, semper habet cor sursum ad Deum eleuatū, si ambulat, aut sedet, aut quiescit, quicquid egerit, cor eius à Deo non recedit, tacēs Deum cogitat, loquēs alios ad charitatē excitat: nā charitas est fons proprius, de quo nō cōmunicat alienus. Quapropter hortatur nos Saluator: Io. 15. Manete in dilectione mea. Et quomodo subdit, Si præcepta mea seruaueritis, &c. Et hoc exēplo sui, cum inquit, Sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Tertiò, iuit p viā pœnalitatis, Luc. vlt. Nónne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriā suā? & sic nos per eandē viā debemus eū sequi, iuxta illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei. Ideo Mat. 7. Intrate per angustā portā, quia lata porta & spacios. via est quę ducit ad perditionē, & multi sunt qui intrant per eā: q̄ angusta porta, & arcta via est, quę ducit ad vitā, & pauci sunt, qui inueniunt eā. Reuera pauci. Cōqueritur nāq; Ber. Dñe oēs volūt ad te venire, & pauci post te ire, omnes cupiūt xenia sanctorū, sed pauci imitātur vitā eorū, cùm non de deliciis ad delicias, sed per tribulationes & labores debeat fieri ingressus. Ideo Hier. Nullus labor durus, nullū tempus longū debet videri, per quod acquiritur regnum Dei. ¶ Tūc subdit in textu: *Nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis?* Simon de Cassia: Meam videtis

videris in recedēdo voluntatē. Cur nō interrogatis, cùm di co vos amicos nō seruos. Nā licentiā habet amicus interrogare & nō seruus. Sed quare nō interrogauerūt? Respon. Chry. Suprà immediatè dixerat Christus, Venit hora, vt omnis q interficit vos, arbitretur obsequiū se præstare Deo, & absq; synagogis faciēt vos. Et ex illo erāt discipuli cōtristati & attoniti. Ideo subdit in tex. *quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrū.* Aug. Cōtristabatur in eis human⁹ affectus, quia carnalis desolabatur aspectus. De quo Beda: Magis tristabātur de recessu quo eos deserebat, quā lætarentur de ascēsu quo patrē petebat. Sed Christus nouerat quid eis expediret. Ideo dicit: *Sed ego veritatē dico vobis.* Chrys. Nō dico quæ affectatis, sed si decies millies millesies cōtristaremini, audire etiam adhuc oportet quod cōfert. Hìc Christus docuit, ꝙ veritas nō est omittēda, etiā si displicet. Nā dicit Chrys. in c. 11. q. 3. nolite. 2. Non solū proditor est veritatis, qui trāsgrediēs veritatē, palā pro veritate mendaciū loquitur: sed ille, qui non liberè veritatē pronūtiat, q̃ libere pronūtiare oporteat: aut si non liberè veritatē defendit, quam liberè defendere cōuenit, proditor est veritatis. Nā sicut sacerdos debitor est vt veritatē quā audiuit à Deo prędicet: sic laicus debitor est, vt veritatē quā audiuit à sacerdotib⁹ probatā in scripturis, defendat fiducialiter: quod si nō fecerit, ꝓdidit veritatē, quia habetur in c. 84. di. error. Error cui non resistitur, approbatur: & veritas cùm non defensatur, opprimitur. Ideo hortatur Isa. 53. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuā, & nuncia populo meo scelera eorū. Ratio habetur 11. q. 3. nemo. Melius est ꝓ veritate pati suppliciū, q̃ pro adulatione cōsequi beneficiū. Dicit nāque Hier. Veritas ligari & occultari potest. Vinci autē nō potest: quia scribitur 2. Esd. 4. Veritas manet & valescit in ęternū: dic historiam ibi scriptā, nam veritas nullo modo est occultāda. Quia dicit Augu. 11. q. 3. quisquis. Quisquis metu cuiuslibet potētię veritatē occultat, irā dei super se prouocat. Et Arist. Duob⁹ existētibus amicis, sanctū est pręhonorare veritatē. Ideo Christus ait discipu. *Veritatē dico vobis.* Simon de Cassia, q. d. veritas sum, *veritatē dico*, in veritate debet intellect⁹ cuiuslibet hominis quiescere, veritas amara interdū esse potest, iniusta nunquā. In veritate nemo fallitur. Sed heu iam veritatē audire nolūt, vt Pilatus, & plus efferātur, & in rācorē mutātur. Nec mirū, nā veritas habet se vt aqua benedicta

dicta quæ dũ paulisper aspergitur, ab aspersis petitur: si verò abũdanter, irritat, & homines plerunq; faciẽ auertere facit. De quib⁹ 2. Tim. 3. In nouissimis diebus instabũt tẽpora periculosa, & erũt homines seipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parẽtibus non obediẽtes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinẽtes, immites, &c. Et post subdit: Quemadmodũ autẽ Iamnes & Mambres restiterunt Mosi, ita & hi resistent veritati: & 2. Tim. 4. Erit tẽpus, cùm sanã doctrinã non sustinebũt, sed ad sua desideria coacerbũt sibi ministros pruriẽtes auribus, & à veritate quidẽ auditũ auertẽt, ad fabulas autẽ conuertentur. De talibus prædicatoribus obticẽtibus veritatẽ, Prou. 16. scribitur, Vir iniquus lactat amicũ suũ, & ducit eũ per viã nõ bonã. Tales sunt ioculatores diaboli, qui non contristant sed lætificant peccatores: dicitur em̃ Eccl. 7. Melior est ira risu, quia per tristitiã vultus corrigitur anim⁹ delinquẽtis. Ideo Aug. Melius est cũ seueritate diligere, quã cũ lenitate decipere. Ideo Christus ait: *Veritatẽ dico vobis.* ¶ Dixi secũdò subiũgitur profectus cõmendabilis & vigorosus, ibi: *expedit vobis vt ego vadã.* Reuera fuit expediẽs multis de causis. Primò, vt carnalẽ amorẽ amputaret. De quo ven. Beda: Expedit vt forma serui auferatur, & amor diuinitatis altius mentibus nostris infigatur. Nam quantũ distat spiritus à carne, intãtũ spiritualis consolatio à carnali. ideo subdit: *Si non abiero, paracletus nõ veniet ad vos.* Ber. Nisi carnis substantia subtrahatur, paracletus nõ datur, secundũ Aug. Nisi alimenta tenera quibus vos alui, reliqueritis, cibũ solidũ nõ sumetis: vt patet in pueris. Nã affectus carnalis impedit gratiæ plenitudinẽ. Io. 6. Spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest quidquã. Ber. Impossibile est impleri delitiis spiritũ, qui subiacet carnalib⁹ delectationibus. Isa. 28. Quẽ docebit scientiã, & quẽ intelligere faciet auditum? Ablactatos ab lacte, auulsos ab vberibus. Ideo Ber. Si Apostoli carni diuinæ adhærẽdo eius quæ sancti sanctorũ erat, spiritusancto repleri nõ poterant: quid carni tuæ, quę sordidissima est, ita conglutinatus es & vis recipere spiritũsanctũ: quod fieri nõ potest, vt idẽ dicit: Delicata est diuina cõsolatio, non datur admittẽtibus alienã. Figuratur Exo. 16. deficiẽte farina filiis Israel de Aegypto allata, dabatur post hoc eis mãna in deserto, spiritualiter: sic relictis carnis cõsolationibus & terrenis dabitur nobis consolatio spiritualis & cœlestis. Ideo Ful. Necesse erat,

vt illuc vbi præcesserat dilectionis thesaurus: sequeretur amorosus affectus: quia scribitur Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. Secūdò, expediens fuit propter fidei augmentationē: quia dicit Aug. Christus non dat Spiritum sanctū inquantū homo, sed inquantū Deus. Modò interim quoad erat cū eis videbatur quasi vnus ex illis: & sic fides nō erat firma & clara de diuinitate, quia secūdū Aug. fides est de nō visis: vt dixit Saluator Io. 20. Beati qui non viderūt, &c. Et Greg. Fides nō habet meritū, vbi humana ratio præbet experimētū. Et ergo expediēs erat, vt auferretur ab eis humanitas, & clarius missione Spiritus sancti innotesceret veritas. Tertiò, expediēs erat ad spei eleuationem. Si enim ille non ascendisset, quomodo ipsi spē ascēsionis habuissent? Ideo dixit Ioā. 14. Si abiero & præparauero vobis locū, iterū veniam & accipiā vos ad meipsum. Nam in hoc quòd Deus humanā naturam sublimauit, credentibus cœlum posse patere mōstrauit. Quartò, expediens fuit ad exigendā charitatis affectionē: nā discipuli quādiu habebant Christū corporaliter præsentē, non cogitabāt de cœlestibus & spiritualibus. Cùm autē ascendit, tunc totū animum ad cœlestia transtulerūt. Nam ante ascensionem Petrus dixit Ioā. 6. Domine ad quē ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et Matt 17. Domine bonū est nos hîc esse: quia enim non habuerunt defectū in ipsius præsentia, ideo steterūt contenti. Voluit eis igitur auferre corporalē suam præsentiā, ad designandū, quòd hic non est vera sufficientia, sed in æterna beatitudine est copiosa abūdantia omniū bonorū. De quo Aug. Omnis copia quæ nō est Deus meus, est mihi penuria: anima enim creata est summo bono, ideo nō potest repleri & satiari creatis, sed solo ipso à quo creata est. Ps. 16. Satiabor cū apparuerit gloria tua. ideo voluit scandere sursum, vt nostrū attraheret spiritū per charitatis affectionem. De quo Ioā. 12. Si exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Ideo dixit. *Expedit vobis, vt ego vadam: si abiero*, scilicet, per passionem: mittam vobis eum, scilicet, post ascensionem.

¶ *De multiplici iudicio, peccatisque quibus spiritussanctus mundum arguere dicitur.* ENARRATIO II.

C*Vm venerit paracletus, arguet mundum de peccato & iustitia.* Io. 16. In verbis pręmissis duo innuūtur, primò spiritussancti vtilitas, ibi: *Arguet mundum.* Secundò, multiplicitas vtilitatis, ibi, *De peccato, iustitia & iudicio.* De primo dicit, *Arguet*

mundum

mundum. Nota, mundus capitur tripliciter, Vno modo pro vniuersitate rerũ creatarũ,& sic capit Io.1.In mũdo erat,& mundus per ipsum factus est. Iste mũdus semper est Dei,& nunquã diaboli. Ideo Gl.super Apoc.11. Est mundus cuius Deus creator est:& est mũdus cuius Deus redemptor est:& est mũdus cuius diabolus princeps & rector est. De primo dictum est. De secundo,s.cuius Deus redẽptor est, est vniuersitas fidelium. De quo Io.3.Sic Deus dilexit mũdum,vt filium suum vnigenitũ daret, s.pro eo. Et sic capitur Io.6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,i. vniuersorũ fidelium.Et Apoc.11.Factum est regnũ huius mũdi domini nostri, & Christi eius qui regnabit in secula seculorũ,amen.Tertius mundus est cuius diabolus princeps est & rector,& est vniuersitas malorũ.De quo Ioã.11.Princeps huius mũdi eiicietur foras. Diabolus dicitur princeps huius mundi,non ratione creationis sed vexatione etiã,seductione & prauæ volũtatis affectu.Nam Eph.6.dicitur.Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ,sed aduersus principes & potestates & aduersus mũdi rectores tenebrarum harũ, i.peccatorũ tenebrosorũ. Et ille mundus est diaboli,nõ creatione,sed imitatione.Iob 41.Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.De hoc mundo dicitur Ioã.7. Non potest mũdus odisse vos,me autẽ odit,quia ego testimonium perhibeo de illo,quia opera eius mala sunt.¶ De hoc dicit text.*Cum venerit,ille arguet mundum*,i.mundanos homines.*De peccato*,s.quolibet, licet infinita sint peccata quæ momẽtis quasi singulis cõmittimus, oĩa tamen cõprehendũtur sub tribus.Primo,in mali operis perpetratione,& talia sunt infinita.Ps.30.Circũdederunt me mala,quorũ non est numerus.Et sic Manasses 1.Par.vlt.Peccaui super numerũ arenæ maris. Ber.Si sine numero,quomodo numerabo? quomodo reddã rationẽ vsq; ad nouissimũ quadrantẽ?Clamabo ergo cũ Dauid 142.Non intres in iudiciũ cum seruo tuo dñe, quia non iustificabitur in cõspectu tuo oĩs viuẽs. Nã dicitur Eccl.18.Assidua est cõmissio eorũ,s.peccatorũ.Et si cui videtur peccata sua nõ plurima,dicẽti quid feci?causa est,ꝙ nõ ingreditur vbi verũ iudiciũ est, s.in consciẽtia. Ideo Ezec.3.Ingredere & includere in medio domus tuę.Et c.8.Ingredere & vide abominationes pessimas:& ingressus vidi:& ecce similitudo reptiliũ. & animaliũ abominatio,i. omniũ peccatorũ.Et ibid.Et adhuc cõuersus videbis abominationes

minationes maiores,Ber.De quãto profũdius ingredimur, de tãto clarius conspicimus, ꝙ oculi nostri pleni vanitate, aures detractione,manus sanguine,os maledictione. Secũdo,de peccatis omissionis,s.bonorũ operũ:& credo ꝙ plura bona omittimus,q̃ mala cõmittimus,quæ cùm vtraq; sint quasi infinita,non mirũ quòd homines grauiter arguantur & dãnentur,vt patet in figura Luc.13.de ficulnea,Ecce anni tres sunt,ex quo venio quærẽs fructũ,& nõ inuenio.succide ergo illã,&c.Mat.7.Omnis arbor quę nõ facit fructũ bonũ,excidetur,& in ignẽ mittetur.Sap.3.Vacua est spes illorũ,labores sine fructu,& inutilia opera eorũ.Et sic Mat.21. Maledixit ficulneę secus viã,quę nil nisi folia habuit.Ideo dicit de iustitia quã non fecimus,Isa.1. Quiescite peruersè agere,& discite benefacere. Itẽ de iustitia quã fecimus,sed nõ bene.Sunt enim tres circũstantiæ,quæ fœdãt bona opera.Primò,si ante finẽ desistẽtes bene operari omittim᷒.Vnde 1.Par.29.Firmabo regnũ eius vsq; in æternũ,si perseuerauerit facere pręcepta mea.Ezech.18.si auerterit se iustus à iustitia sua,& fecerit iniquitatẽ,&c.oẽs iustitię eius quas fecerat nõ recordabũtur.Gre.Incassum bonũ agitur, si ante terminũ vitæ deseratur.Secũdò,si remittimus,s.cùm negligẽtia,& tædio.Vnde Prou.10.Egestatẽ operata est man᷒ remissa:manus autẽ fortiũ diuitias parat. Apoc.3.Scio opera tua,quia neq; frigidus es neq; calidus.vtinã frigidus esses, aut calidus:sed quia tepidus es,nec frigidus nec calidus,incipiã te euomere de ore meo.Iere.48.Maledictus qui facit opus dñi negligẽter:aliàs fraudulẽter. Greg.Diabolus cõtinuè tẽtat,vt saltẽ tædio vincat.Tertiò,si vendiderimus,s. gloria tẽporali.Matt.6.Attendite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominibus,vt videamini ab eis : alioquin mercedem non habebitis.Sæpe admoneo vos fratres,praua opera fugere,sed modò compellor dicere , Bona quæ agitis , valdè pertimescite,ne intus sitis vacui à mercede.Idem:Sit opus in publico , ita tamen quòd intẽtio maneat in occulto. In opere præbeamus proximo exemplum , in intentione Deo placeamus per secretũ, nam vt opus sit bonũ requiritur vt bene fiat.Deutero.16.Iustè quod iustũ est persequeris.Ideo Bern.super isto verbo,Hi sunt viri misericordiæ quorũ iustitiæ obliuionẽ non acceperunt,dicit:Si vis vt iustitia tua non accipiat obliuionẽ, caue à triplici periculo,& florebis in æternũ ante dominum:nam omnis iustitia transitoria & tepida

tepida & omnis iustitia vendita erit in obliuione corã dño. Et sic Matt.25. Nescio vos. Ideo quidã dicit, Remuneramur aduerbiis nõ nominibus, s. nõ pro bono opere, sed si bonũ bene facimus. Exẽplum dat Richardus. Etsi bonus est cib⁹, & tu in sumendo nõ habes modũ & ordinẽ, reddis eũ tibi malũ qui ex se bonus est. Tertiò, peccauimus malorũ consensu, & hoc in peccatis alienis, & nouem modis, secũdum quòd nouem sunt peccata, aliena, quæ patent his verbis,

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participãs mutus, nõ obstãs, non manifestãs. Primũ peccatũ alienũ est iussio, s. cùm quis iubet & imperat fieri peccatũ, vt cũ pater filio, dñs seruo, vel mater filiæ præcipit ꝙ aliquod peccatũ cõmittat, reus est quilibet prædictorũ sic admissi sceleris. Nã maxima præsumptio est, qua quis fieri præcipit quod dñs prohibet, nec obediendum est patri aut matri aut dño, si quid mãdat cõtra Deũ: quia magis obediẽdũ est Deo, quàm hominibus. Act.5. Et dicit Aug. Amandus est genitor, sed pręponendus creator. Nã vt habetur in c.11.q.3. Quid ergo. Et sunt verba Gre. Propter obedientiam quãdoq; est bonũ omittendũ, sed nunquã malum mortale cõmittendum. Secundũ peccatũ alienũ est consiliũ, vt si qs cõsulit malũ fieri, sicut Iezabel cõsuluit & incitauit Achab ad occidendũ Nabotũ virũ iustũ, vt possideret vineã eius, vt habetur 3.Reg.24. Vęnũdatus est Achab, vt faceret malum in cõspectu dñi. Ideo habetur in c.86.di. tanta, in fi. ꝙ propter malũ cõsiliũ cõsiliarij puniũtur, & homicidæ dicũtur, per quorũ consiliũ homines extingũtur: & q consulit vel instigat vsurariũ furẽ vel simoniacũ ad aliquod malũ faciẽdũ, quod aliàs facturus nõ erat, tenetur ad restitutionẽ totius, si ille nõ restituat. Tertiũ alienũ peccatũ est cõsensus, vt si qs cõsentit vel auxiliũ præbet ad peccatũ, vt cõducendo adulterũ & aliud quodlibet simile tale, peccat mortaliter. Vnde Ro.1. Nõ solùm qui talia agunt, sed etiã qui consentiũt facientibus sunt digni morte. Et sic 2.Para.19. dictũ est Iosaphat, Impio præbes auxiliũ, & his qui oderũt dñm, amicitia iũgeris. Idcirco irã quidẽ dñi merebaris. Nã habetur in d.c.94. si inimicus. Cõsentire dicitur q peccãti amabilẽ se præbet. Nã & de talibus habetur.11.q.3. Qui consentit peccantibus, apud Deũ & homines est maledictus, nam consentientem & facientem par pœna constringit, vt habetur 2.q.1. notum. Quartũ peccatum est adulatio & notatur

in hoc verbo palpo, vt si q̀s blãditur peccatori: vnde Prou. 1. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Nam dicit Varro in sententiis, Talis est, qui adulatoriè suggerit, sicut qui clam perimit & occidit. Ideo Sidonius in epist. di. Magis timeo adulatorẽ hominẽ, q̃ principẽ infernalẽ: idcirco dic cũ Ps. 140. Oleũ peccatoris non impin. ca. m. De quo Senec. Nõ timebis acerba verba, sed blanda: nã adulatio secundũ Aug. est fallaci laude seductio. Quintũ peccatũ alienũ est recursus, i. si quis sustinet adulteru vel furẽ in domo sua, vel hæreticos susceptat. Vnde 2. Io. 1. Nolite cũ recipere in domo, nec ei aue dixeritis. Nã est regula iuris, Qui occasionẽ dat damni, damnũ dedisse videtur. Et cõmune prouerbiũ, Intantũ facit qui tenet pedẽ, sicut qui excoriat. Et implebitur in eis illud, Ps. 124. Declinantes in obligationes addu. do. cũ ope. in. Sextũ peccatũ alienũ est participãs, i. qui partẽ recipit. Vnde Leuit. 22. Morticinũ & captũ à bestia nõ comedent, i. à bestiali homine, s. vsurario vel raptore, quia tunc tenetur ad restitutionẽ. Ideo dixit Tob. c. 2. cùm audisset vocẽ balantis: Videte, ne fortè furtiuus sit, reddite eum dominis suis, q̀a non licet nobis edere ex furto aliquid aut contingere: nã in talibus participãtibus impletur illud Iob 20. Diuitias quas deuorauit euomet, & de vẽtre eius extra het eas Deus. Septimũ peccatũ alienũ est mutus i. qui non corripit cùm eius monitio prodesset. Vnde Eccl. 4. Ne reuerearis proximũ tuũ in casu tuo, nec retineas verbũ in tẽpore salutis. Nã dicit Ber. Simile est cõsentire, cũ quẽ possis arguere. Ideo Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eũ. Nã habetur in c. 23. q. 5. nõ potes. Non est amor, sed languor, vbi mali mores nõ corrigũtur. Octauũ peccatũ alienũ est nõ obstãs, i. si nõ resistit cùm possit resistere. Aug. Si neglexeris corripere fratrẽ peccantẽ, peior es illo q̀ peccat, ille se vulnerauit, tu vulnus fratris contẽnis, tu vides eũ perire & negligis, peior es tacendo quã ille cõuitiãdo: ideo dicitur de hęre. q̀ alios. Qui alios ab errore nõ reuocat cũ põt, seipsũ errare demõstrat. Nonũ nõ manifestãs, hoc est, si nõ manifestat, cùm ei' manifestatio posset esse correctionis: & si nõ manifestat, videtur q̀ eis placeat iuxta illud Iob 20. Cũ dulce fuerit in ore eius malũ, abscõdit illud sub lingua sua. Vnde Augu. in regula, Si frater tuus habet vulnus in corpore quod velit occultari dũ timet secari, nonne à te similiter crudeliter simuletur, & nõ misericorditer agatur? Ideo

Ideo 1.Tim.5.Peccãtes coram hominibus argue:quia dicit Isid.Dum vnus corripitur,plures erudiũtur, & emendãtur. Ideo dicit Dñs,Mat.18.Si te nõ audierit,adhibe adhuc vnũ vel duos,vt in ore duorũ vel triũ stet omne verbũ:ꝙ si nõ audierit eos, dic Ecclesiæ:si autẽ Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Sequitur:*Arguet de iudicio mundũ.* ¶ Itẽ nota,ꝙ spiritus arguet homines multiplici iudicio.Primò,de iudicio quod nõ fecerũt, quia dicit Apost. 1.Cor.11.Quòd si nosipsos diiudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur.Secundò,de iudicio quod sibi vsurpauerũt,quia scribitur,Luc.6.Nolite iudicare,& non iudicabimini, s.de dubiis vel occultis. Nã hoc committendũ est iudicio diuino. Ideo Ro.14. Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? dño suo stat aut cadit.Tertiò,arguet de iudicio quod non timuerũt. De quo Hebr.10. Terribilis est expectatio iudicij. Reuera terribilis.Primò,quia iudex est inexorabilis.Prou.6.Zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquã precib',nec suscipiet pro redẽptione dona plurima. Secundò,reus erit inexcusabilis.Iob 31.Quid faciã cùm surrexerit ad iudicandũ dñs?q.d.nulla erit excusatio. Sed implebitur illud,Ps.30.Muta fiãt labia dolosa.Tertiò,quia testes erũt irrefragabiles.Vnde Ps.92.Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.Quartò,sententia erit irreuocabilis. Vnde Ps.118.In æternum domine permanet verbum tuum, qui dices,Ite maledicti in ignem æternum:à quo nos,&c.

¶ Dominica Rogationum.

De conditionibus orationis,déque fiducia erga Deum habenda. Et quatenus temporalia bona sint à Deo petenda. ENARRATIO I.

S*I quid petieritis patrem meum,dabit vobis.* Ioan.16. ¶ In verbis præmissis duo innuuntur.Primò,de petendo,nos informat,ne erremus ex ignorantia,ibi: *Si quid petieritis:* Deinde de impetrando nos securat, ne retrahamur ex diffidentia, ibi: *Dabit vobis.* De primo dicit:*Amen amen dico vobis,si quid petieritis.* ¶ Nota, præsens dominica dicitur dominica Rogationum propter propinquum domini recessum per ascensionem:& quia ipsum in carne sequi non possumus,ideo mente deuota comitemur. Nam secundum Damascen. Oratio est mentis in Deum eleuatio. Christus enim ascendit ad patrem velut aduocatus noster.De quo Hebr.7. Accedens per semetipsum ad Deũ semper viuens ad interpellandum pro nobis.Ideo nos instruit,qũo petere debeamus, dicens:

Amen amen dico, &c. Hic notandũ ꝙ oratio quæ debet exaudiri, debet habere plures conditiones. Primò, debet esse fidelis, sine hæsitatione. Iac. 1. Si quis vestrûm indiget sapientia, postulet à Deo. Postulet autẽ in fide, nihil hæsitãs. Ideo assumit iuramẽtũ pro cõfirmatione sui dicti, dicens, Amẽ, i. verè. Hæc dictio amen à Io. in Apoc. 1. & 5. est in cœlo audita: & quia Iesus Christus de cœlo venit, in omnibus iuramentis vsus est idiomate suo, quá trãslatores nõ audebant in Latinũ propter sui reuerentiã transmutare, & est quasi iuramentũ Christi. Dicit enĩ Apost. Heb. 5. Oẽs homines ꝑ maiorẽ sui iurãt: Christus nõ habuit maiorẽ se secundũ diuinitatẽ, quia æqualis patri. Ideo iurauit per seipsum: de quo Gen. 22. Per meipsum iuraui, dicit dñs. nã dicit Ioã. 14. Ego sum via veritas & vita. Ideo *amen*. i. in veritate dico vobis, quia ego sum increata veritas, & mẽtiri nõ possum. Nu. 26. Nõ est Deus quasi homo vt mẽtiatur. Et Heb. 6. Impossibile est mentiri Deũ. Ideo erectã fiduciã habere debemus ad Deũ propter tria. Primò, propter veritatẽ promittentis, secundò propter charitatẽ volentis, tertiò propter possibilitatẽ omnipotẽtis. Primò, propter veritatẽ promittentis, de quo 1 Reg. 9. Omne quod loquitur, absq; ambiguitate venit. Et Lu. 21. Cœlũ & terra transibunt, verba autẽ mea nõ transibunt. O si verbo credimus & iuramento hominis, de quo Heb. 6. Omnis cõtrouersię eorũ finis ad confirmationẽ est iuramẽtũ, multò magis Dei. Ideo hæsitatio in oratione multùm impedit impetrationẽ, vt patet Mat. 14. de Petro q petiuit, Dñe iube me ire ad te super aquas: qui postquàm hæsitauit, cœpit mergi. Cui Iesus, Modicæ fidei quare dubitasti? Sic hęsitauerũt discipuli, Mat. 17. cũ non potuerũt expellere dæmoniũ de obsesso, interrogauerunt Christũ, Cur hoc? respõdit, Propter incredulitatẽ non potuistis eiicere. Ideo Mat. 21. Si habueritis fidẽ, & non hæsitaueritis, omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis. Sic fecit Chananæa. Mat. 15. licet multoties à dño repulsa, nõ tamẽ diffidebat, sed, Credo, dixit: ideo ait ei dñs, O mulier magna est fides tua. Vade, fiat tibi sicut vis. Ideo Ber. Nemo paruipẽdat orationẽ suã, dico vobis antequã vadat de ore vestro, ipse scripsit in libro suo. Ideo dicit, *amen*, i. verè. Ps. 144. Fidelis dñs, in omnibus verbis suis. Ideo fideliter petere debemus. Secũdò, confidenter petere debemus propter charitatẽ volentis. Ipse enim qui petere iubet, in infinitum

diligit

diligit nos,& plus promouere desiderat nos q̃ nosipsi,& ex hoc spes & fiducia nostra debet roborari & erigi ad dn̄m. De quo Aug. Speremus & supersperemus, quoniā Deus affectu paternæ charitatis diligit nos,& plus profectū nostrū desiderat quā nosipsi:nec enim hortaretur nos petere, si ea quæ peteremus intenderet denegare. De cuius charitate dicitur,1.Io.3. Videte qualē charitatē dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. Et Io.1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri,his,qui credunt,&c. Si filij Dei sumus quis dubitare poterit vt orantes non exaudiat, quos dilexerat nondū natos? Tertiò considerer debemus petere propter facilē possibilitatē omnipotētis. Hester 13. Dn̄e in ditione tua cuncta sunt posita,& nō est qui possit resistere volūtati tuę. De qua Eccl.8. Omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. Ps.32. Ipse dixit,& facta sunt:ipse mandauit,& creata sunt. Et ergo nō debet attēdere propriā indignitatē,sed dei veritatē,benignitatē,& possibilitatē. Heb. 10. Nolite amittere fiduciā vestrā,quæ magnā habet remunerationē,idcirco dicit *amē*. ¶ Secūdò,oratio debet esse immunis sine peccati mortalis cōtagione. dicit enim Ps.65. Iniquitatē si aspexi in corde meo,non exaudiet dn̄s. Prou. 14. Miseros facit populos peccatū. Et Eccl.26. Qui transgreditur à iustitia ad peccatū,Deus parauit illū ad rūphæā. Io.9. Scimus quia peccatores Deus nō exaudit. Sed inquis:Dicit Aug. super Ioannē:Si Deus peccatores nō exaudiret,frustra dixisset publicanus:Deus propitius esto mihi peccatori,Luc.18. resp. S. Thom. 2.2.q.83.art.6. dicēs:Peccatores nō audit inquantū peccatores, i. secūdū desideriū peccati:hoc est,interim q̧ sunt in affectu peccādi. Si autē peccatores se recognoscūt,& ꝑpositū pœnitendi habēt,tales Deus audit vt publicanū. Probatur:Nā si Deus tales nō exaudiret, nullū penitus audiret. Quia dicitur Ro.3. Oēs peccauerūt,& egēt gratia Dei. Et Prou.20. Quis potest dicere:Mundum est cor meū,purus sum à peccato? Et Eccl.7. Nō est homo iustus super terrā,qui faciat bonū & nō peccet. & Iob 15. Cœli nō sunt mundi in conspectu eius,quātò magis abominabilis & inutilis homo qui bibit quasi aquā iniquitatē? Ps. 13. Oēs declinauerunt,simul inutiles facti sunt. Idcirco Remig. dicit:Exaudiūtur peccatores, si à peccatis resipiscūt:si mala præterita lacrymis abluunt,si corde quantum in ipsis est abnegāt quòd sunt,& dolent quòd lapsi sunt. Qui verò

adhuc delectãtur in peccatis,nõ exaudiuntur. Isaiæ 1. Cùm multiplicauerit orationẽ,non exaudiã, quia manus vestræ plenæ sunt sanguine,i.peccato.Ideo Iac.5. Confitemini alterutrũ peccata vestrã,& orate pro inuicẽ vt saluemini. Dicit enim 1.Io.3.Si cor nostrũ non reprehenderit nos, fiduciã habemus ad Deũ:& quicquid petierimus, accipiem' ab eo.Chryso.Qui peccat & orat,non Deũ adorat,sed illudit: sicut milites qui genua flectentes Christo alapas dederunt. Ideo Cassianus in lib.Collat.Vt nostra oratio ad Deũ possit ascendere,nullo vitiorũ grauetur pondere.Ideo Eccl.18. Ante orationẽ præpara animã tuam, & noli esse tanquam homo qui tentat Deũ.Ps.9. Præparationẽ cordis eorũ audiuit auris tua. Nã volens canere in cithara præparat chordas, sic & homo volens orare. De quo Cassianus in libro Collationum:Quales orantes volumus inueniri, tales ante tẽpus oportet nos præparari.Tertiò,debet esse rationabilis sine insipienti postulatione.De quo Cassiodorus:Oratio dicitur quasi oris ratio,vt ratiõabile sit quod petatur. Et hoc notatur in textu:*Si quid*,i.vtile & rationabile. Sed heu impletur in multis illud Prou. 21.Stulti ea quæ sibi sunt noxia petunt.Aliqui gladiũ potentię,vt mater filiorũ Zebedęi cũ filiis suis.Mat.20. Dic vt hi duo filij mei sedeant, vnus ad dexteram tuã, & alius ad sinistrã in regno tuo. Quibus Iesus respõdit,Nescitis quid petatis.Eccle.7.Noli quærere fieri iudex. Heb.5. Nemo assumat sibi honorẽ,nisi vocatus à Deo tanquã Aaron.Eccl.8.Interdũ dominatur homo homini in malum suum.Aliqui fatuè petunt laqueũ auaritię. De quo 1.Tim.6.Qui cupiunt diuites fieri incidunt in tentationes,& in laqueũ diaboli,vt Mydas rex petiuit vt omne quod tãgeret aurũ fieret, & factũ est vt & panis & vinũ verteretur in aurũ,&sic fame periit.Aug.Deus negat propitius,quod quãdoq; cõcedit iratus.Ideo Salomon petiuit liberari ab hoc laqueo. Prou.20. Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi,sed tribue tãtùm victui meo necessaria. Ideo rationabiliter debemus petere,quod est quid, i.vtile. Nam terrena,vt diuitiæ & potestates, nihil sunt. Sap.7. Diuitias nihil dixi esse in cõparatione illius Nota,dicit *si quid*. vnde *si*,est coniunctio cõditionalis, ad designandũ, ꝙ tẽporalia debemus petere cum conditione.Ratio,quia possunt obesse, & prodesse, & ignoratur quando noceant vel prosint. Nam sicut medicina nõ est sumẽda nisi de cõsilio medici:
sic &

ſic & temporalia, cũ voluntate domini. Aug. Quãdo petitis tẽporalia, cum modo petite, & cum timore illi cõmittite, vt ſi proſint, det: ſi obſint, non det: ſcit enim cœleſtis medicus quid daturus & quid ſubtracturus ſit: nã quid proſit nouit medicus, nõ ægrotus. Nã dicit Ber. ſuper Pſal. Qui habitat. Orare, eſt Deũ quærere, ideo nõ rectè oras, ſi præter Deum aliquid quæris, aut illud propter Deũ nõ quæris. quoniã in ipſo ſunt omnia: ibi enim ſunt remedia vulnerũ, ibi ſubſidia neceſſitatũ, ibi recuperatio defectuũ, ibi copiæ profectuum: nã ſi temporalia tẽpore neceſſitatis poſtulamus, ſi Deus in cauſa eſt, nõ illa vtiq; principaliter, ſed hũc potius propter quẽ illa poſtulamus. Nimis eſt auarus, cui nõ ſufficit Deus, nã qui dominũ poſſidet, in nullo eget. Aug. Qui dominũ habet, omnia habet: qui Deo caret, nihil habet. Ideo dic cum Pſal. Pars mea dominus in æternũ. Sed di. Tamen dominus docuit petere terrena, Mat. 6. & Luc. 11. Panem noſtrũ quotidianũ. Reſp. Aug. Hoc eſt verũ in ordine ad ſpiritualia, vt adminicula ad beatitudinẽ. Alij petunt ignem vindictæ, ſ. mortẽ proximorũ. Aug. Talis oratio nõ obtinet gratiã, ſed meretur offenſam. Iacob. 4. Petitis & nõ accipitis, eò ꝙ male petatis, vt in cõcupiſcẽtiis veſtris inſumatis. Dicit Aug. ad Probã: Hoc licet orare, quod licet deſiderare. Sed deſiderium mortis proximi nõ eſt licitũ. Eccl. 8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere. Ergo nõ eſt licitũ petere: ſed in oratione noſtra debemus præponere Dei voluntatẽ. 1. Io. 5. Hęc eſt fiducia, quã habemus ad eum, quia quæcũq; petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos. Hoc Chriſtus docuit, Mat. 6. Fiat volũtas tua. Et per ſe fecit, Matt. 26. Mi pater ſi poſſibile eſt, trãſeat à me calix iſte. Et cõcluſit: Veruntamen nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Nam medicus non dat ægro omne quod deſiderat, ſed quod ſibi prodeſt: ſic Deus. Vnde Iſido. de ſummo bono, Sępe Deus nõ audit ad voluntatem ſed ad vtilitatẽ, vt patet de S. Paulo, 2. Cor. 12. qui ter dominum rogauit, nec tamẽ exauditus eſt, quia tẽtatio carnis ad animæ ſalutẽ ſibi vtilis fuit. ¶ Quartò, oratio debet eſſe humilis ſine elatione. De quo Iudith 8. Expectemus humiles cõſolationẽ eius. Amb. Qui in oratione exaudiri deſiderat, neceſſe eſt vt pompã à ſe reiiciat, & tunc miſericordiã acquirat. De quo Lucæ 18. Duo homines aſcenderũt in templum vt orarent, vnus elatus ſtãs, alter humilis percutiebat pectus, nec auſus fuit oculos ad cœlũ leuare, qui & deſcẽdit

iustificatus in domũ suã. Psal. respexit in orationẽ humiliũ, & nõ spreuit precẽ eorũ. Aug. Oratio si pura & humilis fuerit, vacua nõ redibit. Nã videmus ꝙ volẽs de riuo haurire aquã, inclinat vas: sic & volẽs haurire aquã gratiæ. Eccl. 35. Oratio humiliãtis se, nubes penetrabit. Iudith, Humiliũ & mãsuetorũ semper tibi placuit deprecatio. ¶ Quintò debet esse ignoscibilis sine rãcore. Mar. 11. Cũ stabitis ad orandũ, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt pater vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. Aug. Vnusquisq; talẽ indulgentiã accipiet à domino, qualem faciet proximo. Mat. 18. Serue nequã omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me: Nónne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? In quo verbo oportuit, intelligitur necessitas dimittẽdi: quod si nõ fecerimus, fiet nobis id quod sequitur, Et iratus dominus eius tradidit eũ tortorib. quoadvsq; redderet vniuersum debitũ. Et subdit: sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordib. vestris. Anast. Si iniuriã nõ dimittis, non orationẽ pro te facis, sed maledictionẽ super te inducis. Ps. 108. Oratio eius fiet in peccatũ. Luc. 11. Cùm oratis, dicite: Dimitte nobis peccata nostra, siquidẽ & nos dimittimus debitorib. nostris, &c. Dicit S. Tho. Si actu attẽdit quod dimittere tenetur, & nõ facit, tũc maledictionẽ & vindictã super se inducit. De quo Amb. Indignũ est esse illi Deũ propitiũ, qui crudelis est in proximũ. ¶ Sextò, debet esse lachrymabilis cũ cordis cõpũctione. De quo Isid. Cùm coram deo assistimus, gemere & flere debemus, reminiscẽtes quàm grauia sunt quæ cõmisimus, q̃ dura inferni supplicia quę timemus. Idẽ, Cõsideratio peccatorũ gignit mœrorẽ. 3. Reg. 8. Si qs cognouerit plagã cordis sui, & extẽderit manus in domo hac, tu exaudies de cœlo dñe. qa dicit Gre. Veraciter orare, est amaros gemitus in cõpũctione, nõ cõposita verba resonare. Et sic orauit Tob. Ideo angelus Raphael dixit ei. Tobię 12. Quãdo orabas cũ lachrymis, ego obtuli orationẽ tuã dño. Dicit enim Aug. In sermone, Oratio Deũ lenit, sed lachryma cogit, & sic Sara orauit, Tob. 3. Peto dñe, vt de vinculo improperij huius absoluas me. subdit: In illo tempore exauditę sunt preces amborũ, & sic Ezechias orauit cũ fletu, Isa. 38. & exauditus est, ità ꝙ & 15. anni additi sunt ad vitã eius. Similiter Anna orauit cũ fletu pro prole, quam dñs exaudiuit, quia cõcepit & peperit Samuelem. 1. Reg. 1. Ideo
Chrys.

Chryſ.Nemo ſiẽs ad Deũ acceſſit, qui nõ accepit quod poſtulauit.¶ Septimò, oratio debet eſſe deſiderabilis cũ cordis attẽtione. De quo Greg. deus nõ ſolũ verba attẽdit deprecãtis, ſed cor orãtis, & hoc innuitur in textu cũ dicitur *petientis*. Petitio enim eſt actus appetitus cũ deſiderio & intẽtione. Sed heu multi ſunt mouẽtes labia, intẽtio autẽ & mens eſt diſperſa. De quibus Iſa. 42. Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis me glorificat, cor autem eius longè eſt à me. Sed dices: Eſt ne euagatio mẽtis ſemper peccatum? Reſp. S. Tho. 2.2.q. 83. Si quis ex propoſito in oratione mẽte euagetur, peccatũ eſt, & impedit orationis fructũ. 1. Cor. 14. Nam ſi orẽ lingua, ſpiritus meus orat, mẽs autẽ mea ſine fructu eſt. Et Aug. Quid ꝓdeſt ſtrepitus labiorũ, vbi cor eſt mutũ? Et Hier. de Cõſ. diſt. 5. nõ mediocriter. Nõ tãtùm verbis ſed corde eſt orandũ ad Deũ. Et Aug. in regula: Cùm oratis, hoc verſetur in corde qđ profertur ore. Iſid. Tũc veraciter oramus, cùm aliũde nõ cogitamus: ſi verò euagatio ſit propter intẽtionẽ, orationis fructũ nõ tollit. Baſilius, Si debilitatus orare nequeas, quantum potes teipſum exhibeas, & Deus ignoſcet ex eo, ꝙ nõ ex negligẽtia, ſed fragilitate nõ potes vt oportet Deo aſſiſtere. Ideo Mat. 6. Tu cùm oraueris, intra cubiculũ tuũ, & clauſo oſtio ora patrẽ tuũ in abſcõdito. Caſſian. Intra cubiculũ oramus, cùm ſtrepitũ cogitationum & ſolicitudinũ amouemus. Sed diceres: Quæ attentio requiritur ad orationẽ? Reſpondet S. Tho. 2.2.q.83. Triplex eſt attẽtio in oratione vocali. Primò, ad verba ne qs erret. Secũdò, ad ſenſum, vt intelligat. Tertiò, ad finem, vt impetret. Illa ſ. tertia maximè eſt neceſſaria. Hãc poſſunt habere idiotæ, vt dicit Hug. de S. Victo. Talis intẽtio quãdoq; intantũ abũdat, vt mẽs ita feratur in Deũ, vt obliuiſcatur omniũ extraneorũ, & ita homo in anima cũ Deo loquitur. De quo Greg. Animarũ verba ſunt deſideria. Octauò, debet eſſe dulcis in finali dilectione. Et notatur ibi, *patrẽ*. Gl. dulcis eſt oratio quę incipitur à nomine paterno. Aug. ſuper orationẽ dominicã: Sicut eſt orantis affectus, ſic exaudiẽtis effectus: quia ſecundũ Greg. Deus nõ attendit verba deprecãtis, ſed cor orãtis: & ſic malè diſponũt ſe, qui orationis tẽpore fabulantur, comedũt, bibũt, & ſic de aliis. Et nulla eſt filialis dilectio & obediẽtia. Greg. Non mirũ ꝙ tardè vel nunquam exaudimur, qa dominũ pręcipientẽ nõ audimus. Aug. Qua frõte poſtulas quod promiſit, ſi nõ facis quod cõmiſit? Ideo

Ber. Vbi mẽs igne diuino accẽditur, pectus manib. tunditur, pauimẽtũ genibus calcatur, oculi lachrymis fluũt, gemitus & suspiria resonãt, illam orationẽ exaudiet. Nam sicut fumus incẽsi nõ ascẽdit, nisi incẽsum ponatur super viuos carbones: sic oratio nisi ab anima calefacta diuino amore. Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo.

¶ Feria secunda Rogationum.

In nomine Iesu quæ sint petenda in via, vt tandem ad plenum gaudium perueniamus in patria. ENARRATIO I.

S*I quid petieritis patrẽ meũ in nomine meo, &c.* Io. 16. ¶ In verbis præmissis duo innuũtur. Primò, hortatur nos ad petitionem, ibi: *Amen amen dico vobis, si quid, &c.* Secundo promittit petitionis exauditionẽ, ibi. Dabit vobis. De primo di. *Amen amen dico vobis, si quid, &c.* Chrys. In hoc ostendit quãta sit virtus nominis Christi, quia non visus sed nominatus apud patrem facit mirabilia. ¶ Sciendum, quod in nomine Christi debemus petere multiplici ratione. Primò ratione dilectionis, quia tanta est dilectio inter patrẽ & filiũ, quod nõ denegabit. De quo Io. 11. Gratias ago tibi, quia audisti me: ego autẽ sciebã, quia semper me audis. Secũdò, ratione admonitionis ipse auertit indignationẽ suã à nobis, & parauit nobis vitã & gratiã. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Tertiò, ratione supplicationis, quia ipse supplicat pro nobis. 1. Io. 2. Aduocatũ habemus apud Deũ patrem Iesum Christũ iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ideo debemus petere. Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ. ¶ Pro quo nota, dicit in textu, *Si quid petieritis.* Vnde quinq; sunt petẽda in nomine Iesu. Primò, debemus petere peccatorũ remissionẽ. Iudith 8. Pœniteamus, & indulgentiã eius fusis lachrymis postulemus. Nam peccata sunt impedimẽta omnis boni, & causa omnis mali: vnde Greg. Si nõ esset iniquitas, nulla noceret aduersitas. Ideo Aug. Quicunq; viuimus in hac vita, necesse est dicere, Dimitte nobis. Sed in nomine Iesu debemus hoc petere, Act. 10. Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent, remissionem peccatorũ accipere per nomẽ eius. hoc cognoscens Dauid, Psal. 14. Propter nomẽ tuũ domine propitiaberis peccato meo. ¶ Secundò, debemus petere vitæ nostræ ordinationem ad salutẽ, vt videlicet dominus vitam nostram dirigat ad salutẽ. Vnde Tob. 4. Omni tempore benedic Deũ, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia cõsilia

filia tua in ipso permaneāt. Et dicit notāter omni tēpore, s. in principio, medio & fine. Nā dicitur Eccl. 9. Nescit homo finē suū, s. in quo statu finaliter inueniat. Hæc enī sunt tria difficilia, de quib' Pro. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, s. viā viri in adolescētia sua, viā nauis in medio maris, & viā aquilæ in cœlo volantis. Primū pertinet ad incipientes, quibus maximè necessariū est petere à Deo, vt ipse per misericordiā suam dirigat viam eorū in salutem æternā: nam tales se habent sicut lignū nouiter plantatū, de quo quis scit an crescat vel arescat? Secūdum, s. via nauis in medio maris, pertinet ad proficientes: quis enim scit si nauis ad portū perueniat in medio maris existens? sic est & de proficientibus. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Tertiū, s. via aquilæ in cœlo, pertinet ad perfectos. quis enim scit an aquila volans ad cęlum veniat ad nidum? Si quis scit vtrū perfecti, qui sunt velut aquilę volantes per cōtēplationem, ad cœlestia & beatitudinē æternā perueniāt? Vnde Eccl. 9. Sunt iusti & eorū opera in manu Dei: sed omnia in futurū reseruātur incerta. Ideo Ber. ad Eug. papam: Noli nimis credere affectui tuo. Dicit nanquę Chrys. Christus permisit Petrū cadere, vt nos erudiamur in nobisipsis non cōfidere. Ideo Cassiod. super Psal. 72. Nil securius quàm totū illi cōmittere, qui nouit omnia profutura suis cultorib' præstare. Idcirco petere debemus vt opera nostra dirigat ad salutē, & hoc in nomine Iesu. Vnde Mar. vlt. Si mortiferū quid biberint in nomine meo, non eis nocebit, i. si tentationē habebūt, nō eos superabit. De quo Ps. 43. In nomine tuo spernemus insurgētes in nobis. ¶ Tertiò debemus petere gratiæ deuotionē, de quo Zacha. 10. Petite vobis pluuiam à dño, i. gratiā. nam sine hac pluuia arescit omnis fructus boni operis in anima. Vnde Chry. Sicut terra sine pluuia, sic homo sine gratia, qui arescit & sterilitas fit. Aug. Gratiæ est quicquid boni agimus: nā nostra merita non sunt nisi Dei gratia. Sed debemus illam petere in nomine Iesu. Nā dixit Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. ¶ Quartò, sapientiæ illuminationem. Iac. 1. Si quis vestrū indiget sapiētia, postulet à Deo, &c. Nā dicitur Eccl. 1. Omnis sapientia à domino Deo est. Ideo debemus à Deo petere: & sic Salomon 3. Reg. 3. Da seruo tuo cor docile. & Sap. 9. Da mihi domine sedium tuarū assistricē sapientiam, mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis

tuæ,

tuæ, vt mecũ sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te omni tempore. Nam sine hoc dono homo nõ est acceptus Deo. Sap. 7. Neminẽ diligit nisi eum qui cũ sapiẽtia inhabitat. Sed illã debemus petere in nomine Iesu, quia ipse est sapiẽtia patris. Colos. 2. In quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ abscõditi. Ideo 26. q. 2. Qui sine vera sapiẽtia æstimat se prudentẽ posse fieri, nõ prudẽs sed stultus est. ¶ Quintò, petere debemus faciei suæ visionẽ, in qua cõsistit ęterna beatitudo & vita hominũ. De quo Magister in 4. dist. 49. Vnũ est summũ & æternũ bonũ, s. Deus, beatitudo & vita omniũ. Hoc bono omnes sancti fruẽtur & electi, sed alij aliis plenius: perfruẽtur verò vidẽdo per speciẽ non in ænigmate: habere enim vitã, est videre vitã, hoc est cognoscere Deũ in specie. Vnde Io. 17. Hęc est vita æterna, vt cognoscãt te solũ Deũ verum & quẽ misisti Iesum Christum. Aug. Visio Christi est tota merces. Ideo petiuit Moses Exo. 33. Si inueni gratiã in cõspectu tuo, ostende mihi faciẽ tuã. Cãt. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Reuera decorus. Apoc. 1. Facies eius sicut sol lucet in virtute sua, s. per exuberantiã charitatis. Nã dicitur de nobis, Mat. 13. Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorũ quid igitur sentiẽdũ est de domino iustorũ? Ideo Psal. 79. Ostende nobis faciem tuã, & salui erimus. Nã de hac facie, inquit Aug. Mallẽ esse in inferno & faciem Dei videre, quã in cœlo & carere. Ratio: Si anima esset in inferno & faciẽ Dei videret, nullã pœnam sentiret. Ideo Iob 33. Videbit faciẽ eius in iubilo. ¶ Et hoc hortatur in textu: *Petite, vt gaudiũ vestrũ plenũ sit* Nam triplex est gaudiũ, s. vacuũ, semiplenũ & plenum. Primum est gaudium vacuum, vt gaudiũ mundi scilicet in diuitiis, delitiis, & superbiis. Illud non replet cor hominis. Non diuitiæ. Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia. Vnde metrista,

Antea siccari posset mare, dinumerari
Omnis arena maris, quàm census abundet auarus.

¶ Ideo Eccl. 14. Insatiabilis est oculus cupidi. Psal. 61. Diuitiæ si affluant, &c. Basil. Diuitiæ non satiant, sed possessores irritãt, nec gaudiũ mũdi replet animã in superbiis, quia superbi sunt similes vesicis, quę sunt vento plenæ, & nihil inuenitur in illis cùm aperiũtur: de quo Isa. 39. Sicut somniat sitiens, & bibit & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit: sic & gaudiũ mundi in superbia. Sap. 10. Quid nobis profuit superbia, &c. Nec satiat gaudium mundi in delitiis.

tiis.Iob 21.Tenent tympanũ & citharã,& gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad infernũ descendunt.Aug.Qui est seculi lætitia,nisi impunita nequitia?Ideo hoc gaudiũ non debemus petere.Secundum gaudium semiplenũ est gaudiũ spiritualis gratiæ. De quo Luc.10. Gaudete quoniã nomina vestra scripta sunt in cælis.Et hoc gaudiũ cõsistit in spe saluationis.Ro.12.Spe gaudentes. & 5. Spes nõ confundit.& 15. Deus spei repleat vos omni gaudio.Non tamẽ illud gaudiũ est plenũ,quia adhuc differtur.Prou.13.Spes quæ differtur,affligit animã.Itẽ hoc gaudiũ spirituale consistit in fidei cognitione.Phil.4.Gaudete in domino semper,iterũ dico gaudete,s.in fide dñi. Io, 20 Beati qui non viderũt & crediderũt.Ibid.Gauisi sunt discipuli viso domino,Sic & nos,1.Cor.13.Videmus nunc per speculũ in ænigmate.Per speculũ,s.fidei,sed nõdum plenè. quia non aperta facie. Itẽ hoc gaudiũ cõsistit in virtutis & charitatis operatione.Prou.21. Gaudiũ est iusto facere iudicium & iustitiã,hoc est,ꝙ facit iustitiã vel patitur pro iustitia. De quo Iac.1.Omne gaudium existimate fratres,cùm in tẽtationes varias incideritis.Ambr.Quãtò maior tribulatio,tãtò vberior cõsolatio.Matt.5.Beati estis, cum maledixerint vobis,& persecuti vos fuerint,&c.Sed nondũ plenum,quia nõ sumus securi. Tertium est plenũ,s.in æterna gloria,de quo Aug.in lib.10.Cõfes.Est gaudiũ quod nõ datur impiis,sed eis qui colũt te gratis,quorũ tu ipse es beata vita,gaudere à te & de te,& hoc est plenũ.De quo Ber.Plenum erit omni dulcedine videre hominẽ & hominis cõditorẽ.Reuera plenũ. Aug.Sic gaudebit homo toto corde,tota anima,vt totus homo vertatur in illud gaudiũ,& nõ intrabit gaudiũ in gaudẽtes,sed gaudẽtes in gaudiũ.Et dicitur plenũ,primò quia replet totũ appetitũ omniũ electorũ, quia Deus est summũ bonũ & æternũ bonũ includẽs omne bonũ,& nihil relinquitur extra quod potest desiderari.Magister in 4.Beatus est qui habet quicquid vult,&c. Psal.15. Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo.Et 102.Benedic anima mea domino,qui replet in bonis desideriũ tuum. Secundò dicitur plenũ,quia hoc gaudium cõsistit in visione pleni & perfecti boni,quod est Deus. Vnde in collecta:Deus à quo cuncta bona procedunt.Nam ipse est fons cunctorũ bonorum. Vnde Exod.33.cùm Moses dixit:Ostende mihi faciem tuam:audiuit à domino:Ostendam omne bonũ tibi, id est.

me qui ſum plenũ & perfectum bonum. Tertiò dicitur plenum, quia eſt ſine permixtione mali. Apocal. 21. Abſterget Deus omnem lachrymã ab oculis eorũ. Greg. ſuper Ezech. Hom. 5. Quis intellectus capere ſufficit illa ſupernæ ciuitatis gaudia quãta ſint? angelorum choris intereſſe, maieſtati cõditoris aſſiſtere, vultũ Dei præſentẽ cernere, incircũſcriptum lumẽ videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuo munere lætari? Aug. Erit plenũ: quia nullũ aderit malum, nullum latebit bonũ. Quartò dicitur bonũ, quia inamiſſibile, quia qui ſemel intrabit nunquã amittet, ſed æternaliter poſſidebit. Ioã. 16. Et gaudiũ veſtrũ nemo tollet à vobis. Vnde Aug. O ciuitas cœleſtis, mãſio ſecura, vbi nullus inimicus intrat, nec amicus exit: ſed ſemel incœpta æternaliter perfruetur. illo modo debemus petere. Ber. Futura gaudia non ſatis concupiſcis, ſi non quotidie poſtulas cum lachrymis, ſed in nomine Ieſu. Matt. 1. Ipſe ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorum. Act. 4. Nec enim aliud nomẽ eſt ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Ioel 2. Quicunque inuocauerit nomen domini ſaluus erit.

¶ *Dominica poſt Aſcenſionem.*

Quas cõmoditates ſpiritus ille ſanctus afferat ijs, qui ſe ritè ad illius prapa rant ſuſceptionem. Quibúſque teſtimonijs fides noſtra ſit confirmata.

ENARRATIO I.

Mittam vobis ſpiritum veritatis à patre. Ioã. 15. In ſumma duo innuuntur. Primò, promiſſio cõſolatoris lætificatiua. Secundò, expreſſio mœroris afflictiua, ibi: *Hæc locutus ſum vobis.* De primo dicit: *Cùm venerit paracletus.* Nota, nõ determinat tempus, propter duas cauſas. Primò, propter deſideriũ augendum. Nam dicitur Prou. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Nam ipſi erant in ſpe expectãtes domini promiſſum: & quantò diutius differebatur, tantò deſiderium augmentabatur. De quo Greg. Sancta deſideria dilatione creſcunt, & animam capaciorẽ reddunt. De qua Pſal. 38. In meditatione mea exardeſcet ignis, ſ. deſiderij, & cõcaluit cor meum intra me. Ideo Ber. Apoſtoli decem dies expectantes erant vnanimiter in oratione perſeuerãtes: nobis in exemplũ, vt diſcamus orare, quærere & pulſare: & non ceſſemus, donec inueniamus vel accipiamus quod deſideramus. Ber. Oportet, ꝙ ignis deſiderij perueniat ad omnẽ animam ad quam vẽturus ſit. Secundò, non determinat tempus aduentus ſpiritusſancti, vt ſimus ſemper parati ad ſuſcipiendum

hoc

hoc magnũ donũ & pretiosum spiritussancti. Dicit nanque Isid. lib.1. de summo bono: Omnis homo naturaliter bonũ desiderat. Et Boet. in 3. de cõsol. Omni homini est naturaliter inserta summi boni cupiditas: ideo propter naturale desiderium homo inquietatur donec possideat, teste Aug. Inquietũ est cor nostrũ, donec requiescat in te. Ideo præparemus corda nostra. Nam si inueniat nos paratos, veniet ad nos. De quo Aug. O dñe semper te præsentẽ exhibes, semper paratũ offers, si me paratũ inuenires. Et ergo hortatur Samuel 1. Reg. 7. Præparate corda vestra dño. Et Pro. 23. Fili præbe cor tuũ mihi, quia desiderat nobiscũ esse. Pro. 8. Delitiæ meæ esse cũ filiis hominũ, si saltẽ inueniet pręparatum habitaculũ. Ier. 7. Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscũ in loco isto. Amos 4. Præparare in occursum dñi Dei tui. ¶Nota, nouẽ requirũtur ad præparationem spiritussancti. Primò, cordis mũdificatio. De quo Hugo in lib. de bo. conscien. Deus est qui est amator mũditiæ, cor pollutũ peccatis nõ potest inhabitare. Et Sap. 1. Nõ inhabitabit in corpore subdito peccatis. Ideo Aug. Mũdũ habitaculũ te decet emũdans virtus. Idẽ. Sẽper præsto est gratia, si nõ fuerit repulsa. Figuratur Gen. 8. in colũba. Ber. super Cant. Gratia spiritussancti balsamũ purissimũ est, & requirit vas mundũ, quia à cordibus immũdis videri nõ potest. Matt. 5. Beati mũdo corde. Quapropter Ier. 4. Laua à malitia cor tuum Hierusalem. Nam Aug. Hom. 8. super Io. dicit: Deus qui charitas est, & mortale peccatũ opponuntur. Ideo nisi vnũ radicitus euulsum fuerit, alterũ plantari non poterit. Ideo Isa. 1. Lauamini & mundi estote. Sap. 7. In animas sanctas se trãsfert. Et Leuit. 11. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Ideo Greg. in Homil. Tergat sordes praui operis, qui Deo præparat domũ mentis. Secũdò, requiritur virtutum adornatio, s. vt homo sit virtuosus intus & extra. Intus per rectã intentionẽ. Psal. 44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, &c. Extra per exẽplarem proximis virtutum exhibitionẽ. De quo Gre. Opus sit in publico, intẽtio in occulto, quia Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictũ. Id est, hypocritã Ideo non sufficit mala non agere, nisi homo studeat bonis operibus insudare. Isa. 1. Quiescite agere peruersè, discite benefacere. Nam hoc pertinet ad præparationẽ habitaculi spiritussancti, vnde Gre. in Hom. Huic quidẽ qui se à vitiis abnegat, vt spirituisancto in corde habitaculum

culum præparet, acquirēdæ ſunt virtutes in quibus creſcāt. Tertiò, requiritur vera humiliatio, videlicet, ne de virtutibus ſuperbiat. Gre. Homi. 18. ſuper Ezec. Nullus erit fructus ante Deum boni operis, ſi procedit à radice elationis. Ideo Eccl. 7. Humilia valde ſpiritū tuum, ſ. voluntariè, & nō expecta quouſque te Deus humiliet, papertate, infirmitate, & ſic de aliis. quia dic. Luc. 18. Qui ſe humiliat exaltabitur, ſ. in gratia & in gloria. ideo humilitas cōmendatur. Eccle. 3. Quātò magnus es, humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiā. Pſal. 103. Qui emittis fontes in conualibus, i. dona Spiritusſancti in humilibus. Iac. 4. Humilibus dat gratiam. Dicit enim Hugo in lib. de arca Noe, Suauius redolet corā Deo humilitas infirma, q̄ virtus elata. Nam ſecūdum Aug. Superbia eſt omniū virtutū inimica. De quo & poëta: Omnes virtutes elatio deteriorat. Et Greg. 19. Moral. Perit omne quod agitur, niſi humilitate cuſtodiatur. Idem. Poſt virtutū copiā debet ſequi humilitas, Prou. 3. Cū ſimplicibus ſermocinatio eius. Quartò, requiritur deuota oratio. De qua hodie in epiſt. Vigilate in orationib. 1. Pet. 4. Nā dicitur Luc. 11. Dabit ſpiritū bonū petentibus ſe. Quod figuratur 1. Paral. 7. Salomon fundens preces, ignis deſcēdit de cœlo & deuorauit holocauſtū. Sic & nos. Dicit enim Pſ. 118. Os meū aperui & attraxi ſpiritū. Sic & diſcip. Act. 1. erant vnanimiter perſeuerātes in oratione. Nam ſcribitur Sap. 7. Inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Quintò requiritur feſtina apertio. Nā dn̄s dicit per Ioan. Apoc. 3. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocē meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illū. Et per Pſal. 23. dic. Tollite portas principes veſtras. Et illam apertionem cordis docet dominus, Luc. 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuū, quādo reuertatur à nuptiis, vt cū venerit, cōfeſtim aperiāt ei. Nā eſt reg. iuris lib. 6. Mora ſua cuilibet eſt nociua. Heu quot ſunt huiuſmodi ſibiipſis nocumentū inferentes. De quibus Pro. 1. Vocaui & renuiſtis, omne conſiliū meum deſpexiſtis, ego quoq; in interitu veſtro ridebo, &c. Sextò, requiritur mentis pacificatio. De quo Hugo in lib. de arca Noe, Vt anima ſit capax cœleſtis gratiæ, præparet ſe pace & trāquillitate, dicit em̄ Pſ. 75. In pace factus eſt locus eius. Et 2. Cor. 13. Pacē habete, & deus pacis & dilectiōis erit vobiſcū, i. ſpirituſs. Septimò, reqritur verbi dei ſtudioſa auditio. quia verbū dei præparat corda ſpirituiſancto. De quo Gre.
Via

Via dñi ad cor dirigitur,cum verbũ veritatis humiliter auditur.Cui cõsonat Hugo, nihil adeò mentẽ à peccato reuocat,& ad gratiã præparat,ſicut Verbũ Dei.Ideo Act.10.Adhuc loquẽte Petro cecidit ſpiritus ſanctus ſuper oẽs qui audiebant verbũ. Octauò, præcordialis dilectio, videlicet vt Deus diligatur ꝓpter ſe vltra omnia. Io.14.Si quis diligit me ſermonẽ meũ ſeruabit.Et ad eũ veniemus, &c. Et dico vltra omnia,quia dicit Aug. Minus te amat qui tecum aliquid amat,quod propter te nõ amat, vt ſeculares mentes. De quibus Gre.in 5. Mora. De quãto cor deſideria terrena dilatãt,de tãto ſinũ cordis ad ſuſceptionẽ ſpiritus ſancti anguſtãt.Ideo ſpiritualibus ſecularis occupatio ꝓhibetur.Et ait Hier.88.diſt.Negotiatorẽ clericũ tãquã peſtẽ fuge: & 2. Tim.2.Nemo militãs Deo implicat ſe ſecularib⁹ negotiis, Nã ſecundũ Gre.Gratia ſpiritus ſancti perfectè mẽti nõ infunditur,niſi mens ab his terrenis quæ exterius implicant, ſtudioſè retrahatur. Nonò, requiritur corporis caſtigatio, nã videm⁹ ligna de quãto ſicciora, tantò citius ardẽt & ab igne accẽduntur:ſic & mẽtes & corda à corporalib⁹ delitiis abſtracta.Bern.Impoſſibile eſt animã repleri delitiis ſpirit⁹, quæ ſubiacet carnalibus delectationib⁹. Ideo legitur apoſtolus ieiunaſſe his dieb⁹,vt dicit Hier.76.di.Vtinã quotidie ieiunare poſſemus,quod in Actibus Apoſtolorũ die Pentecoſtes,& die dominico, Apoſtolũ Paulũ & cũ eo credẽtes feciſſe legimus.Et hoc etiã ſumitur ex illo Mat.9.Nũquid poſſunt filij ſpõſi lugere quãdiu cũ eis eſt ſponſus? Venient aũt dies cũ ab eis auferetur ſpõſus,& tũc ieiunabũt.Et hoc fuit poſt aſcẽſionẽ.Dicit eñi Iſid. Per ieiuniũ oratio penetrat cœlũ.¶ Deinde ſubdit in tex.*Cùm venerit paracletus*,&c.paracletus Græcè,cõſolator Latinè. Et dicit Didymus in lib. de ſpirituſancto:Hoc nomẽ habet ſpiritus ſanctus ab operatiõe.Nã in textu tãgitur quadruplex officiũ vel operatio ſpiritus ſancti.Primo habet officiũ cõſolandi, cùm dicitur *Paracletus*, i.cõſolator,de quo canit Eccleſia:Cõſolator optime,dulcis hoſpes animæ.Reuera dulcis.Sap.12.O q̃ ſuauis eſt dñe ſpiritus tuus!Ber. Quid non tẽperabit iſta dulcedo, quę etiã mortẽ fecit dulciſſimã?Vt patet de S.Stephano.De quo legitur ꝙ lapides torrentis illi dulces fuerũt,&de S.Tiburtio cùm dixit, Mihi videtur ꝙ ſuper roſeos flores incedã,cùm ambulauit ſuꝑ prunas,&de S.Andrea affectãte crucẽ dicente,O bona crux diu deſiderata, & iã concupiſcenti

animo pręparata, securus & gaudens venio ad te. Ratio, q̃a habuerũt illũ dulcẽ consolatorẽ. De quo Gre. Gustato spiritu desipit omnis caro, quia talẽ suauitatẽ homini offert, vt totũ mundũ desipere faciat. Ideo meritò dicitur cõsolator: Isa. vltimo: Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. ¶ Nota, tribulati sunt, in triplici differẽtia. Primi incipiẽtes, qui tristantur de peccatis quæ cõmiserũt, vt Dauid in Ps. 118. Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei, quia nõ custodierũt legẽ tuã. Et Maria Magdalena. Sed tales cõsolãtur, Mat. 5. Beati; qui lugent, quoniã ipsi cõsolabũtur, s. in peccatorũ remissione per spiritũ sanctũ. Quia dicit Alexander papa, 24. q. 1. c. audiuimus: Peccata dimittere est op⁹ spiritus sancti. & Io. 20. Accipite spiritũ sanctũ, quorũ remiseritis, &c. Et Ro. 8. Spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati. 2. Cor. 3. Vbi spiritus dñi, ibi libertas, s. à peccato: ita q̃ & pœnitẽs tribulatus & cõtritus potest dicere cũ Ps. 93. Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ consolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Hier. Quot dolores, tot consolationes, s. in remissione. Et maior consolatio q̃ tribulatio. Nam discipuli erãt tribulati quadraginta horis de passione, consolatio autẽ erat per quadraginta dies. Isa. 54. Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momẽto indignationis abscõdi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Ideo Tob. 3. Post lacrymationẽ & fletum, exultationem infundis. Et hoc expertus Dauid dicit in Ps. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe. Ber. Quid est spiritus sancti consolatio, nisi Dei per gratiã visitatio, testimoniúmq; cõscientiæ super remissione peccatorũ? Ro. 8. Ipse enim spiritus dat testimoniũ spiritui nostro q̃ sum⁹ filij Dei. ¶ Secũdi sunt proficientes. Isti tristantur de humana infirmitate, q̃ non intantũ operari possunt sicut volunt. Ro. 7. Non enim quod volo bonũ hoc ago, sed quod odi malũ illud facio: nã velle adiacet mihi, perficere autẽ non inuenio. Et sic tristabatur Augustinus in Solilo. Quod magis posse me credidi, minus semper potui. Dicebã, hoc faciã, illud perficiã: postea nec hoc, nec illud: aderat voluntas, defuit facultas. Et impletur in nobis illud Matt. 26. Spiritus quidẽ prõptus est, caro autẽ infirma. Hos autẽ consolatur robur & auxiliũ præstãdo, vt laborẽ perficiãt. Ro. 8. Similiter autẽ & spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram. Aug. Sãcti

A patres

patres inſpiratione diuina fecerũt impoſſibilia, i.difficilia. Dicitur enim Pro.18.Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem eius. Et Pſ.30.Spiritu principali cõfirma me.Et Phil.4. Omnia poſſum in eo qui me confortat.Gre.in Moral.Qui ſuperna deguſtat,omnia inferiora æquanimiter portat.¶ Tertij ſunt contẽplantes,qui contriſtantur,ꝙ tam diu hîc ſunt in exilio & ſeparati à Deo.Et ſic Pſ.119.Heu mihi,quia incolatus meus prolongatus eſt. Ro.7. Infelix ego homo.qs me liberabit de corpore mortis huius?Philip.1.Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto.Sed ſpiritus ſanctus conſolatur eos cœleſtes conſolationes immittendo,& ad theoricos exceſſus eleuando.Ezech.8.Spiritus dñi eleuauit me inter cœlũ & terrã,& adduxit me in Hieruſalem in viſione Dei iuxta oſtiũ internus,&c.Nã tales quandoq; replentur cõſolationibus,vt nihil ſentiant de inferioribus, vt patet de Paulo, 2.Cor.12.Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim ſiue in corpore ſiue extra corpus,neſcio,Deus ſcit,raptum huiuſmodi,&c.Aug.Dñe intromittis in me affectum inuſitatum,ſi non eſt initium futuræ vitæ, neſcio quid ſit. Ideo Iſa.31.Conſolabitur dñs Sion, i.contẽplatiuos, ſalute ſ.ſempiterna.¶ Secundò,ſpiritus habet officiũ reuelandi,ſ. diuina ſecreta ad modum nuntij , quia miſſus eſt à patre, cùm ſubditur: *Quem ego mittam vobis à patre.* Hîc datur intelligi ꝙ ſpiritus ab vtroq; procedit. Eſt enim ſenſus : *Quem ego mittam vobis à patre*,& pater mittet, & ſpiritus ſanctus per ſe veniet,quia dicit Leo papa : Sancta trinitas eſt vna deitas, vna ſubſtantia indiuiſa in opere,cõſors in volũtate, par in omnipotentia,coæqualis in gloria.Ideo dicitur, *cùm venerit*, Et dicitur mitti à patre propter gratiã adoptionis in filios Dei,quia per ſpiritum ſanctũ adoptamur.Ro.8.Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorũ Dei,in quo clamamus abba pater. *Qui à patre procedit.* Haymo:Procedit à patre & filio conſubſtantialis & coæternus,& nunquam à patre & filio recedit, ſed ſemper manet in patre & filio in vna eſſentia. Ideo hîc eſt error Græcorũ,qui dicũt ſpiritum ſ.ſolùm à patre procedere,cùm dicatur Gala.4.Miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda noſtra.Ideo in tex.dicitur: *ſpiritum veritatis.* ¶ Tertiũ officium ſpiritus ſancti eſt officium docendi,cùm dicitur, *ſpiritus veritatis.* Ioã.14.Docebit vos omnem veritatem. Nota,triplex eſt veritas.Prima cordis.Pſal.23.Qui loquitur veritatem in

corde ſuo. Et eſt fides. Io. 18. In hoc veni in mundũ, vt teſtimoniũ perhibeã veritati, i. fidem prædicare quæ radicatur in corde Ro. 10. Corde creditur ad iuſtitiã, ore autẽ cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Et eſt ipſa fides de ſpiritu ſancto. Vnde de Cõſecra. diſt. 4. c. gratia, Fides nõ eſt tãtùm liberi arbitrij, ſed donũ Dei. ſecũdũ eſt veritas oris. De qua Eph. 4. Deponẽtes mendaciũ, loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cũ proximo ſuo. Sed talis eſt à ſpiritu ſancto. Aug. ſuper Io. ſerm. 14. Nemo poteſt dicere, quod veritatis eſt, niſi illuminetur ab illo, qui mentiri nõ poteſt. Sed heu iã multi ſunt mẽdaces, Oſeæ 4. Non eſt veritas, nõ eſt iuſticia in terra. Et tales incitãtur à ſpiritu maligno. Vnde Amb. 22. q. 5. Cauete fratres mendaciũ: quia oẽs qui amãt mẽdaciũ, filij ſunt diaboli. Ideo Orig. 24. q. 3. Cùm aliquis. Cùm aliquis exit à veritate, à timore Dei. à fide & charitate exit. O q̃ plures ſunt tales, qui ꝑ exili munere & pecunia hoc faciunt! de quibus Beda 11. q. 3. Abiit, qui pro pecunia veritatẽ negãt, Deũ negant & ſunt ſocij Iudæ. Et tales nõ habẽt ſpiritum veritatis, quia dicit Amb. Veritas à quocunq; dicitur, à ſpirituſſancto eſt. Tertia eſt veritas operis 4. Reg. 20. Memẽto quæſo, qũo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitũ eſt corã te fecerim. Et ſic legitur de Tobia, qui viã veritatis in captiuitate nõ deſeruit. De hac Io. 3. Qui facit veritatẽ, i. bonũ opus, venit ad lucẽ, Et illa etiã veritas eſt à ſpirituſancto. Vnde Ber. Bonũ opꝰ operatur in nobis ſpiritꝰ qui docet rationẽ, mouet volũtatẽ, dirigit intẽtionẽ. ¶Quartũ officiũ ſpiritus ſancti eſt officiũ teſtificãdi. De quo ſubdit. *Ille teſtimoniũ perhibebit de me.* Aug. vobis inſpirãdo verã fidẽ de diuinitate & humanitate. ¶Nota, ſpirituſſ. dedit triplex teſtimoniũ de Chriſto. Primò, eius doctrinæ. Matt. 10. Nõ vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. 1. Io. 5. Spiritus eſt qui teſtificatur quoniam Chriſtus veritas eſt. Secundò, eius gratiæ, quia in nomine ipſius dabatur ſpirituſ. Lu. 11. Pater veſter cœleſtis de cœlo dabit ſpiritũ bonũ petentibus ſe. Io. 16. Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrẽ meum in nomine meo, dabit vobis, &c. Tertiò, eius gloriæ, vt eſſet in cœlis in gloria patris quia poſt aſcenſionẽ miſſus eſt ſpiritus ſanctus. Item eius Eccleſiæ electis Ro. 8 Ipſe ſpiritus dat teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd ſimus filij Dei, ſ. per interiorem ſuauitatem, & cordis inflammationem, & boni corroborationem.

Et

Et vos testimonium perhibetis, quia ab initio mecum estis, scilicet veri & idonei testes. 1. Io. 1. Quod audiuimus & vidimus, hoc annuntiauimus vobis. ¶ Sciendũ ꝙ multis testimoniis fides nostra est cõfirmata. Primò, voce patris in baptismo. Luc. 3. & in trãsfiguratione, Mar. 17. Hic est filius meus dilectus. 1. Io. 5. Si testimoniũ hominũ accipimus, testimoniũ Dei maius est, quoniã hoc est testimoniũ Dei quod maius est, quoniã testificatus est de filio suo. Et hoc est testimoniũ, quoniã vitã æternã dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius est. Secundò, spiritus sanctus in colũbæ specie. Luc. 3. Tertiò, filius de seipso. Et hoc dupliciter, verbo & opere: verbo, Io. 8. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso, & testimoniũ meũ verũ est. Secundò, opere, Io. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hęc testimoniũ perhibẽt de me. Et sic tota trinitas testificata est, 1. Io. 5. Tres sunt qui testimoniũ dãt in cœlo, pater, verbum & spiritus sanctus. Quartò, angeli testificati sunt. Luc. 2. Nato domino facta est multitudo cœlestis exercitus, &c. Quintò, cœli luminaria, vt sol in passione obscuratus est & terra tremuit. Deut. 30. Testem inuoco hodie cœlum & terrã. Sextò, mare & aera, Matt. 8. Qualis est hic, q̃a vẽti & mare obediunt ei? Septimò, omnis scriptura. Io. 5. Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimoniũ perhibẽt de me. Octauò, omnes prophetæ: Act. 10. Huic omnes prophetę testimonium perhibẽt. Nonò, omnes apostoli, verbis, factis, signis, vita & morte. Primò, verbis. Act. 3. Cuius rei nos testes sumus. De quo Act. 1. Vos eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudęa. Secũdò, signis. Marc. vlt. Prædicauerũt vbiq; domino cooperãte & sermonem confirmãte sequentibus signis. Item virtuosa vita, Act. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium. Item in morte, quia pro fide mortui. Eccl. 4. Vsq; ad mortem certa pro iustitia: sperabant enim vitam aliam æternam, post hãc vitam transitoriã. Petrus crucifixus, Paulus decollatus. Vnde Aug. Quomodo aliàs tãta multitudo hominum fuisset seducta, vt crederet non in magnum regem, sed abiectum pauperẽ crucifixũ? Ideo Psal. 92. Testimonia tua credibili[a] facta sunt nimis, ideo nulla hæresis potest opprimere fid[em].

¶ *Dominica Pentecostes.*

Quibus potißimùm spiritus sancti gratia exhibeatur. Ac cur Deus mortales, scire noluerit, vtrum amore (cuius hic etiam vtilita[tes] describuntur) an odio digni habeantur.

ENARRATIO I.

SI quis diligit me, sermonem meũ seruabit, & pater meus diliget eum & ad eũ veniemus, &c. Ioan. 14. ¶ In quibus verbis duo innuũtur. Primò, præmittit charitatẽ, quã De⁹ à nobis exigit, ibi: *Si quis diligit me.* Secũdò subiungit vtilitatẽ, quæ prouenit de charitate, ibi: *Ad eum veniemus &c.* De primo dicit, *Si quis diligit me.* notãter dicit, *si quis*, propter tria. Primò, propter cõmunitatẽ, secũdò, propter raritatẽ, tertiò, propter incertitudinẽ. Primò dicit, *si quis*, propter cõmunitatẽ, quia gratia spiritus sancti est communis, vt habetur de cõsec. dist. 5. ca. nequẽquã: Spiritus sanctus nõ dimẽsuratur, sed super credentes totus infũditur. Nã si dies omnibus æqualiter nascitur, & si sol super oẽs pari luce æqualiter diffunditur: quanto magis Christus sol & dies verus in Ecclesia sua lumẽ vitæ æternæ pari æqualitate largitur? q. d. Sicut sol æquali luce super oẽs irradiat: sic gratia Dei quantũ ex se est, nos oẽs illuminat. Act. 18. In veritate cõperi, quia nõ est acceptio personarũ apud Deũ. Vnde in cano. vbi suprà: Cuius aqualitatis sacramentũ videmus in Exodo esse celebratũ cũ de cœlo mãna deflueret, & futurorũ præfiguratione alimentũ panis cœlestis & cibũ in Christi venietis ostenderet. Illic enim sine discrimine vel sexus vel ætatis gomor singuli æqualiter colligebãt, vnde apparebat Christi indulgentiã & cœlestem gratiã, post modũ secuturã æqualiter omnibus diuidi, & sine sexus varietate, sine annorũ discrimine, sine acceptione personæ super omnẽ Dei populũ spiritualis Dei gratię munus infundi. Nã Deus nulli se negat, vt dicit Dion. deus est summũ bonũ suiipsius cõmunicaturũ. Ideo dicitur Cant. 2. Ego flos cãpi nõ flos horti. Nã sicut flos cãpi est circũsept⁹ & cõmunis: sic gratia spiritus sancti, de qua Ioel 2. Effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ. Dicit Ansel. Homo & si nõ habet gratiã, nõ ideo nõ habet: quia Deus nõ dat: sed quia homo nõ recipit, nec se ad eã recipiendã disponit. O quàm fatuè facit peccator in hoc! sicut pauper & inops, cui cũ offertur munus, nõ vult aperire manus ad recipiendũ illud, quo si postea caret, nõ est culpa dãtis, sed recipere negligentis. Secũdò, talis se habet sicut esuriẽs, cui dum offertur cibus nõ vult aperire ós suũ. Tertiò, habet se sicut vinct⁹, cui dũ aperitur carcer, exire, nõ vult, nec esse liber. Quartò, habet se sicut infirmus, cui offert medicina, & nõ vult sanari. Et sic negligẽtia sua nõnũquã peccatores indignos se faciũt gratia

gratia ſpiritusſancti.Nã ſecundũ Aug.in lib.de Pœnit.Præſtò ſemper eſt gratia,ſi nõ fuerit repulſa.Nã deus quod ſuũ eſt cõtinuò inſpirat,ſi eſt qui recipiat. ergo propter cõmunitatẽ dicit:*ſi quis*,vir,vel mulier,diues,vel pauper, nobilis, vel ignob.Nã dicit Apoſt.Ro.10.Idẽ dñs omniũ,diues in omnes qui inuocant eũ.Aug.Nulli vnquã defuit qui dignus fuit. Cur ad iſtũ veniet,& ad illũ nõ:occulta cauſa eſſe põt, iniuſta eſſe nõ poteſt.Secũdò dicit,*ſi quis*,propter paucitatẽ, quia pauci ſunt qui eũ quærũt vt accipiãt.Quod cõqueritur Apo.Phil.2.Omnes quæ ſua ſunt quærũt,nõ quæ Ieſu Chriſti.Nã ſuperbi diligũt honores & dignitates.De quib.Mat. 23.Amãt primos recubitus in cœnis,&primas cathedras in ſynagogis,& ſalutationes in foro , & vocari ab hominibus Rabbi.Io.3.Quomodo poteſtis credere, qui gloriã ab inuicẽ accipitis,& gloriã quæ à ſolo Deo eſt nõ quæritis?Luxurioſi verò plus diligũt delectatiões corporis,de quib.Oſeæ 3.Diligit dñs filios Iſrael,& ipſi diligũt vinacia vuarum, ad modũ,ſ.porcorum de vinaciis viuentiũ.Folliculus enim,in quo acinus cõtinetur,dicitur propriè vinaciũ,vnde plerũq; poſt expreſſionẽ porci paſcuntur:auari plus diligũt opes,vt cõqueritur Iſa.c.1.Omnes diligũt munera; ſequũtur retributiones.Ideo ſicut multus eſt numerus ſpinarũ,paucus liliorũ,& multus eſt numerus lapidũ groſſorũ vulgariũ,& rudiorũ,paucus pretioſorũ:ſic pauci ſunt Deũ verè diligẽtes, multi nãq; diligũt verbo ſed nõ facto.Pſ.77.Dilexerũt eum in ore ſuo,& lingua ſua mẽtiti ſunt ei:cor autẽ eorũ nõ erat rectũ cũ eo , nec fideles habiti ſunt in teſtamẽto eius.Greg. Qui adhuc per illicita deſideria defluit,verè Deũ nõ amat, qa proteruius ei in ſua volũtate contradicit.Ideo hortatur nos Io.in canonica 1.c.2.Nolite diligere mundum,neq; ea quæ in mũdo ſunt:ſ.honores,voluptates,& opes mundi. Et ſubdit rationẽ:Si qs diligit mundũ, nõ eſt charitas patris in eo.Aug.Si ĩ te eſt amor mũdi,nõ eſt quò intret amor dei, Ideo illã paucitatẽ cõqueritur, Mat.22. Multi vocati ſunt, ad Dei ſ. dilectionẽ,pauci verò electi pro perfecta ipſius & fructus eius, ſ.æterna eius adeptione. Aug.Ab exordio humanæ propagationis aliqs prædeſtinatur ad præuidẽtiã ſaluationis,aliqs ad iudiciũ dãnationis.Ideo dicit Mat.7.Arcta eſt via quæ ducit ad regnũ cœlorũ,ſ.ſemita dilectionis, & pauci inueniũt eã. Tertiò dicit,*ſi quis*,propter incertitudinem,q.d.Incertũ eſt homini an ſit in dilectione Dei,de quo

Eccl.10.Nescit homo an amore an odio dei dignus sit.¶Sed diceres.Quę est ratio ignorātiæ eius?Resp.ꝙ triplex.Prima est intellectus obūbratio.Secūda charitatis adęquatio. Tertia nostra humiliatio.Prima est nostri intellectus obumbratio,q̄a noster intellectus est ita obūbratus carne,ꝙ omnino hebes est ad spiritualia cognoscēda,sed charitas est quiddā spirituale.Ideo propter obūbrationē intellectus nō pōt determinatè cognosci.Sap.9.corpus q̄d corrūpitur, aggrauat animā,& terrena inhabitatio deprimit sensum. Secūda ratio est charitatis adæquatio,q̄a actus naturalis & acquisitę dilectionis est similis actui charitatis.Verbi gratia : Aliqui sunt misericordes ex natura:aliqui ex charitate diuina:aliqui ex dilectione acq̄sita,vt puta cōsuetudine, & hoc scire est difficile.Tertia ratio est nostra humiliatio:nā Deus ordinauit bona quæ in nobis sunt fore occulta , ne de nobis pręsumamus, sed nosmetipsos humiliemus. Eccl.9.Omnia in futurū seruātur incerta. Vnde quāuis necessariū est ad salutē habere pręsentiam charitatis,nō tñ necessariū est scire præsentialiter se esse vel nō esse in charitate:vt ille qui est in charitate,se nō extollat,& ille qui est sine charitate, nō desperet:Ideo dicit.*Si quis*, ꝓpter incertitudinē,*diligit me*.Licet enim scire hoc certitudinaliter nequeamus:ꝙ ex cōmuni lege corruptionis nostræ ꝯuenit,secūdū illud Eccl.8.Memēto quoniā oēs in corruptione sumus: tñ coniecturaliter ex obseruātia mandatorū Dei signū dilectionis dei habere possumus.De quo subdit,*Sermonē meū seruabit*,i.mādata mea. De quo Greg.in Hom.Verè enim Deū diligimus,si mādata eius seruamus.Verè diligimus,si à nostris nos voluptatibus coartamus. Vnusquisq; ergo se interroget an Deū diligat. Nā sermo est probatoriū,per quod filij Dei cognoscūtur à filiis diaboli.Nā dicitur 2.Io.1. Omnis q̄ recedit & nō permanet in doctrina Christi,Deū nō habet:& sic ad Deū nō ꝑtinet:q̄a vt subdit:Qui ꝑmanet in doctrina,hic patrē & filiū habet.Et Deu.27.Maledictus qui nō ꝑmanet in sermonib. legis,nec eos opere perficit.Ideo mādata Dei seruāda sunt tripliciter.Primò ī corde per iugē meditationē.Deu.6.Erūt verba hęc quæ præcipio tibi hodie ī corde tuo, & narrabis ea filiis tuis,& meditaberis sedēs in domo tua.Nā sicut species aromatica diligēter debet masticari,vt virtus & suauitas eius sentiatur,& sic mādata.Prouer.1. Fili scribe verba mea in tabula cordis tui.Nā secūdū legē animal q̄d nō ruminat

minat est immũdũ, & sic homo nõ ruminãs Dei pręcepta in corde. Eccl. 3. Quę pręcipit tibi dñs, cogita semp. Nã dicitur Eccl. 23. Nihil dulcius q̃ respicere in mãdatis dei. Secundò debemus seruare mãdata dei in ore per frequẽtẽ locutionẽ. Iosue 1. Nõ recedat volumẽ legis ab ore tuo. 1. Pet. 4. Si qs loquitur quasi sermones dei. Nã secũdũ Chrys. mos est amãtiũ vt amorẽ tegere nequeãt, sed de se bona loquũtur: sic & nos de deo. Tertiò in manib. per operis executionẽ. Deu. 6. Ligabis ea in manib. tuis, s. per operũ executionẽ. 1. Io. 3. Nõ diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Nã secũdũ Greg. Amor dei nunquã est otiosus, operatur enim magna si est, &c. Dicit nanq; Simõ de Cassia, & Greg. Mẽs, vita & lingua sunt requirẽda, quia ꝓbatio dilectionis est exhibitio operis. 1. Io. 2. Qui dicit se diligere Deũ, & mãdata eius nõ custodit, mẽdax est. Aug. ponit exẽplũ, Quid est qđ diligo regẽ, si odio habeo suã legẽ? Dilectio ergo regis est mandati custoditio. Ideo Ber. Qui habet mãdata dñi in memoria, seruat in vita: & qui in sermonib. seruat in actionib. qui habet audiẽdo, seruat faciẽdo, ille est qui diligit me. Et talis dispositionẽ habet ad spiritussancti receptionẽ, quia nil ita propriè disponit dilectionẽ Dei in nobis sicut mãdatorũ Dei exhibitio & executio. ¶ Dixi secũdò subiungit vtilitatẽ quę de charitate ꝓuenit dicẽs, *& pater meus diliget eũ*, s. gratuita dilectione: sicut illę tres personæ sunt vna essentia & vna deitas, ita etiã sunt vna dilectio: quapropter qui Christũ diligit, illũ rediligit tota sancta trinitas. O q̃ magnus dilectionis effectus vt exclamat Ber. Quid amator Dei cultor Christi tibi videtur de pręmio amoris tui, quid tibi mali nocere poterit, aut qd boni poterit deesse, quãdo te diligit q te de nihilo creauit? O nimis felix & vltra quã dici poterit beatus, quẽ diligit pius pater oĩpotẽs Deus. Quid enim felicius, quid beatius quã ab eo diligi qui est dñs paradisi, qui habet potestatẽ vitę & mortis, qui põt saluare & dãnare, saluare diligẽtes, & dãnare nõ diligẽtes? Iuxta illud Ps. 144. diligit dñs omnes diligẽtes se, &c. Et Ro. 8. Scimus quoniã diligẽtibus deũ omnia cooperãtur in bonũ. Ideo Hugo: Reliqua gratiarũ dona largitur etiã his quos dãnãt, solã autem charitatẽ quasi seipsum his tãtùm quos diligit in pręmium seruat: quia secundũ Hug. charitas est fons proprius, cui nõ cõmunicat alienus. quicunq; illã habet, alienus à Deo non est, sed ipse est in deo & Deus in eo. Et illa est secunda vtili-

tas charitatis, de qua subdit: *ad eũ veniemus*, s. nõ solùm pater & filius, sed & omnes tres personę. Ideo Hugo: Sic familiaris est à Deo charitas, vt ipse mãsionẽ habere nolit, vbi charitas nõ est, vbi verò charitas est tota trinitas adest. Nã secundũ Aug. tres sunt in nobis potẽtiæ animę, s. intellectus, memoria, & volũtas, quę notatur in aduẽtu triũ personarũ. Veniet enim pater per æternã potentiã cõfirmãs memoriã vt perseueret, veniet filius illuminãs intellectum vt intelligat, veniet spiritussanctus mouens voluntatẽ & accendens affectũ, & sic tota trinitas, veniet ad sanctificandũ animã: Et notatur, cùm dicitur *veniemus*. O q̃ maximè deberemus cõsiderare eius aduentũ. Quia dicit Ber. Spiritussanctus est salutis pignus: & qui illo caret, salutẽ nõ habet. De quo Apo. Ro. 8. Si quis spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius. Ideo Rich. li. 5. de trinit. c. 10. Sicut spiritus humanus est vita corporũ, sic spiritus diuinus vita spirituũ: ille sanctificat in corpore, iste sanctificat in anima. Et dicitur spiritussanctus, sine quo nullus efficitur sanctus. Ideo ecclesia desiderando eius aduẽtum, clamat: Veni sancte spiritus. Sed quãdo venit? Resp. Nõ potest dari certa regula, quia nõ est vestrum nosse tẽpora vel momẽta, nõ est industrię, sed gratiæ, non inuestigationis, sed reuelationis. Ex quo igitur ignoramus certum tẽpus aduẽtus eius, ideo omni tẽpore homo sic viuat & se præparet, ne pertrãseat eum spiritussanctus. Item spiritussancti aduẽtus in mentẽ & per sanctã vnionẽ & gratiæ gratũ faciẽtis infusionẽ, vel de nouo vel in augmento. De nouo, vt in baptismo & in potẽtia. In augmẽto, vt in omni opere bono ex charitate facto ꝓpter Deũ. Et nõ venit per motũ localẽ, sed per spiritualẽ vnionẽ & effectũ quem causat in anima. Hęc Aug. 15. de Trin. Dicit enim Anse. Desiderãdo quęritur, amãdo inuenitur. Nã secũdũ Dio. de diuinibus nominib. Charitas increata gignit charitatẽ creatã. De quo etiã Ber. O felix virtus charitatis, quę facis hominẽ dei mãsionẽ. Et illa est tertia vtilitas charitatis. De qua subdit in tex. *Et mansionẽ apud eũ faciemus.* Nã cùm deus illabitur animæ fideli, per charitatẽ sanctificat eam: & tũc deus manet cum homine, quãdiu ipse manet sine peccato mortali.

Dona spiritussancti per proprietates ignis designata non ex æquo omnibus hominibus impartiri. ENARRATIO II.

AD *eum veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus.* Io. 14. ¶ Sciẽdum quod triplices sunt homines, & in triplici differentia

rētia ad spiritū sanctū se habētes. Aliqui sunt ad quos nunquā venit, vt sunt peccatores indurati & mali, qui sunt in malo ꝓposito, vt superbi, luxuriosi, & sic de aliis, quia tales resistūt spiritui sancto, Act. 7. Dura ceruice & incircūcisi cordibus & aurib. vos semper spiritui sancto restitistis. Tales sunt indurati, quia spiritussanctus pulsat ad corda eorū, per inspirationē, & nolūt pœnitere. Apoc. 3. Ego sto ad ostiū & pulso. O magna est dei misericordia, quę ita pulsat ad cor peccatoris, cū tñ ille aperire ei nō vult! Greg. Debemus misericordiā dei erubescere, si iustitiā eius nolumus formidare. Est enim peccator induratus multū reprehēsibilis, qa videt se maculatū & abominabilē, qa displicet deo & angelis eius, iuxta illud Ps. 13. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Et dñs exhibet aquā gratię sine qua mūdari nō possunt, & spernunt. Itē vidēt se igne infernali succēsos, s. igne prauæ cōcupiscētiæ, & tamē pro aqua gratiæ qua ille ignis extinguitur, nō clamāt, cū dicat Chrys. Sicut terra sine aqua, sic homo sine dei gratia. Nā magna peccatorū negligētia, quæ nūc caret dei gratia: iam enim aperti sunt fontes gratiarū per Ecclesię sacramēta: vt dicit Apo. 2. Cor. 6. Ecce nūc tēpus acceptabile, quia tēpore gratię aridi sunt, & illi habēt se sicut animalia, quę circa fontes sitiūt, & appropinquare nolūt. Secūdi sunt ad quos venit, sed mā sionē apud eos nō facit, vt sunt illi qui cōpūgūtur & à peccatis se vertūt: sed tēpore tētationis ad peccata redeūt. De quib. Ezec. 18. Si iustus auerterit se à iustitia sua, &c. nā tales habēt se ad modū canis, vt dicitur Prou. 26. Quasi canis qui reuertitur ad vomitū, sic imprudēs qui reiterat stultitiā suā. Ideo Iere. 2. Quàm vilis facta es nimis reiterans vias tuas. Dicit enim Aug. Nihil videtur deo ita displicere q̄ de peccato post pœnitentiā reminiscendo gaudere. De talibus Luc. 11. Erūt nouissima hominis illius peiora priorib. Ideo hortatur, Eccl. 21. Fili peccasti, nō adiicias iterū. Ratio Ber. quia deterius est reincidere, quàm incidere. & 1. Pet. 2. Melius agnoscere iustitiā, q̄ post cognitionē retrorsum cōuerti. Vnde poet. Turpius eiicitur, quàm nō suscipitur hospes. Ideo Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutē dei, sta in iustitia & in timore, vt crescat in nouissimo vita tua. Tertij sunt ad quos venit, & mansionē apud eos facit, vt qui se dignè disponūt ad susceptionē spiritussan. & post receptionē à peccatis se custodiunt. De quibus Aug. O quàm felix est anima,

quæ ſcit ſe ita diſponere & vitã gubernare, vt tam dignum hoſpitẽ & gubernatorẽ inhabitatorẽ mereatur ſuſcipere! & ſunt illi qui omnẽ conſolationẽ mundanã reſpuũt propter deum, & ſolũ deum in conſolatorẽ deſiderãt, ſicut Propheta 76. dicit: Renuit conſolari anima mea, memor fui dei, & delectatus ſum. Talis fuit Aug. dicens in Solilo. O ſumma veritas vnũ precor à te, vt in nullo permittas me conſolari, quàm in te: omnia mihi amareſcãt, tu ſolus mihi dulceſcas ſint mihi omnia pœnalia, ſolũ tu mihi cõſolatorius. ¶ Pro quo nota ꝙ ſpirituſſanctus manet apud illos, qui vitãt vij. peccata mortalia, nã vij. ſunt dona ſpirituſſancti, quæ expellunt vij. peccata mortalia, & illa vij. dona figurãtur per vij. proprietates ignis, in cuius ſpecie datus eſt ſpirituſſanctus. Hic eſt ignis, de quo Exo. 3. Moſes vidit rubũ ardentẽ, & non cõſumebatur: ſic & electi ardẽt in igne amoris dei, Luc. 12. Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo, niſi vt ardeat? & tamẽ non cõſumuntur, i. nõ vincũtur peccatis, quia conſeruantur vij. donis ſpirituſſancti, quæ figurãtur in vij. ignis proprietatibꝰ. Prima eſt ignis, alta deiicit & inclinat, vt domos, caſtra, & arbores: ita ignis ſpirituſſancti operatur hoc per donũ timoris. Nã alta & ſuperiora inferioribus per humilitatẽ coæquat. Vnde 3. Reg. 19. Ecce dñs trãſiit, & ſpiritus grãdis & fortis ſubuertens mõtes, i. ſpirituſſanctus corda ſuperba humiliãs: quia dicit Ber. Humilitas eſt ſpirituſſancti gratiæ familiaris, & excludit primũ peccatũ mortale, ſ. ſuperbiã: de quo Hier. Vbi eſt dei timor, nõ eſt mẽtis elatio, ſed lachrymoſa deiectio. Nã ſecundũ Gre. Electi dei quãtò amplius in gratia proficiũt, tantò magis ſe deficere putãt: & de quãto quis maioris gratiæ lumen recipit, de tãto ſe magis reprehenſibilẽ cognoſcit. Ideo Ber. In veritate cõperi, nihil ita efficax ad gratiã promerendã & conſeruãdam, niſi nõ alta ſapere, ſed timere. Quia dicitur Eccl. 1. Timor dñi expellit peccatũ, ſ. ſuperbiæ, quæ eſt initiũ omniũ peccatorũ, ſic ecõuerſo timor dei, principiũ eſt noſtræ ſalutis. & Eccl. 1. Qui ſine timore eſt, nõ poterit iuſtificari, quia dicit Caſſiod. Timor & religio ſunt annexa, vnũ nõ poteſt ſtare ſine reliquo. Secũda proprietas ignis eſt, ꝙ liquefacit dura, vt cerã ad ſuſceptionẽ impreſſionis ſigilli. Hoc facit ſpirituſſanctus per donũ pietatis, quod liquefacit dura corda ad cõpatiendum miſeris propter Deum, & liquefacit ad effuſionẽ lachrymãrũ. Pſal. 47. Flauit ſpiritus eius & fluent

aquæ.

aquæ.Hoc donũ habuit Iob 30.c.Flebã quondã ſuper eum qui afflictus erat:& anima mea cõpatiebatur pauperi,maximè in aliquo defectu ſpirituali.Iſid.de ſum.bo.Magis mala faciẽtibus quã patiẽtibus eſt condolẽdũ. Ber.Súntne in te viſcera Chriſtianę,ſ.cõpaſſionis,qui plãgis corpus,& nõ animã à qua receſſit deus?Et excludit ſecũdũ peccatũ,ſ.inuidiã,nã inuidus nullã habet dulcedinẽ pietatis. Eccle.14. Oculus inuidi nequã.Aug.Inuidia eſt odiũ felicitatis alienæ.Et eſt differẽtia inter pietatẽ & miſericordiã, quia pietas reſpicit neceſſitatẽ ſpiritualẽ, miſericordia verò ſpiritualẽ & corporalẽ.Ber.O clemẽtiſſima pietas, non ſolũ tribuit beneficia his qui diligũt, ſed etiã his qui offendunt.1. Tim.4.Corporalis exercitatio ad modicũ vtilis eſt, pietas ad oĩa.Augu.Multò miſericordius operatur circa aĩas,quã circa corpora.Tertia ꝓprietas ignis eſt ꝙ illuminat obſcura.Hoc facit ſpirituſſanctus ꝑ donũ ſciẽtiæ,& ꝑ hoc docemur à ſpirituſancto quid agere, quid dimittere debeamus. Io.16.Cũ venerit ſpiritus veritatis,docebit vos omnẽ veritatẽ. Hoc donũ habuit Tobias cæcus.Illuminatus eñ hoc igne ſpirituſſancti docuit filiũ vitare malũ , bonũ facere & nõ errare.Ideo Aug.in Solilo.O lux,à qua oĩs lux eſt,illumina cor meũ,vt videã te in me, & me in te,& oĩa ſubtꝰ te. Et excludit tertiũ peccatũ mortale,ſ.irã.Iac.1.Ira viri iuſtitiã Dei nõ operatur.Et Cato:Impedit ira animum ne poſſit cernere verũ.Nã ira mẽtẽ perturbat,ſciẽtia illuminat.Gre. Ira dũ mentẽ pulſat,ſpirituſſancti locũ turbat.Quarta proprietas ignis eſt,ꝙ mollia cõſolidat vt limũ.Hoc facit ſpirituſſanctus ꝑ donũ fortitudinis.Eph.3.Det vobis dñs virtutem corroborari per ſpiritũ eius in interiori homine.Et ſic Apoſt.Petrus qui prius vocem ancillæ timuit, hoc publicè prædicauit,& tria millia vicit,& poſtea quinq; millia. Gre. fortes facti ſunt,tortores vincunt,occidi poſſunt,flecti nequeũt.Idẽ,Quomodo ſuſtinuiſſent,niſi fortitudo ſpirituſſ. eos ſolidaſſet?Pſ.74.Ego cõfirmaui colũnas eius.Ideo Eccleſia hoc petit:Accẽde lumẽ ſenſibꝰ,&c.Et excludit quartũ peccatũ mortale,ſ.acediã.Prou.22. Piger dicit,leo fortis eſt,i.timet ardua aggredi,fortitudo enim pronum facit ad omne bonũ.Phil.4.Omnia poſſum in eo,qui me cõfortat,&c.Rom.8.Spiritus adiuuat infirmitatẽ noſtrã. Quinta proprietas ignis eſt,ꝙ aurũ à plũbo ſeparat:& ſic ſpirituſſ. per donũ cõſilij.Aug. Conſiliũ ſpirituſſancti eſt,vt tempo-

ralia

ralia contemnentes Deo pro æternis seruiamus. Mat.10. Si vis perfectus esse, vade & vēde omnia quę habes, & da pauperibus. Et sic cōsulit à cōturbatione auaritię nō remouere. Pro.15. Cōturbat domū suā qui sectatur auaritiā: ideo illam excludit Aug. Auarus vellet oēs homines nō esse, vt solus abūdaret. Sexta proprietas rubiginē cōsumit: Sic & spiritusſ. per donū intellectus purgat intellectū ad mystica, i. diuina intelligenda. Psal.31. Intellectū tibi dabo, &c. Docet enim Deū intelligere in nobis & in creaturis. Ro.1. Inuisibilia eīn ipsius à creatura mūdi p ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciūtur. Et facit hominē delectari in spiritualibus: vt si vides pulchra, gustas dulcia, intelligere debes cęlestia. Ber. Dulcedo omniū creaturarū inuitat ad dulcedinē æternā, & excludit gulā: quia p hoc donū vtimur cibo ad honorē Dei & spiritualē cōsolationē, s. Dei seruitiū. Nā spiritusſ. in homine guloso nō habitabit. Gen.6. Nō permanebit spiritus meus in æternū in homine, quia caro est, i. carnaliter viuit. Septima ignis proprietas, ꝙ de natura sursum tēdit. Hoc facit spiritusſ. p donū sapiētię. Et dicitur sapiētia, quasi sapida sciētia, quia p hoc donū dat nobis spiritussanctus sapere cęlestia. Col.3. Quæ sursum sunt sapite. Ps.30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuę dñe! Basil. O dulcedo melliflua! ô dulcedo admirāda! quam dulcis es in meditatione! dulcior in oratione! dulcissima in contēplatione! sed superdulcissima beatitudine patriæ! Ps.33. Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Et excludit luxuriā. 1. Cor.2. Animalis homo nō percipit ea quę sunt spiritus Dei. Isi. Sapiētia speculatur ęterna, & in illis delectatur, luxuria verò terrena. Ro.8. Qui secundū carnē sunt, quæ carnis sunt sapiūt: qui verò secundum spiritū sunt, quæ spiritus sunt sentiunt.

¶ *Feria secunda Pentecostes.*

¶ *De excellentia, effectū que diuinæ dilectionis, & cur factū sit vt homo non angelus redimeretur. Item de ratione ac confitenda fidei necessitate, ac quot modis contingat peccare in spiritumsanctum.*

ENARRATIO II.

SIc *Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Ioan.3. ¶ In summa Euang. duo innuuntur. Primò, proponit diuinæ dilectionis immensitatem. Secundò, subiungit æternę damnationis causalitatē. Primum patet in principio. Secūdum ibi: *Qui nō credit*, &c. De primo dicit, *Sic Deus dilexit mundum.* Dictum est in hesterno Euang. quòd spiritussanctus est

amor

amor patris & filij, ideo hoc festũ plenũ est suauitate amoris. Ideo heri lectũ est Euang. de charitate adoptionis, quia Deus pater dando spiritũsanctũ adoptauit seruos in filios. In hodierno verò Euãg. agitur de charitate redemptionis, qua per filium suum de manu hostili redemit seruos, di. *Sic Deus dilexit mundũ, sic.* s. magnificẽter. ¶ Reuera magnificẽter. Nã magnitudo diuinæ dilectionis cœlestis patris patet ex multis. Primò, ex diligẽtis nobilitate, quia Deus qui solus nobilissimus est, potẽtissimus, altissimus, rex regũ, dominus dominantiũ, qui solus habet immortalitatẽ, incõmutabilitatẽ, incorruptibilitatẽ. Etsi enim ille qui solus habet essen tialẽ bonitatẽ. De quo Mar. 10. Nemo bon⁹ nisi solus Deus. Ille nos dilexit tripliciter, cõmuniter, stabiliter, & veraciter. Primò, cõmuniter. Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ quæ fecisti. Reuera cõmuniter nos diligit, quia bonos & malos, nõ inquantũ malos, sed inquãtũ homines. Nihil enim odit Deus nisi iniquitatẽ & peccatũ, quod ipse non fecit nec creauit. Gen. 1. Omnia quæ fecerat, erãt valde bona: ergo qui essentialiter bonus est, nõ potuit esse causa mali culpæ. Io. 1. Sine ipso factũ est nihil, i. peccatũ quod ad nihilũ reducit hominẽ. Psal. 37. Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignus. ¶ Ideo nullus hominum est expers diuinæ dilectionis ęterni patris, quin sentiat effectũ diuini amoris, qui est triplex, s. creationis, recreationis, & æternæ glorificationis. Primum effectũ diuinæ dilectionis ostendit Deus cõmuniter omnibus hominib⁹, s. creationis, cũ nullo præcedẽte merito, sed ex sua æterna dilectione illos de nihilo creauit ad esse naturę, & formauit ad imaginem suam secũdum animã, vt virtute rationali Deum cognoscamus, vt cõcupiscibili Deũ cognitũ diligamus, vt irascibili Deo cognito inhęreamus sicut fini vltimato. O magna dilectio: si quis restauraret alicui vnũ membrũ, s. oculum vel manũ, signũ esset magnę dilectionis: qualis ergo est illius qui dedit corpus & animã? cum dicat Cassiod. Nihil in nobis est bonũ, nisi fuerit ab ipso collatũ. Secũdus effectus diuinæ dilectionis est recreatio à statu culpæ ad statũ gratię per vnigenitũ. Et hoc nõ est ex meritò nostro. ad Tit. 3. Nõ ex operib⁹ iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundũ suã miseric. saluos nos fecit, & Eph. 2. Gratia saluati estis ꝑ fidẽ: & hoc nõ ex vobis. Et hæc dilectio est cõmunis omnib. De qua Ro. 8. Proprio filio suo nõ pepercit Deus, &c. nã si diligim⁹ amicũ

qui ꝑ nobis effudit lachrymas,quanto magis Chriſtũ,qui pro nobis effudit ſanguinẽ?Vnde 1.Io.5.Tres ſunt,qui teſti moniũ dant in terra,ſ.dilectionis ſpiritus,i.anima,ſanguis & aqua,ſ.lachrymarũ.De quo Ber.O q̃ vehemẽter me dile xit in cruce in qua effluxit aqua,ſ.lachrymarum, de latere ſanguis,ſ.ex corde,& anima receſſit de corpore.Tertius effectus eſt perpetua glorificatio , quos eñ iuſtificat peccato per gratiã,hos in æterna felicitate glorificabit.Ro.8. Quos præſciuit,i.lõgè nouit,hos prædeſtinauit:quos prædeſtinauit,hos & vocauit:quos vocauit, hos iuſtificauit:quos iuſtificauit,hos magnificauit,ſ.hîc in gratia, & ibi in gloria. Et illa eſt cõis.1. Tim.2. Vult oẽs ſaluos fieri & ad cognitionẽ veritatis peruenire,videlicet volũtate cõſequẽti,qua quis aliquid vult cũ circũſtantiis,nõ autẽ volũtate antecedẽte,i.abſolutè.¶ Secũdò,oſtẽdit dilectionẽ ſtabiliter, quia ipſe Deus ſemꝑ diligit nos ante tẽpus,in tẽpore & poſt tẽpus.Ante tẽpus,quia dilexit ab æterno.Iere.31. In charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te miſerãs.Aug.Deus amabat nos ſecũdũ quod opus eius ante mũdi cõſtitutionẽ.De quo Epheſ.1.Elegit nos in ipſo ante mũdi conſtitutionẽ,vt eſſem' ſancti & immaculati in cõſpectu eius in charitate. Itẽ dilexit nos in tempore.Pro.17.Omni tẽpore diligit qui amicus eſt,& hoc in eſſe cõſeruãdo.Vnde Aug.Si ſe ad mo mẽtũ ſubtraheret,homo in nihilũ redigeretur,ſicut de nihilo factus eſt,Ber.Sicut neceſſariò habuimus indigẽtiã creatoris,ſic & cõſeruatoris.Quapropter dicit Hugo:Perpende quãtũ ab ipſo diligeris:quia beneficiũ eius nunquã tibi defuiſſe cognoſcis.Itẽ dilexit nos poſt tẽpus,ſ.poſtq̃ trãſibũt oĩa in pręſenti:tunc iã parauit nobis æternã felicitatẽ,Luc. 22.Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ.Ecce ſalus aĩæ: quod eñ poſt hoc tẽpus ſumpturi ſumus,iã diſpoſuit.Io.16.Vado parare vobis locũ:& iterũ ve niã ad vos,& accipiã vos ad meipſum.De quo Eph.2.Deus qui diues eſt in miſericordia, ꝓpter nimiã charitatẽ qua di lexit nos,cũ eſſem' mortui,viuificauit nos Chriſto:cui' gra tia eſtis ſaluati,& cõreſuſcitauit & cõſedere fecit ĩ cęleſtibus in Chriſto Ieſu,vt oſtẽderet in ſeculis ſuperueniẽtibus abũdãtes diuitias gratiæ ſuꝑ nos in bonitate ĩ Chriſto Ieſu. ¶ Tertiò,oſtẽdit ſuæ dilectionis immẽſitatẽ veraciter,quia propter nos,nõ ꝓpter ſe nos dilexit,vt diligũt homines in mũdo falsè & nõ verè,vt aliquis diligit aliquẽ ꝓpter ſapiẽtiam

tiã eius:& sic deus nos nõ dilexit. Ro. 11. Quis cõsiliarius eius fuit?s.cùm fecit cœlũ & terram.Itẽ aliqui diligunt aliquem propter opulentiã & diuitias:& sic Deus nos nõ dilexit.Itẽ quis prior dedit illi? quasi diceret,nullus,sed omnia habemus ab eo.1.Cor.4.Quid habes quod nõ accepisti?Ps. 15.Bonorũ meorũ non eges.Itẽ aliqui diligunt propter potentiã sed potentia nostra est quasi fumus.Ps.101.Sicut fumus dies eius. Ideo dilexit nos veraciter propter nostrũ bonũ,& non suũ.Secundò,ostendit suæ dilectionis immensitatem in dilecti vtilitate, in eo,ꝙ dicit mundũ,i.homines in mundo. Vnde nos peccatores qui eramus inimici Dei. Ro. 5.Cõmendat Deus charitatẽ suã in nobis, cùm inimici essemus recõciliati sumus,&c.Ideo Eph.2.Eramus natura filij iræ,nõ ꝙ natura mala creata esset à Deo, sed quia post transgressionẽ mandatorũ Dei natura corrupta est, & corruptibilis facta, & vindictæ Dei subiecta:sicut erant primi parentes,quos dilexit:& non angelos,quia nõ fecit redemptionẽ angelorũ qui ceciderunt sed hominũ. Et hoc aliquibus de causis:Prima quia peccatũ angelorũ fuit irremediabile.De quibus Magister in 2.dist.21.quia homo occasionẽ habuit peccãdi,ideo per gratiã Dei iuuari potuit ad veniã, vt qui per aliũ cecidit, per aliũ erigeretur, qui incitationẽ habuit ad malũ,nõ iniustè habuit adiutorẽ ad bonũ.Diabolus verò sine tentatione alicuius peccauit, ideo per aliũ vt surgeret iuuari nõ debuit,nec per se potuit,ideo irremediabile fuit.Sed sicut peccatũ hominis per aliũ habuit initiũ, ita &remediũ.Secũda ratio ibidẽ,Quia angelica natura nõ tota perierat,sed ex parte perstiterat:humana verò tota perierat,ideo ne penitus perderetur,ex parte redẽpta est. Tertia ratio,quia homo peccauit ex infirmitate, quia corpori cõiunctus,angel⁹ autẽ ex malitia.De quo Gre.in Mora.Angelorũ spiritus irremissibiliter peccauerũt, q̃a robustius stare potuerũt:homo verò propter corpus infirmũ veniã meruit.Ps.77.Ipse autẽ est misericors,& ꝓpitius fiet peccatis eorũ,& nõ disperdet eos, & abũdauit vt auerteret irã suã, & nõ accẽdit omnẽ irã suã,& recordatus est,q̃a caro sunt. Quarta ratio,quia intellectus humanus tardus est,nec subitò cognoscit quid faciendũ sit nisi ꝑ discursum:sed intellectus angelicus simplex & velox est.Quinta ratio,ratiõe indispositionis,q̃a diabolus nõ põt se disponere ad gratiã.Ad quã dispositionẽ duo exigũtur, s.natura & status. Natura,

vt possit simul gaudere & dolere, vt docet Aug. lib. de pœnit. dicẽs: Verè pœnitẽs de peccato doleat, & de dolore gaudeat. Sed quia angelus est substantia simplex, & nõ cõpositus ex corpore & anima, quãdo gaudet totus gaudet, & totus se cõuertit quò se diuertit: ideo nõ habet dispositionẽ ad gratiã ratiõe naturæ. Secũdò, vt quis se disponat ad gratiã requiritur status, quia diabolus post casum nõ est in tali statu, eò ꝙ dicit Damasc. ꝙ hominibus est mors, angelis est casus. q. d. Sicut homines post mortẽ nõ possunt se ad gratiã disponere, eò ꝙ nõ sunt in statu merendi: sic nec angeli mali. Ideo Aug. Angelus in lapsu desperauit, ideo ad gratiã se disponere nõ potuit: sed statim à Deo finaliter sentẽtiatus fuit. Sed homo non desperauit, ideo effectũ dilectionis Dei cõsecutus est. Tertiò, immẽsitas dilectionis Dei ostẽditur in doni pretiositate, cùm dicit: *Vt filium suũ vnigenitũ daret.* O si misisset angelũ, magna esset dilectio, sed *misit filiũ* etiã *vnigenitũ.* Si habuisset plures filios & dedisset nobis vnũ, magna esset dilectio: sed cùm habuerit duntaxat *vnigenitum* sibi æqualem, consubstantialem & coæternum & eundẽ dedit, abũdãs est dilectio. Vnde Simõ de Cassia: Ita Deus dilexit hominẽ creatũ, vt daret filiũ suũ increatũ. Sic Deus pro homine, filius ꝓ seruo dat' in redẽptionẽ. Et dicit *dedit*, nõ vendidit, quia omnia nostra opera nõ possent cõparari tantæ dilectiõi. De quo Isa. 13. Pretiosior erit vir auro, & homo obrizo. Reuera: nã dicitur 1. Pet. 1. Non redẽpti estis auro & argento, sed sanguine agni. Nõ dicit accõmodauit nobis filiũ, sed *dedit*, quia posteaquã semel assumpsit humanã naturã, nunquã dimisit, sed adhuc agit negotiũ nostrũ corã patre pro nobis interpellando. Vnde 1. Io. 2. Aduocatũ habemus apud Deũ patrẽ, q est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce quãta dilectio in pretiositate doni. Ideo Hugo in lib. Medita. Quid amplius Deus debuit tibi facere & nõ fecit? cũ nõ eras creauit te: peccati seruũ & diaboli te feceras, & redemit te: in mũdi periculo ambulabas, angelũ dedit tibi in custodẽ: per se venit ad te, mortẽ sustinuit turpissimã pro te, vt te viuificaret. De quo 1. Cor. 15. Sicut in Adã oẽs moriũtur, ita in Christo oẽs viuificabũtur. Quid igitur retribues pro tanta dilectione? Respondet Hugo in lib. de arra animæ: Nihil possumus Deo pro beneficiis repẽdere, quàm reamare. Igitur quantũ potes tantũ dilige, mensura tua potestas tua. Item dilexit nos in infinitum, vt dicit Bern. Amat

immensitas, amat æternitas, amat nos Deus cuius magnitudinis nõ est finis. Vt igitur eius volũtati correspõdeamus, in infinitũ diligere debemus. Quartò, immẽsitas dilectionis eius consideratur in doni vtilitate. De quo subdit in textu dicẽs: *Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitã æternã*, s. qui credit fide formata. Dicit nãq; Hier. Quid prodest si voce inuocas quæ opere negas? Ideo Gre. Ille verè credit, qui exercet operãdo quod credit. Iac. 2. Fides sine operib[9] mortua est. Ideo de pœnit. dist. 2. parag. charitas: In Christũ credit, qui charitatẽ habet. In Christum quippe credere, est amãdo in ipsum tendere. Hæc enim est fides, vt definit Apost. quæ per dilectionẽ operatur. Subdit, *Non enim misit Deus filiũ suũ in mundũ vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum:* quia in primo aduẽtu nõ venit ad iudiciũ damnationis, sed saluationis. Ps. 61. Ab ipso enim salutare meũ. Et Luc. 19. Venit enim fili[9] hominis quærere & saluũ facere quod perierat. Dicit enim S. Tho. part. 3. Sufficiens medicamentũ quò ad sufficientiã datũ & collatũ est per Christũ medicũ. Nam secundũ Aug. quantũ in medico est, oẽs infirmitates curare proponit, sed seipsum interimit, qui præcepta medici non seruat. ¶ Dixi, secũdò subdit æternæ dãnationis causam, dicens: *Qui credit in eũ non iudicatur*, s. iudicio dãnationis, *qui s. credit* fide formata. Et fides formata est, quæ operatur per dilectionem, nam charitas est forma fidei. De quo Bern. super Can. ser. 26. Separatio à charitate est mors fidei. Ideo sciendum, ꝙ vera fides consistere debet in tribus, s. in corde, ore, & opere. Pǐmo, in corde sine hæsitatione, quia habetur de hæreticis, cap. dubius: Dubius in fide infidelis, & Athana. Quam nisi quisque fideliter firmitérque crediderit, saluus esse non poterit. Quia corde creditur ad iustitiam. Rom. 10. Ideo Iac. 1. In fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circũfertur: & sic inanis est fides dubitantis. Ideo Eccl. 2. Væ dissolutis corde qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo. Quapropter hortamur in Can. 24. q. 1. A recta: A recta fide & apostolico tramite propter vllã perturbationẽ nolite recedere: quia dicit Aug. Sine fide falsa est omnis virtus etiã in bonis moribus. Secundò, fides debet stare in oris confessione, si homo interrogatur de ea à fidei persecutoribus. Nam dicit Apost. Rom. 10. Ore fit confessio ad salutem, vbi dicit Gl. ordin. Nihil prodest in corde esse quod verum est, si

hoc dicitur in voce quod est falsum quia veritas est credenda & cõfitenda. Nõ enim perfectè credit qui hoc quod credit non confitetur ore, vt patet de S. Petro qui ore negauit Christũ, quẽ tamẽ corde sciuit: sicut & prius cõfessus fuit eũ esse filiũ Dei viui, & sic peccauit. Ideo Mat. 10. Qui cõfitetur me corã hominib⁹, cõfitebor & ego eũ corã patre meo. Quapropter dicitur de sum. tri. & fide cath. Firmiter credimus, s. corde, & simpliciter cõfitemur, s. ore. ¶ Sed di. Est ne semper necessariũ ad salutẽ verbis confiteri fidẽ? Respõdet S. Tho. 2. 2. q. 3. art. 2. di. Confiteri fidẽ nõ semper & in omni loco est de necessitate: sed aliquo loco & tẽpore, s. quando per omissionẽ huiusmodi subtraheretur honor debitus Deo, vel etiã vtilitas proximis impendẽda, vt si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur ꝙ nõ haberet fidẽ, vel ꝙ fides nõ esset vera, vel alij per eius taciturnitatẽ auerterẽtur à fide. In huiusmodi casibus cõfessio fidei est de necessitate salutis. Tertiò, fides vera debet stare in operis cõpletione. Isid. Beatus est qui bene credit, & credẽdo bene viuit, talis nõ iudicatur, s. iudicio dãnationis. Sed de tali dicitur Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit. *Qui autem non credit, iam iudicatus est.* s. in Dei pręsentia De quo 2. Tim. 2. Nouit dñs qui sunt eius. Ideo Aug. Nondũ apparuit ad iudiciũ, & iã factũ est iudiciũ, s. in Dei præsentia. Dicit nãq; Chry. Sicut Adã eodem die, quo comedit de ligno ꝓhibito mortuus est, i. morti deputatus. De quo Gen. 1. In quacũq; hora comederitis, morte moriemini. Sic infidelis iudicatus est, i. iudicio dãnationis deputatus, *quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.* in quo solùm est salus. Act. 4. Non est aliud nomẽ sub cœlo, in quo saluari oportet, &c. *Hoc est iudiciũ, quia lux venit in mundũ.* i. spiritus sanctus. de quo Aug. Spiritus sanctus illuminans intellectũ, accẽdens affectũ. De quo canit Eccl. O lux beatissima reple cordis intima tuorũ fideliũ. Nã sine tuo numine nihil est in homine. i. nulla vera & deifica cognitio. Vnde Ansel. Sicut aër præsente lumine fit lucidus, absente obscurus: sic homo illuminatur in cognitione suorũ defectuũ spiritusancto præsente. De quo Beda. Anima nostra à lumine vero illuminatur, qđ nõ extinguitur. Ps. In lumine tuo videbimus lumẽ, i. verã cognitionẽ. Sed heu aliqui sunt adhuc in obscuritate cõsciẽtiæ, de quib⁹ Aug. in Solilo. Vę cęcis oculis qui te æternũ lumẽ nõ vidẽt, tenebras diligũt, in tenebris ambulãt, de tenebris ad

tenebras

tenebras vadũt, de tenebris interioribus ad tenebras exteriores. De quib⁹ subdit, *Dilexerũt homines magis tenebras, quàm lucẽ*, i. peccata quã spiritussancti gratiã, *quia opera eorũ erant mala*. De quibus Ro. 13. Abiiciamus opera tenebrarũ. Ambr. Tenebrarũ opera sunt vitia. Nã omnis qui malè agit, odit lucẽ, i. spiritussancti gratiã. Iob. 24. Ipsi fuerũt rebelles lumini, i. spirituisancto. ¶ Nota dicit S. Tho. 2. 2. q. 14. art. 1. Peccare in spiritũsanctũ contingit dupliciter. Primo modo, qa peccatur in personã spiritussancti, sicut illi qui dixerũt spiritũsanctũ esse creaturã, vt habetur de con. di. 4. hi verò. vbi dicitur, Fuerũt quidã hæretici qui dixerunt peruerso sensu spiritumsanctum esse quendã prauũ hominem. Secundò peccatur contra attributũ spiritussancti, s. contra bonitatẽ, vt dicit Hila. Peccatũ in spiritumsanctũ est quando ex contemptu & malitia abiicitur illud, per quod homo à peccato retrahitur. Et sunt sex, Duo ex parte Dei, s. misericordia & iustitia: contra misericordiã est desperatio, vt Cain Gen. 4. Maior est iniquitas mea q̃ vt veniã merear. Bern. Mentiris Cain, maior est Dei misericordia q̃ omnis nostra miseria. Idẽ: O res confusa! ô res monstruosa! cùm omnia nostra crimina sint quasi vna gutta respectu totius maris. contra iustitiam præsumptio, cùm quis præsumit q̧ Deus peccata non punit. De quibus Eccl. 8. Sunt impij qui ita securi sunt quasi iustorũ facta habeant, sed & hoc vanissimum iudico. Ps. 49. Existimasti inique, q̧ ero tui similis: arguã te & statuam contra faciẽ tuam. Aug. Nullum malum impunitum, nullum bonum irremuneratũ. Contra præsumptionem habetur, Exod. 20. Ego dñs fortis zelotes, i. amator iustitiæ, visitans iniquitatẽ patrũ in tertiã & quartam generationem. Idcirco scribitur Eccl. 5. De propiciatu peccatorũ noli esse sine metu. Neq; adiicias peccatũ super peccatũ, & ne dicas misericordia Dei magna est, &c. Item in Ecclesia duo sunt, s. fides Ecclesiæ, & gratia in sacerdote. Contra primum est impugnatio veritatis agnitæ, contra secundum inuidia fraternæ gratiæ. Nam tertium peccatum in spiritumsanctum est impugnatio veritatis agnitæ. De quo Ambr. Veritas à quocunque est, à spiritusancto est, signanter veritas fidei, nam fides tantæ virtutis est q̧ dicit Apost. Gal. 1. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter quàm quod euãgelizauimus vobis, anathema sit: qui enim impugnabit fidẽ Ecclesiæ, peccat in spiritũsanctum, vt habetur

24.q.1.alienus. Alienus est, prophanus est, hostis est, habere non potest Deũ patrem qui vniuersalis Ecclesiæ non tenet vnitatẽ. Et de talibus dicitur, 2. Pet. 2. Melius erat illis non cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitam retrorsum conuerti. Quartũ peccatũ est inuidentia fraternę gratiæ, vt qui bona malè exponũt in inuidia. De quib. Isa. 5. Vę vobis qui dicitis bonũ malũ. Et illudũt. De quibus Prou. 3. Ipse deludet illusores. Et itẽ: Abominatio est domini omnis illusor. Itẽ in peccatore duo, primũ dolor de cõmissis, cõtra hoc est obstinatio. Eccl. 3. Cor durũ malè habebit in nouissimo. Ber. Cor durũ nec cõpunctione scinditur, nec amore mollitur. Secundũ est propositũ nõ peccãdi, cõtra hoc est finalis impœnitẽtia. Aug. de pœ. dist. 7. c. nullus. Qui impœnitẽs moritur, omnino moritur, & ęternaliter cruciatur: qui semper sine charitate: semp plenus iniquitate torquebitur sine fine. Mat. 12. Qui peccat in spiritũsanct. nec hîc nec in futuro remittetur ei: intelligitur de finali impœnitẽtia. Alia verò dũ sunt in pręsenti vita possunt esse remissibilia: attamẽ peccatũ in spiritũsanct. dicitur irremissibile, quia nõ habet aptitudinẽ ad illud per quod remittitur: verbi gratia, Socrates & Plato habẽt eandẽ infirmitatẽ, vnus recipit medicinam per quã alleuiatur, alter non: & sic vnus dicitur curabilis, alter incurabilis: sic & peccatũ in spiritumsanct. dicitur irremissibile: quia repellit remediũ remissionis gratiã, s. spiritus s.

¶ *Feria tertia Pentecostes.*

Per quod ostium in ouile Christi, id est, Ecclesiam, sit ingrediendum: & non aliunde (vt fures assolent) perrumpendum. Ac de triplici officio pastoris.

ENARRATIO I.

Ego sum ostiũ, per me si quis introierit, saluabitur. Io. 10. ¶ In summa Euãge. duo innuũtur. Primò, docet rectũ ingressum in Ecclesiã: secũdò subiũgit recti ingressus ignorantiã. Primũ patet in principio. Secundũ, ibi: *Illi autẽ nõ cognouerũt.* De primo dicit: *In illo tẽpore*, s. cũ Pharisæi eiecissent cæcũ natura à Christo illuminatũ de tẽplo. Tunc voluit eos ostẽdere nõ veros pastores esse, sed fictos, dicẽs: *Amen amẽ dico vobis, qui nõ intrat per ostium in ouile, sed ascẽdit aliunde, ille fur est & latro.* ¶ Pro quo sciendũ, multiplex est ouile, primùm est Ecclesia militãs, s. cõgregatio populi fidelis. Mich. 2. Congregabo populũ Iacob totũ in vnũ, & ponã eos quasi gregẽ in ouili, cuius pastor est Christus. Io. 10. Ego sum pastor bonus. Reuera bonus, nam cibat oues suas in ecclesia corpore suo & sanguine,

ſanguinę. Oſtiū eſt ſacra ſcriptura. Col. 4. Orātes, vt Deus aperiat nobis oſtiū ſermonis ad loquēdum myſteriū Chriſti, quia per oſtium apertū manifeſtātur interiora domus, & ſic per ſcripturas cognitio dei delitioſa manifeſtatur. Apo. 4. Vidi oſtiū apertum in cœlo, i. intellectū myſteriorū Veteris & noui teſtamēti, quā ſcripſit & apertā fecit electis ipſe ſpiritusſanctus. Itē ſacra ſcriptura dicitur oſtium. Nā ſicut oſtium prohibet lupos intrare ouile, ſic ſacra ſcriptura munit Eccleſiā ne lupi, i. infideles occidāt oues, i. animas fideles, ſua falſitate. 2. Tim. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docēdum, arguendū, & corripiendū, ſ. hoſtes Eccleſiæ: ſed oſtiarius, i. ſpirituſs. debet aperire nobis hoc oſtiū ſcripturæ, Io. 14. Paracletus ſpirituſs. ſuggeret vobis omnia. & Io. 16. Docebit vos omnē veritatē. Idcirco dū oſtium volumus apertum habere, oportet nos oſtiarium, i. ſpiritumſanct. inuocare, quia dicit Amb. Veritas à quocūq; dicitur, à ſpirituſancto eſt. Et qui non intrat per hoc oſtiū, i. per Chriſtum qui veritas eſt, in ouile ſacræ ſcripturæ, ſed per falſas expoſitiones, fur eſt & latro. 1. Tim. 6. Si quis aliter docet & nō acquieſcit ſanis ſermonibus dñi noſtri Ieſu Chriſti, & ei quę ſecundū pietatē eſt doctrinę, ſuperbus eſt, & nihil ſciens, &c. Imo verus hęreticus, vt habetur in can. 24. q. 3. hęreſis. Hęreticus eſt, qui aliter ſacrā ſcripturā intelligit quàm ſenſus ſpirituſs. efflagitat. Iſtud oſtiū ſacrę ſcripturæ voluitur in duobus cardinib. ſ. dilectione Dei & proximi. Mat. 22. In his duobus præceptis pēdet vniuerſa lex & prophetæ. ❡ Et hoc oſtium nō eſt omnib. apertum. Sed quare? Reſpōdet Chryſ. ſuper Mat. 10. vt ordo inter doctores & diſcipulos. Si enim omnia in ſacra ſcriptura eſſent nuda & aperta, quis indigeret interprete? Deus enim voluit alios facere doctores, alios diſcipulos. Ideo dixit per Iſa. Loquimini ſacerdotes in cordibus populi: nā ſi omnes omnia ſcirēt, doctor nō eſſet neceſſarius, & ſic ordo cōfunderetur. Etiam voluit alios diſcēdo cognoſcere, Deut. 32. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicēt tibi. Secūda ratio, vt homines ſtudioſè laborātes & labore ſcientiā exquirētes mereantur hoc, quod otioſi nō poſſunt, & per orationes impetrēt ſcientiam. Ideo Chryſ. Nō eſt obſtructa in ſcripturis veritas, ſed obſcurata: vt qui quærāt, inueniant: qui nolūt quærere, non videant: quærentibus datur in ſalutē, nō quærentibus abſconditur in damnationē, nec poteſt

esse excusatio dānationis ignorantia veritatis. Vnde Hier. Ignorantia scripturarū est ignorātia Christi:& habetur in can.38.dist.qui ea. Qui ea quę Dei sunt sapiunt, à domino sapiūtur:& qui ea quę dei sunt nesciūt, à domino nesciūtur. Et 1.Cor.14. Ignorās ignorabitur. Et Sap.13. Vani sunt omnes homines, in quibus nō est sciētia dei:nā sicut ostiū facit euitare damnum in ouili:sic sacra scriptura facit multa euitare crimina. De quo in cano.38.dist. sicut. Sicut stellas cœli nō extinguit nox, sic mētes fideliū firmamento sacræ scripturę inhærētes non absorbet mundana iniquitas. Ideo Hier. de cō.dist.5. in c.nūquā. Ama scientiā scripturarum,& carnis vitia nō amabis. Propter quod di.Greg. super Ezec. Omnes electi qui æternā patriā desiderāt, legere vel audire verba vitæ debent, quia dicit Hug. de arca Noe: Sacra scriptura est liber vitę,& qui nō intrat per hoc ostiū, i. per verū intellectū scripturæ, quā ostiarius, i. spiritus s. aperit, ille fur est & latro. Nā dicit Aug. Maior est sacræ scripturæ autoritas, quàm humani ingenij perspicuitas. 2.Pet.1. Non voluntate humana allata est aliquādo prophetia, sed spiritu sa. inspirati locuti sunt sancti dei. Io.5. Scrutamini scripturas,&c. Ideo subdit: *Qui ascēdit aliunde*, s. per superbiā propriū intellectū sectās, sicut Iudęi. Mat.15. Irritū fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Tales sunt fures, quia rapiunt gloriā alienam,& latrones, quia alios in animo occidūt, vt fuit tēpore Pauli ad Gal.1. Sunt aliqui, qui vos cōturbāt, & volūt cōuertere Euāgeliū Christi. Sed licet nos aut angelus de cœlo euāgelizet vobis pręter q̃ quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Ideo Deus permittit multos lupos, i. hęreticos in ouili Ecclesię, vt refugium habeamus ad hoc ostium, i. ad sacrā scripturam. De quo habetur in can.24.q.3. ideo. Ideo diuina prouidētia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, vt cùm interrogāt nos ea quę nescimus, sic excutiamus pigritiam, & diuinas scripturas cupiamus.
¶Secundū ouile est vita pœnitētialis, vel vita virtuosa. Hāc intrare debemus duobus pedibus, s. intellectu & affectu: intellectu veritatis & affectu bonitatis:& pedes, i. affectus debēt esse mūdi, Io.13. Qui lotus est:nō indiget nisi vt pedes lauet. Attamē introitus debet fieri per ostiū, i. per rectā intentionē, quia dicit Alexāder papa,& habetur 15.q.6. si sacerdotibus. Nō sunt attendenda quę fiunt, sed quo animo fiant. Nā secundū Greg.28. Moral. Qui rectā intentionē in opere
non

nõ tenet,totũ opus amittit. Sed ostiarius,i. spiritusſ. debet aperire hoc ostiũ,i.rectã & verã intentionẽ.Vnde Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in viã rectã,& qui aliunde ascendit,i.peruersam intentionẽ habet,fur est & latro, quia dicit Ber.Intẽtio vitiosa,vitiosam facit animã. ¶ Tertium ouile est beneficium ecclesiasticũ,vt pastoria,canonicatus, vicaria,vel cõsimile.*Et quicunque nõ intrat per ostiũ*,i,per Christum,*hic fur est & latro* Nã fures multipliciter intrãt in domũ vt furẽtur.Primò,effodiunt domũ.Sic & spirituales aliqui, vt intrẽt prælaturã Ecclesiæ,effodiunt mentẽ collatoris per munera:sicut Simõ magus,Act.8.voluit emere gratiã spiritussancti,& obtulit pecuniã discipulis.Cui Petrus:Pecunia tua tecum sit in perditionẽ.Sic tales perdũt animas eorũ,& dicũtur simoniaci.1.q.1.Presbyter.Presbyter, si Ecclesiã per pecuniã obtinuit,nõ solùm Ecclesia priuetur,sed etiam sacerdotij honore spolietur,quia altare & decimas & spiritũ sanctũ vẽdere vel emere simoniacã hęresim esse, nullus fideliũ ignorat. Damas.Simoniaca hęresis excedit omnia crimina.NãChristus docuit nos fugere talia peccata.Mat.10. Gratis accepistis , gratis date.Si habes collationẽ beneficij à Deo,da purè propter Deũ.Secundò,fur volẽs intrare domum à latere eruit postes.Et sunt illi dicẽtes se collaterales & amicos.De illis Psal.Dixerũt,hęreditate possideamus sanctuariũ Dei.Figuratur Io.18.Victus fuit Petrus per ancillã,i.per amicitiã carnalẽ,ꝙ negauit Christum: sic tales, qui propter amicitiã indigno cõferunt beneficia.De talib. dixit ille:Plantauerunt Ecclesiã sanguine suo.Et Mich.Væ qui ædificatis Siõ in sanguinib.Tertiò,fur intrat domũ desuper irruẽs.Et sunt qui per potẽtiã intrant in aliquã dignitatẽ spiritualem,vt patet 2.Paral.26.de Osia,qui in potentia sua cepit thuribulũ exercẽs officium sacerdotale:& fuit percussus lepra. Similiter Num.16. Dathan & Abyron per vim sibi vsurpare voluerũt spiritualem dignitatẽ. Propter quod terra deglutiuit eos.O quot sunt hodie tales non per ostium,i.Christũ intrantes.Ergo omnes tales dicũtur fures. Volens igitur esse verus pastor, debet intrare per ostium,i. Christũ.Vnde episcopi scribunt,Ioannes Dei gratia episcopus.Sed multi iam deberent scribere,Nostræ potentiæ, vel amicorum,vel pecuniæ gratia,cùm dicit Apost.Heb.5. Nemo assumat sibi honorẽ,nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.Ideo reprobãtur Oseæ 8.Ipsi regnãt & nõ cogniti,i.

non approbati. De quibus etiã Oseæ 8. Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterũt, & non cognoui. Et ergo tales dicũtur fures, quia nõ per ostium, i. Christũ intrant, nec sicut Christus intrauit in hunc mundum. Nã sicut ostium vertitur in duob. cardinibus, sic Christus duabus de causis intrauit in ouile Ecclesiæ, s. ratione instructionis. Io. 10. In hoc veni in mundũ, &c. Sed dicit Leo Papa 1. q. 1. in c. 1. Gratia: Simoniaci nõ habẽt spiritũ veritatis, sed mẽdacij. Secundò, Christus intrauit ratione dilectionis. Ier. 31. In charitate perpetua dilexit te. Sic dignitas spiritualis suscipi deberet propter docendã viã veritatis, & amplectendã viam charitatis pro salute aliorũ. Vnde Ber. Christus nõ gratis toties resumpsit, Petre amas me: sed ad docendũ dilectionem, quã prælati deberẽt habere ad oues. Vnde Aug. Sciat se nõ esse pastorẽ, qui desiderat præesse & nõ prodesse. Nam dicit Apost. 1. Tim. 3. Qui episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat, i. qui laborẽ episcopi desiderat propter animarũ charitatẽ. *Ille intrat per ostiũ*, i. Christũ, & dicitur pastor ouiũ, *& huic ostiarius aperit*, i. spiritussanctus hũc docet, vt possit præesse. Io. 16. Docebit vos omnẽ veritatẽ & *oues vocem eius audiunt*. quia bruta animalia suos benefactores cognoscũt. Isa. 1. Cognouit bos possessorẽ suum, multò magis homines vidẽtes prælatũ qui quærit salutem animarũ, & diligũt & audiunt vocem eius. Et subdit, Triplex est officium pastoris. Primũ est vocare, s. à cõsortio malorum ad vnitatẽ fidei & sanctæ matris Ecclesiæ: nã qui extra hãc vnitatẽ sunt, à spiritu Dei nõ vegetãtur, vt dicit Cypr. 24. q. 1. loquitur. Extra vnitatẽ Ecclesiæ spiritussan. nõ accipitur. Ideo Aug. super Io. Nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi, i. ab vnitate fidei. Nã si separatur à corpore, non est membrum eius: & si nõ est membrum eius, nõ vegetatur à spiritu eius. Ideo dicit in tex. *Proprias oues vocat nominatim*, i. distinctè eas cognoscit. Prou. 27. Diligẽter agnosce vultũ pecoris tui. Nã si hoc facis de bruto animali, multò magis de homine, pro quo Deus fudit sanguinẽ, & pro cuius anima debes reddere rationẽ: quia scribitur Ezech. 3. Sanguinem eius de manu tua requirã, 3. Reg. 20. Custodi virũ iustum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, propter quod Apo. Heb. 13. Obedite præpositis vestris, quia ipsi peruigilãt quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. Secundũ officiũ pastoris est educere. De quo in text. *& educit eas*, s. ad pascendum

scendum & instruendum viam veritatis. 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregē Dei. Dicit nāque Gre. 8. q. 1. In scripturis. Si is qui valet omnipotētis Dei oues pascere, renuit, ostendit se pastorē summum minimè amare. Tertium officium pastoris est, oues suas antecedere, s. in exēplo sanctitatis, sicut præcedit in officio dignitatis. De quo subdit in tex. *Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit*, s. per bona exēpla, & implendo ea quæ docet. Nō enim sufficit ouibus bona dicere, sed requiritur & facere: quia dicit Aug. Bene docere & malè viuere est seipsum condemnare. Ideo dicit Nic. pa. 7. q. 1. Sciscitaris: Debent pastores ducatū præbere gregibus tanquā arietes ouibus, vt oues sequātur per illam viā, quā pastor ambulat. Vnde Gre. Cùm pastor per abrupta graditur, necesse est vt grex ad pręcipitiū sequatur. ¶ Quartum ouile est regnū cęlorū, Io. 10. Erit vnū ouile & vnus pastor, ibi ingredientur & egredietur & pascua inuenient. Ingredientur ad diuinitatē, & egredientur ad humanitatē. Sed ostium est Christus. De quo dicit in tex. *Ego sum ostium.* Hoc figuratur in Leuit. vbi dicitur, Ad ostium tabernaculi fiebat omnis oblatio, & sic omnis oblatio in ecclesia, fit per Christum. Si placare cupimus patrē, quem horrendis peccatis offendimus, nunquā aliter quàm in Christo placatur omnipotens Deus, nec potest fieri ingressus in regnum cœli sine eo. De quo Aug. 26. q. 2. qui sine. Qui sine saluatore salutē vult habere, nō sanus, sed æger est, non prudens, sed stultus est. Sed oportet vt ostiarius, s. spiritussanctus aperiat hoc ostium, i. instruat nos de vera fide Christiana, vt habetur de conse. dist. 4. c. gratia. Fides non est tantùm liberi iudicij, sed donum spiritussancti. Ideo dixit Christus, Ioan. 16. Ille me clarificabit, id est, clarè vobis de me fidem manifestabit.

¶ *Dominica Trinitatis.*

Vnum esse Deum in essentia, & trinum in personis, & si ratione naturali curiosius indagari nec possit, nec expediat, credi tamen firmiter oportere, signis autoritatéque probatur. ENARRAT. I.

FIrmiter credimus, & simpliciter confitemur, quòd vnus solus est verus Deus æternus, immensus & incōmutabilis, incomprehensibilis, omnipotēs & ineffabilis pater & filius & spiritussanctus. Ita scribit Innocen. & habetur de summa Trinitate & fide cathol. & applicatur pro themate festiuitatis hodiernæ. ¶ Pro quo sciendū. Ex quo homo ab aliquo est etiam sub aliquo & ad aliquid & super aliqua, necesse

necesse habet illum cognoscere à quo est, ne sit tãto beneficio ingratus, & per cõsequẽs cæteris beneficiis indignus. Ber. Ingratitudo est ventus vrẽs & siccás fontẽ pietatis, rorem misericordiæ & fluenta gratiæ. Secundò, necesse habet cognoscere sub quo est, ne sit inutilis seruus, & per consequens ira Dei & pœna dignus. Pro. 14. Acceptus est regi minister intelligẽs, iracundiá eius inutilis sustinebit. Matt. 25. Inutilẽ seruũ proiicite in tenebras exteriores, &c. Ideo necesse habet cognoscere eius maiestatẽ, vt sciat eum glorificare: maiestas autẽ eius exprimitur per hoc aduerbiũ summè, summè potens, summè bonus, summè sapiens. Etiá necesse est cognoscere quæ sit eius volũtas, vt sciat ei ad beneplacitũ seruire. Et misericordiá eius & iustitiá in seruos suos exhibendá, iustitiá offendentes, misericordiá in debito modo sibi seruiẽtes. Tertiò, necesse habet cognoscere ad quid est: sine hac enim cognitione erit homo in mari huius seculi quasi sopit⁹ gubernator amisso clauo. Pro. 23. Nescit enim dirigere se, qui ignorat quò debeat tendere in exilio huius mũdi. Gre. Qui peregrinationẽ pro patria appetit, inter dolores dolere nescit. Itẽ in itinere præsentis vitę fatigabitur, & quiete finis frustrabitur. Aug. Fecisti nos ad te, inquietũ est cor nostrũ: donec requiescat in te. Quartò, habet cognoscere à quo teneat ea, supra quæ positus est, ne sit infidelis seruus in his in quib⁹ solũ ministeriũ habet sibi vsurpás dominiũ, & ita qui ꝓ fidelitate esset remunerádus, pro infidelitate sit puniẽdus. Mat. 25. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituá, intra in gaudiũ dñi tui. Ecõuerso Luc. 16. Si in alieno fideles nõ fuistis, quod vestrũ est, quis dabit vobis? Vnde alienum est bonũ trásitoriũ, nostrũ autẽ æternũ. Ber. Terrenæ diuitiæ nec veræ nec vestræ sunt: si vestræ sunt, tollite eas vobiscũ. Et Psal. 48. Homo cũ interierit, non sumet omnia, neq; descendet cũ eo gloria eius. Chrys. Dispẽsatores sumus nõ domini diuitiarũ. 1. Cor. 4. Quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Sed cõuenientissimus modus cognoscendi prædicta est per fidẽ. Iõ. 1. Deum nemo vidit vnquá, vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Hila. Soli Deo de se credendũ est. Nec mirandũ est, si oportet habere cognitionẽ per fidẽ de patre inuisibili, à quo sumus: Cùm enim de parentibus carnalibus aliter cognitio haberi nõ possit, vt ostẽdit Gre. lib. 4. Dialog. Audacter dico, quòd

sine

ſine fide nec infidelis viuit. Si enim oſtēdere infidelē volue ro,& perſcrutari quem patrē vel quā matrē habuit,reſpondet protinus,illū vel iſtam:quem ſi requirā vtrum nouerit, quādo cōceptus ſit:vel viderit quādo natus fuit,fatetur ſe nō vidiſſe,& tamē quæ nō vidit credit. Idem: Si de ſuo ipſo viſibili corpore credunt quæ nō viderūt, cur inuiſibilia nō credūt quæ corporaliter videre non poſſunt? Ideo dicit,firmiter credimus. ¶Et nota, ꝙ modus iſte cognoſcēdi per fidem habet tres dignitates. Primò,quia eſt Deo glorioſus, quia glorioſum eſt principi,ſi ſimplici verbo eius credatur abſq; cautione pignoris vel iuramēto vel fideiuſſoribus:& ignominioſum eſt ei atq; moleſtū,ſi eius verbo ſimplici nō credatur,cùm etiā cuilibet viro notæ bonitatis moleſtū ſit: ſi eius verbo ſimplici non credatur, quātò magis regi gloriæ,qui nec falli nec fallere poteſt,diſplicet, ſi nō credatur verbis ſuis ſine cautione,& ſine ratione,quā quærūt Gētiles,& ſignis,quæ quærūt Iudæi? 1.Cor.1. Iudæi ſignū petūt, & Græci ſapientiā quærūt,nos autē prædicamus Chriſtum crucifixū,Iudæis quidē ſcandalum,Gentibus autem ſtultitiam, &c.Matt.12. Generatio praua & adultera ſignū quærit,&c.Et Matth.17.O generatio incredula & peruerſa,vſquequo ero vobiſcū? vſquequo patiar vos? Nam Hippocr. & Pitagor.præſcripſerūt hanc legem diſcipulis ſuis,vt non eſſet qui in ſentētiis ſuis interrogaret propter quid:ſed eis pro ratione dicētis autoritas ſufficeret:quātò magis autoritas diuina pro ratione habēda eſt? Secūdò,quia eſt meritorius,cum,ſ.homo aſſentit Deo in his quæ nō ſunt ſenſui manifeſta,nec per ſe nota intellectui. Illa aſſentio eſt libera,ideo meritoria.Greg.Fides nō habet meritū,vbi humana ratio præbet experimentū. Tertiò,iſte modus cognoſcēdi eſt laude dignus. vt patet de Abra.Ro.4. Qui cōtra ſpem in ſpem credidit. Gl.cōtra ſpem naturę in ſpē gratiæ,vt vetulus ex vetula ſterili generaret. Gen.15. Credidit Abraham Deo,&reputatū eſt illi ad iuſtitiam. Similiter beata Virgo beatificatur,Luc.5. Beata quæ credidiſti,&c. Augu. in lib. de virg. Beatior fuit Maria in percipiēdo fidē Chriſti,quā cōcipiēdo carnē. Ecōuerſo Moſes & Aaron puniūtur de incredulitate. Num.20. Quia nō credidiſtis mihi:vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael,nō introducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Et Zach. ſimiliter punitur, Luc.1. vbi ait angelus,Ecce eris tacēs,& nō poteris loqui vſq; in diē quo hæc

hæc fient,pro eo ꝙ non credidisti verbis meis, quæ implebũtur in tẽpore suo.Eccl.16. In gẽte incredibili exardescet ira.Et Apoc.22. Timidis & incredulis, &c. pars illorũ erit in stagno ardẽti igne & sulphure. ¶Ideo firmiter credimus primò,quia fides Deo placet.Eccl.1.Beneplacitũ est Deo fides & mãsuetudo,ita ꝙ sine fide nihil placet ei.Heb.11.Sine fide impossibile est placere Deo.Ideo oẽs infideles sunt filij iræ.1.Io.3.Qui incredulus est filio,nõ videbit vitã æternã,sed ira dei manet super eũ.Aug.Sine fide falsa est omnis virtus.Itẽ fides initiat matrimoniũ inter Deum & animã. Ose.2.Spõsabo te mihi in fide:fides enim est velut annulus argẽteus positus in digito spõsæ,nã annulus nõ debet excidere nec excidi:& sic fides,quia nõ debemus Deo attribuere ꝙ nõ sit eius, negare quod ipsius sit.In argẽto intellige, quòd fides ex puritate synceræ cõfessionis debet resonare, quia argentũ cãdidum est & resonat, ideo dicit simpliciter cõfitemur,s.ore.Ro.10.Ore cõfessio fit ad salutem.Ideo Io. 20.Beati qui nõ viderũt & crediderũt.Et sic placet Deo. Secũdò,fides displicet diabolo,quia ipsa ei cultũ & honorem quẽ in mũdo habuit abstulit,quia expulit diabolũ ab hominibus quantũ ad animas,& quantũ ad corpora.Act.10.Fide purificãs corda eorũ.Mar.vlt. Signa autẽ eos qui crediderint hæc sequentur:In nomine meo dæmonia eiicient, &c. Hęc est quę diabolo resistit,1.Pet.5.Cui resistite fortes in fide.Ipsa est scutũ ignea tela inimici extinguẽs.Eph.6.In omnib⁹ sumẽtes scutũ fidei,in quo possitis omnia,&c. Item fides est lucerna, ꝑ quã in nocte præsentis vitæ ambulatur. 2.Cor.5.Per fidẽ enim ambulamus,& non per speciẽ. Aug. Ambulemus per fidẽ,& perueniemus ad speciẽ.Aug.de fide ad Pet.Si quis nõ ambulauerit ꝑ fidẽ,nõ perueniet ad speciẽ.Itẽ fides facit hominẽ filiũ Dei,Gala.1.Omnes filij Dei estis per fidẽ. Et Io.1.Dedit ei potestatẽ filios Dei fieri,&c. 1.Io.5.Omnis qui credit ꝙ Iesus est Christus, ex Deo natus est.Aug.de fide ad Pet.Sine fide nemo potest ad numerũ filiorũ Dei pertingere.Aug.de verb.dom.Ambula per fidem, sic peruenies ad speciẽ. Item fides est stella matutina , per eã oritur dies gratiæ,quia est initiũ vitæ spiritualis, Eph.3. Per fidẽ habitat Christus in cordib⁹ vestris.Fides est radix omniũ bonorũ,ipsa est causa dilectionis. Aug.Nil perfectè diligitur,quod non per fidẽ cognoscitur:sed fides per dilectionẽ est causa operũ. Vnde ipsa est prima pars vitæ gratiæ,

tiæ,& causa totius residuæ vitæ.Ro.1.& Hebr.10.Iustus ex fide viuit. Greg.Quantũ credis,tantũ speras:quãtũ speras, tantũ amas.Aug.Sicut in radice arboris nulla apparet species pulchritudinis,tamẽ quicquid est in arbore pulchritudinis & decoris,ex illa ꝓcedit:sic ex fidei humilitate,quicquid meriti. Ideo Greg.Sicut rami sine radice arescunt, ita quælibet bona,licet videãtur bona nulla sunt,si à fidei soliditate disiungãtur.Et Aug.de fide ad Pet.Sine fide omnis labor vacuus est. ¶ Sed diceres de Cornel.Act.10. Respon, Greg.super Ezec.Hom.2.Cornelius fecit opera bona ex fide recipiẽda. Ideo ab angelo audiuit:Orationes tuæ & eleemosynæ ascẽderunt in memoriam in cõspectu Dei.Aug.de fide ad Pet.Firmiter tene & nõ dubites, omnes Paganos & Iudæos,oẽs hæreticos & schismaticos qui extra Ecclesiam catholicã præsentẽ finiunt vitã,in ignẽ ituros qui pręparatus est diabolo & angelis eius.Sed diceres,de Paganis quibus nõ est prædicandũ nec prædicatũ?Respõ.Apost.Ro.10. Nũquid nõ audierũt?& quidem in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ.Et subdit Isa.dic.Inuentus sum à non quærẽtibus me. Palã apparui his qui me non interrogabãt,i.Gentilibus,ad Israel autẽ dicit,Tota die expãdi manus meas ad populum non credentẽ,sed contradicentẽ mihi.Et Aug.Nulli vnquã defui,qui dignus fuit,vel per prædicationẽ,vel inspirationem. Dicit enim S.Thom.2.2.q.2.ar.7. Multis Gentilibus fuit facta reuelatio de Christo,vt patet per ea quæ prędicauerunt.Nam Iob 16.Scio quòd redemptor meus viuit. Sibylla etiã pronuntiauit de Christo,vt Aug.dicit,& oẽs qui saluati sunt,per fidẽ sunt saluati mediatoris.Item dicit firmiter credimus.Bern.de cons.5.Fides ambiguũ non habet, aut si habet fides nõ est,sed opinio.Ideo de hæreti. Dubius in fide infidelis est.Et S.Tho.2.2.q.1.ar.3.Fidei ecclesię nõ potest subesse falsum.Ideo Gal.1.Sed licet nos aut angelus de cœlo euãgelizet vobis,præter quã quod euangelizauimus vobis,anathema sit.Ideo subdit.Et simpliciter cõfitemur,s.sine omni ambiguitate,quia nõ licet profundè scrutari de Trin.Eccl.3.Altiora te ne quæsieris,& fortiora te ne scrutatus fueris.Nam omniũ operũ Dei,nullam potest homo inuenire rationem.Eccl.8.Ideo Iob 36.Memento quòd ignores opus eius , & sequitur : Ecce Deus vicens scientiam nostram. ¶ Vnde duplici de causa non licet profundè scrutari de Trinitate. Primò,quia vnum : secundò,quia pericul

periculosum.Primò,quia vanū.Nā homo nō poteſt ibi peruenire ad finē ſalubriter,niſi per fidē.Vnde Hug.de S.Vict. Vide quid poſſit ſpiritus carnis in mūdo, vt ex hoc intelligas quid poſſit ſenſus mētis in Deo,q.d.Virtutem minimę herbę homo nō poteſt ſcrutari in mūdo,quid faciet de deo? nam ipſa diuinitas altior te eſt,Iob 11.Excelſior cœlo eſt,& quid facies?profundior inferno,& vnde cognoſces? Nā ſicut vanū eſt dirigere oculos ad illud quod eſt in abyſſo terræ:ſic ad diuinitatē inueſtigandā. Vnde legitur in apocrypho Eſdræ,qui voluit ꝓfunda Dei ſcrutari,recepit reſpon. ab angelo:Si vales flammā ignis pōdera,flatū vēti mēſura, præteritū diē reuoca.q.d.nullo modo potes:ſic ſcrutari myſteriū Trinitatis.Exēplum legitur de S.Aug.eo tēpore,quo libros de S.Trinit.ſcribebat, trāſiuit ad littus maris ſe occupādo,inuenit puerulū cū quodā cochleari argenteo,qui aquā maris in paruā foueā fundebat.Interrogatus ab Aug. quid faceret,reſpōdit,totū mare ſe velle ad foueā illā paruam fundere.Et Aug.ſubriſit,dicēs:O puer eſt tibi impoſſibile.Reſp.puer:Facilius eſt mihi hoc facere,quàm quod tu cogitas te adimplere,vt profundū S.Trinit.tuo paruo ingenio cōprehendas.Ideo Aug. Nulla res inutilior q̄ occupatio S.Trinit.Secūdò,eſt valde periculoſum.Nā ex immēſitate luminis poteſt homo incurrere cæcitatē erroris. Vnde Hilar.in lib.de Trin.Virtutem terreni luminis obſtupeſcis, quid facies in ſole iuſtitiæ? Ideo Philoſ.2. Metaph.Sicut ſe habet oculùs noctycoracis ad lumē ſolis,ita intellectus noſter ad ea quæ ſunt manifeſtiſſima naturæ. Quid igitur faciemus de ſupernaturalibus?Propter quod dicit Diony. de diuin.nominib.Trinā vnitatē quæ ſimul eſt Deus,neq; dicere neq; cogitare eſt poſſibile.Ideo hæc feſtiuitas nō celebratur in ſpeciali apud vulgares,ſed in cōmuni feſtiuitate dñicali,ne detur occaſio hoc arcanū Trinit.curioſè inquirere.Nam ſcribitur Pro.25.Qui ſcrutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria.Ideo Aug.in lib.de Trinit. vbi quæritur vnitas Trinitatis,patris & filij & ſpiritusſ. nuſquā periculoſius erratur , nec laborioſius aliquid quæritur , nec fructuoſius aliquid inuenitur.Ideo Cato:Mitte arcana Dei,cœlúmq; inquirere quid ſit.Et Ro.11. Noli altū ſapere, ſed time.Nā dicit Gre. Hæc ſumma Trin.eſt magis fide venerādā, q̄ curioſè inueſtigādā.Eccl.7. Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere,cùm ignoret quid conducat ſibi in vita ſua?

sua?Nam secundū Ber.Scrutari temeritatis est, sed credere pietatis.Ideo bene dicitur,firmiter credimus & simpliciter confitemur, ꝙ vnus est solus verus Deus pater & filius & spiritussanctus:Tres quidē ꝑsonæ,sed vna essentia.¶ Quòd autē vnus sit Deus substātialiter, ꝓbatur authoritate sacræ scripturæ & ratione.Primò,autoritate sacrę scripturæ,Deuter.6.Audi Israel,dn̄s Deus tuus Deus vnus est. Et Malá.2. Nunquid nō,deus vnus creauit nos?Et 1.Tim. 6.Beatus & solus potens rex regū & dn̄s dominantiū,qui solus immortalitatē habet, & lucē inhabitat inaccessibilē. Itē probatur ratione, Si sunt plures dij,aut sunt eiusdē naturæ aut non, si nō,tūc vnus est Deus, alius non, quia nō habet naturam diuinā.Si autē habēt eandē naturā diuinā, & cùm in Deo idē sit natura & esse:tunc habebūt idē esse:sed quæ habent eandē naturā & idē esse sunt vnū.Igitur, &c. De quo dicit Leo Papa:Credimus sanctā trinitatē patrem & filiū & spiritū sanctum vnū Deū omnipotentē vnius substantiæ,vnius potestatis.Et hoc probatur in multis.Primò, in scripturis, secūdò,in creaturis,tertiò,in figuris, quartò,in miraculis. Primò,in scripturis diuinis & autoritate diuina.Gen.1.Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā.Faciam⁹ respicit pluralitatē personarū similiter nostrā, sed imaginē & similitudinē respicit essentiæ vnitatē.Secundò,probatur angelica autoritate & scriptura,qa angeli nō cessāt die ac nocte clamare,Sanctus,sanctus,sanctus, &c.Isa.5. Tertiò, autoritate prophetica.Ps.66. Benedicat nos Deus Deus noster,&c.Ecce pluralitas personarū.&metuāt eū.Ecce vnitas essentiæ.Quartò autoritate apostolica.1.Io.5.Tres sunt qui testimoniū dant in cœlo,pater,verbū,& spiritusſ. & hi tres vnū sunt.Itē Gal.4.Misit Deus spiritū filij sui in corda vestra.Quintò,autoritate euāgelica.Mat.vlt.Baptizantes eos in nomine patris,& filij,& spiritussancti.&tangitur vnitas essentiæ in nomine.¶ Secūdò, in creaturis adiuuatur fides nostra,ſ.superiorib⁹,mediis,& inferiorib.De superioribus, vt in sole,tria cōsiderātur,essentia, splendor & calor:essentia solis à nulla creatura creatur,sic pater à nullo,splendor à sole oritur, & sic filius à patre generatur:calor ab vtroq; prouenit,& sic spiritussanctus ab vtroq; procedit.Itē Aug. Si diuidere nō potes creatū solē,qūo diuidere potes creatorem?Item in creaturis mediis, sicut in homine vna est anima & tres potētiæ,ſ.intellectus,voluntas & memoria.Item

in infimis, vt in rosa, natura, color & odor: vna tamẽ rosa, & sic hic. Ideo Aug. super Io. ser. 49.: In trinitate numerus est, & numerus nõ apparet numerus. Quia tres qui testimoniũ perhibent, Pater & filius & spiritus s. Et cũ cœperis numerare, quicquid numeraueris, nõ poteris respõdere, quia hi tres vnũ sunt. Aug. de trini. lib. 11. Alius est pater quã filius, sed nõ aliud, quia tres personę, sed essentia vna. Tertiò, in figuris demõstratur trinitas personarum & vnitas essentiæ. Ge. 18. Abrahã tres vidit, & vnũ adorauit. Itẽ Ge. 40. Præpositus pincernarũ vidit tres propagines in vna vite. Itẽ Dan. 5. Balthasar rex vidit tres digitos in vna manu scribentes, mane, thetel, phares, i. appendit, numerauit, diuisit. Pater appendit omnia, sapiẽtia filij omnia numerat, bonitas spiritus s. gratiã vnicuiq; sicut vult diuidit. Isti sunt tres digiti in vna manu. Quartò, probatur miraculis. Dicit Eusebius, circa natiuitatẽ Christi tres soles apparuerũt, & in vnũ solẽ redacti sunt. Secundũ miraculũ ponit Eusebius ꝙ cùm quidã Arrian⁹ baptizaret, & formã trinitatis peruerteret, mox aqua disparuit. Tertiũ ponit Sigibertus, ꝙ episcopo Vasal cẽsi celebrãte missam tres guttæ clarissimæ super altare cœlitus sunt missæ, quæ simul cõfluẽtes vnã pulcherrimã effecerũt gemmã, quã posuit in cruce gẽmata, & aliæ gẽmæ claritatẽ eius nõ ferẽtes protinus ceciderũt, designãtes trinitatẽ personarũ & vnitatẽ essentiæ. Ideo Aug. in lib. de trinit. Si quæritur, quis fecit lucem? Deus est: si quæritur, per quid fiat lux? per filiũ: si quæritur qua re? quia bonitas est, i. cooperãte bonitate spiritus s. Ideo hodie canit Ecclesia: O adorãda trinitas, &c. Reuera veneranda. Primò, propter debitũ quia propter hoc homo formatus est. Isa. 43. Populũ istũ formaui mihi, laudẽ meã narrabit. Secundò propter meritum. 1. Reg. 2. Quicũq; honorificauerit me, glorificabo eũ. Eccl. 24. Qui elucidãt me vitã æternã habebũt. Tertiò, propter exemplũ, quia eum glorificat omnis creatura. Primò, superior. Ps. 18. Cœli enarrant gloriã Dei. Secundò, inferior. Ps. 150. Omnis spiritus, &c. Itẽ Ps. 116. Laudate dñm omnes gentes, &c. Quartò, propter officiũ assuescendũ, quod erit in patria, quia laus & gloria. Psal. 83. Beati qui habitant in domo, &c. Idcirco Hiero. instituit vt in fine omnium Psalm. dicatur, gloria patri & filio, &c. vt sine fine eum laudare possemus: dicentes cum pueris illis, Daniel. 3. Benedicamus patrem & filium & sanctum spiritum, &c.

¶ *Dominica prima post Trinitatem.*

De vario diuitiarum vsu, luxúque vestium damnabili. Ac quàm iusta diuina sit retributionis dispensatio, exemplo crudelis diuit s, & patientis Lazari ostenditur.

ENARRATIO I.

HOmo quidam erat diues. Luc. 16. ¶ In summa Euágelij duo innuuntur. Primò, innuitur cuiusdam diuitis singularis excellentia, ibi: *Homo quidam*. Secundò, subiungitur singularis pauperis specialis indigentia, ibi: *& erat quidam mendicus*. Primò, dicit & præmittit: *In illo tempore*, scilicet. cũ Christus docuit ꝙ nemo posset seruire deo & mammonæ. Hoc audientes Pharisæi auari deridebant eum, quibus Christus respondit: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. Deus autem nouit corda vestra. Super hoc addit vnam parabolam de diuite epulone, quomodo ei successerit in hac vita lætanter & delitiosè & prosperè. Post hoc pœnaliter & lachrymosè dicens, *Homo quidam erat diues.* Notandum, tria sunt genera diuitum. primi sunt spirituales, secundi tẽporales, tertij infernales. primi sublimantur, secundi cõmendantur, tertij dánantur. Dixi primi sunt diuites spirituales, & sunt hi qui diuites sunt in virtutibus. Gre. Veræ diuitiæ nõ sunt opes, sed virtutes, quas qui habet est in Deo diues. Sen. Et Eccl. 13. Bona est substantia, cui non est peccatũ in conscientia. Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula: & sic virtuosus: nã sicut diuitiæ colliguntur in auro & argento & lapidibus pretiosis, sic virtutum opulentia ex auro charitatis. Apo. 3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex argento castitatis, lapidibus pretiosis, i. aliis virtutibus, puta humilitate, patientia & misericordia. Ps. 143. Beatum dixerunt populum cui hęc sunt. Et sic fuit diues virgo Maria. Prouerbio. vlti. Multæ filiæ regũ congregauerunt diuitias, &c. Nã virtuosi habent Deum præsentem in gratia, vt dicit Aug. Qui Deũ habet, omnia habet, recedens à Deo nihil habet. Seneca: Sicut Deo recedente omnia bona recedunt: sic eo præsente in gratia sunt omnia bona. Pro. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloria. Et Ps. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Secũdi sunt diuites tẽporales, quia temporaliter possident bona. Nota, diuitias habere in se nõ est malũ nec peccatũ, vt dicit Amb. Sicut diuitiæ sunt impedimenta reprobis, ita bonis sunt coadiuuamenta virtutis. Ideo aliqui diuites saluãtur, aliqui dánãtur: primi qui saluãtur sunt humiles, q̃ nõ exaltãtur in seipsis. Tales sunt pauperes spiritu

De quibus Aug. Pauperes spiritu sunt, nō habentes inflatū spiritū. Talis fuit Iob 31. Si, i. nō, lætatus sum super multis diuitiis meis. Et sic Hester 14. Tu scis dñe quia abhominer omne signū superbiæ. Secūdi sunt misericordes. Ps. 40. Beatus qui intelligit super egenū & pauperē. Mat. 5. Beati misericordes. Hier. in epi. ad Nepotianū. Nō memini me legisse mala morte aliquē interiisse, qui exercebat se in operibus misericordiæ. Habet enim multos intercessores, & impossibile est preces multorū nō exaudiri. Meritò debemus esse misericordes pauperib⁹ & defectuosis, quia quilibet debet cogitare ꝙ potest talis fieri, si Deus permiserit. Et sicut vellet sibi cōpati & misereri: sic faciat proximo. Matt. 7. Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Ideo dicitur 30. dist. Hæc scripsimus, Diuites cū iustitia & bonis operibus nō abiicimus. Tertij sunt hi, qui in diuitiis abstinenter viuunt. Ber. Quod martyriū grauius est, q̃ inter epulas esurire? Eccl. 31. Beatus diues, qui potuit transgredi & non est trāsgressus, resistit sibi, & vincit naturā suā & corpus. Verbi gratia: Durè iacendo, & molles lectos habendo aquā bibēdo; & vinū dimittendo, & hoc propter Deū. Greg. Abstinentia Dei sicca est, cùm propter Deū non ab illicitis, sed licitis & concessis se prohibet. Quarti qui saluātur, sunt qui subueniūt proximis mutuādo. Luc. 6. Mutuū date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, quia hoc ita acceptū est pauperi ac si gratis daretur. Etiā gratis aliquādo dilationē faciendo ꝓpter Deū in hoc meretur dilationē vitæ suæ. Ps. 40. Beatus qui intelligit super egenū & pauperē, &c. dñs conseruet eū, & viuificet eū, & beatū faciat eū. Itē Ps. 111. Iucundus homo qui miseretur & cōmodat. Itē aliqui diuites damnantur. Primi qui malè acquirunt, Luc. 12. Thesaurizat, & non in Deū diues. Primi cū vsura, vt qui commodāt pecuniā cum pacto. Secūdi, qui recipiunt sine pacto vltra sortē. Tertij, qui vendunt res carius propter dilationē de vsuris cōsuluit. Quarti, qui bono foro cū prompta pecunia emunt, & immediatè propter dilationē è cōuerso vendunt carius q̃ valet vel valere potest. Quinti, qui in ludo lucrātur, nā retinere nō possunt. Itē qui fraudē cōmittunt in emendo & vendendo in mensura, staterā vel verbis collaudando falsè vel paruipendendo. Secundi diuites dānantur, s. possessores malæ fidei. Ro. 1. Non solùm qui faciunt ea, sed etiā qui consentiunt

facien

faciẽtibus,& habetur in ea notũ ſit.in.ſi,2,q.1. vbi dicit Nicolaus papa:Quia faciẽtẽ & conſentiẽtẽ par pœna conſtringit.Et in c.qui poteſt.23. vbi dicitur:Qui poteſt obuiare & perturbare peruerſos & nõ facit,nihil aliud eſt quã fauere impietati eorũ:nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, q manifeſto facinori deſinit obuiare.Itẽ qui inueniunt res. Aug.14.q.5.ſi quid,Si quid inueniſti,&nõ reddidiſti,rapuiſti. ❧ Sciendũ,aliqua bona ſunt quæ nunquã fuerunt in poſſeſſione alicuius,vt lapides pretioſi in littore maris.Huiuſmodi ſunt ipſius inuentoris,aliquæ ſunt quæ aliquãdo fuerunt in poſſeſſione alicuius, ſed tantũ tẽpus eſt elapſum ꝙ nõ eſt memoria,ſicut theſauri antiquitus abſcõditi in terra.Dicit Barth.in gl.ſuper c.ſi quis:Si quis theſaurũ inuenit in loco proprio,ſtatim inuentoris eſt:ſi verò in loco alieno & caſu fortuito eũ inuenerit,dimidius ſit inuẽtoris & dimidius dñi loci,ſi verò ſtudioſè quæſiuit,& inuenit eũ in loco alterius,totus eſt dñi loci. Si verò in ſacro vel religioſo loco caſu fortuito inuenit theſaurũ, totus eſt inuẽtoris. Si verò de prope fuit in poſſeſſione alicuius,ſi inuenis,&nõ reddis,peccata rapinæ peccas. De quo Hier.14.q.5. multis. Multi ſine peccato putãt eſſe,ſi alienũ quod inuenerint teneãt & dicunt,Dñs deus mihi dedit,cui habeo reddere?diſcãt hoc peccatũ ſimile fore rapinæ,ſi quis inuenta nõ reddat Quarti,q auarè retinent.De quibus infrà patebit.Quinti,qui malè vtũtur,& cõſumũt criminoſè.De illis etiã infrà patebit. Secũdi ſunt diuites tẽporales qui temporaliter poſſidẽt bona:attamẽ bene acquiſierũt & bene expendũt ad Dei honorẽ & proximi propriámq; ſalutẽ,&ſe nõ extollũt. Tales ſunt pauperes ſpiritu,de quibus ſuprà dictũ eſt. Tertij ſunt diuites infernales & animales, & tales ſunt multiplices.Primi ſunt qui hãbẽt diuitias malè acquiſitas,ſ.per vſuras & rapinas. Luc.12. Theſaurizat & nõ eſt in deũ diues.Nã dicit Mat.19.Facilius eſt camelũ intrare per foramẽ acus,&c.Quia dicit Aug. Si tenes obolũ teneris à diabolo. Et idem:peccatũ nõ dimittitur,niſi ablatũ reſtituatur: nec vlla pœnitẽtia proficit,vt patet 14.q.4.ſi res, Si res aliena ꝓpter quã peccatũ eſt reddi poſſit,& non redditur,pœnitentia nõ agitur,ſed ſimulatur.De hoc dicitur Act.8. Pecunia tecũ ſit in perditionẽ. Heu quid tales cogitãt nõ meditãtes dictũ ſaluatoris.Mat. 16. Quid prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patia-

tur? Secundi sunt diuites infernales, qui auarè retinēt, & nō impartiuntur pauperibus. Dicit nāq; Chry. Omnia quæ nobis deus dat, per nos aliis dat, vt de eo quod accepimus, aliis partē præbeamus. Ideo dispensatores sumus diuitiarū, non dñi. Ideo hortatur nos dñs per prophetā, Isa. 58. Frange esurienti panē tuū. Et Lu. 11. Quod superest date eleemosynā. Et Tob. 4. Si multū tibi fuerit, &c. Ratio, quia nihil te sequitur, nisi quod seminas in manus pauperū. Amb. Sola eleemosyna est comes defunctorū. Sed hoc non fecit iste diues euangelicus, sed parcus fuit quò ad pauperē Lazarum, & vorax quò ad seipsum. Ideo æternaliter periit. Itē Greg. Hic diues neminē oppressit, aliena non abstulit, sed sua vt non debuit participauit. Nunc pensa qua pœna mulctādus sit, qui aliena rapit, & propria pauperibus non tribuit, iuxta dictū Ambr. 86. dist. pasce fame: Pasce fame morientē, si nō pauisti, occidisti. Tertij, diuites infernales sunt, qui inutiliter consumūt. De quo 14. q. 4. quid dicā: Malè possidet qui malè vtitur, sicut ille diues Lu. 12. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Et sic iste de quo in euāgelio, *induebatur purpura & bysso*. Chry. Ille nō fuit culpabilis, qa habuit diuitias, sed abusus erat ad voluptatē non necessitatē, quia induebatur purpura exteri' ad vanā gloriā: & dicit Beda: Purpuræ color regū habitus est bysso interius ad delectationē. Ecce diuitiæ fuerūt causa elationis. O quot sunt hodie tales! quod cōqueritur Sapiēs Eccl. 8. Multos perdidit aurū & argētū. Ideo Salomon petiuit, Prou. 30. Mendicitatē & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo necessaria: ne fortè satiat' illiciar ad negandū, & dicā quis est dñs? aut egestate cōpulsus furer, & periurē nomen Dei mei. Talis fuit iste diues, qui Deum negauit in paupere, & se exaltauit in vestimētis: quod prohibetur, Eccl. 11. In vestitu ne glorieris vnquā. Nota, multis modis homines peccant in vestibus. Primò, in sumptuositate, vt iste diues. Greg. Si cultus pretiosarū vestiū culpa non esset, sermo Dei tam vigilanter non exprimeret, q̄ diues qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura fuisset indutus: indignum est vili cineri saccum purpureum indui. Vnde sunt versus,

Aurea nobilitas luteam si vestiat ollam,
Illam sic sequitur non minus esse lutem. Secūdò, in vanitate, s. cùm gloria vana & complacentia quæritur in vestitu. Dicit

Simon

Sim. de Cassia: Toleraretur aliquādo preciositas, si nō adesset pōpa, iactantia & vanitas. Sed heu multoties fit. Dicit enim Greg. Quis nititur pretiosis indui, vbi ab aliis nō posset videri? Sed talis gloria est vanitas & stultitia. Nā homo per peccatum fuit vulneratus & in furto deprehēsus. Ideo quādo Deus homini vestimentū dedit, tanquā vulnerato ligaturā adhibuit, tanquā cæcato velamē apposuit, tanquā furi cauteriū impressit. Tale est igitur de pulchritudine vestis gloriari, sicut fur qui gloriatur de cauterio, cæcus de velamine aureo, vulneratus de ligamine serico. Ideo August. Omne qđ ꝓpter venustatē accipitur, elationis habet culpā. Et subdit. Nec affectetis placere vestib. sed morib. Tertiò, in superfluitate. Hier. Aliena rapere cōuincitur, qui superflua cōprobatur tenere. Et tales sunt diuites. De quib. Iac. 5. Agite nūc diuites, plorate vlulātes in miseriis vestris, &c. Et sequitur: Diuitiæ vestræ putrefactę sunt, &c. Quod conqueritur Ber. dicēs: Clamāt nudi, cōquerūtur famelici, extēditur in perticis, plicatur in manib. in manicis, trahitur in vicis quod subtrahitur in nobis. Ideo Aug. Perticę sunt pauperū corpora, ibi pende vestimēta tua, vbi tineæ nō moliuntur, nec fures furātur. Quartò, in difformitate, s. cùm nimis longū, nimis breue, nimis latū, sic ꝙ nec statū nec ordinem nec sexū cōcernit. Soph. 1. Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. Vestis peregrina est, quę nō est secūdū statū personæ, ciuis non vt rex, nec ciuissa vt ducissa debet incedere, vt iā fit. Dicit enim Apo. 1. Tim. 6. Habētes alimēta & quibus tegamur, his cōtenti simus. Nō dicit, quib. denudemur: vt iā viri ferūt vestimēta denudationis, & mulieres ferūt cōsecutiones, vt scobā pretiosam qua scobāt plateas ciuitatis. Si deus voluisset tibi caudā dedisse sicut vaccis fecisset, vel fecisset tibi caudā magnā sicut nidū ciconiarū. Dico tibi, talis superbia fuit in Hierusalē, Isa. 3. Pro eo ꝙ eleuatę sunt filię Siō, & ambulauerūt extēto collo, & nutib. oculorū ibāt, cōposito gradu incedebāt, decaluabit dñs verticē filiarū Sion, & dominus crinē earū nudabit. In illa die auferet dominus ornamentū calciamentorū & lunulas, i. picturas ad modū lunæ: perichelides, i. ornamēta brachiorū, murænulas, i. ornamēta colli ad modū piscis murænæ: torques, i. ornamēta colli: inaures, i. annulos in aure pendētes, & gēmas in frōte pendentes, mutatoria, palliola & linteamina & specula, &c. Et sequitur: Et erit pro suaui odore fœ-

tor,& pro zona funiculus,& pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali qua tegitur pectus,ciliciū.Pulcherrimi quoq; viri tui gladio cadēt,& fortes tui in prælio.Attamen mulier potest se ornare viro suo.1.Cor.7.Mulier sit solicita,quomodo viro suo placeat,&c.Ideo 1.Pet.3.Mulierū nō extrinsecus capillatura,aut circundatio auri,aut indumenti vestimentorū cultus:sicut faciunt hodie insistētes nouis adinuentionibus.De quibus Greg.Qui inueniūt nouos peccādi in mūdo modos,maiora tormēta sustinebūt in inferno. ¶Itē iste diues nō solum expēdit diuitias in vanitate elationis,sed etiā in gulositate.Ideo subdit. *Epulabatur quotidie splendidè.* Dicit Simō de Cassia:Sicut locus furādi furem nō præcogitantē,sic humanę diuitiæ voracitatē. Et sic ille quotidie splēdidè comedebat. Quotidie splēdidè comedere,est quādo plus expēditur ad pascēdos oculos q̃ ad vētrē. Ideo Luc.21.Attēdite,ne fortè grauētur corda vestra crapula.Eccle.37.Propter crapulā multi obierūt.Galenus: Plures moriuntur crapula q̃ gladio.Aug.Non voluptas in cibo est quęrēda,sed necessitas.Ideo vti deliciis secūdū se nō est peccatū.Aug.Nō cibus nec cibi vsus,sed cōcupiscētia cibi est in culpa.De quo in Can.41.dist.c.Delitiæ:Delitiæ quælibet si absq; desiderio percipiātur,nō officiūt,& viles cibi appetenter accepti impediunt profectū abstinētiæ. ¶Subdit, *Et erat quidā mendicus nomine Lazarus.* Amb.Hîc elicitur quod magis erat narratio,quàm parabola.Greg.Ponitur nomē pauperis & nō diuitis.Nām humiles approbat Deus, superbos ignorat.Dicet enim superbis in die iudicij, Matt.25. Amen dico vobis,nescio vos.*Qui iacebat ad ianuā diuitis,* vt maior appareat parcitas diuitis, & patientia pauperis. Ex ista litera Euāgelica manifestè ostēditur ꝙ diues iste est inexcusabilis,ideo si vellet habere excusationis occasionē nō inueniret.Primò,si diceret, plures fuerūt, quis potest omnib. sufficientiā præbere?nō,sed *quidam*, i.vnus tātùm. Secundò, si diceret, diues erat,nō mendicus,quod enim habēti nō datur, dignū & iustū est.Quia dicit Prospe.1.q.2.Pastor. Quibus sua sufficiūt,nō sine grādi peccato vnde pauper victurus erat,accipiūt.Ille verò fuit pauper.Tertiò,si diceret,nō vidi,nō:quia *iacebat ad ianuā,*& nō in angulo. Quartò,si diceret,Peccator erat,nō:q̄a,*nomine Lazarus*,notus.Quintò si diceret,erat sanus,poterat laborare,nō:q̄a *vlceribus plenus*,nā si ad cōpassionē nō mouisset eū Lazari paupertas,debuisset eū

 mouere

mouere infirmitas. Sextò, si diceret, petebat deliciosa fercula: respōdetur nō, *upi bat saturari de micis quæ cadebāt de mēsa diuitis*. Aug. Pauperū sunt reliquię, nō delitiæ, nō oblectamenta, sed fragmēta: nō est mirū negare pauperi quod multum cōstat, sed mirū est negare panē Deo in paupere. Septimò, si diceret. Familia sibi dedit, nō, quia *nemo illi dabat*, vt impleatur illud Isa. 24. Sicut dominus, sic & seruus eius, &c. Et illud Eccl. 10. Secundū iudicē populi, sic & minister eius. Ecce qualis pœna in paupere. Chrys. Aegrotatio aliquod solatiū habet, si opes habet. Quāta igitur pœna quæ inter vulnera caruit micis? non est sæuior hostis fame. Vegetius de re militari: Nō est sęuior hostis, q̄ qui pugnat intrinsecus. *Sed & canes veniebāt et lingebāt vlcera eius* Ecce Lazarus largior fuit canibus diuitis, q̄ diues pauperi: quia iste nō dedit ei micā de mēsa, iste autē Lazarus exposuit totū corpus canibus. Petr. Rauen. Canes vlcera pauperis curabāt magisterio naturæ, diues pauperē despicit, accusante natura canibus dedit diues aliquādo pinguia, pauperi negauit micā. Ideo cōtra hūc diuitē inuehitur Chrys. O infelix diues, si præcepta Dei nō cōsideras, saltē miserere cōditionis tuæ. Ecce quāta paupertas, esuriit & nō potuit habere micas, quāta infirmitas, q̄a nulla pars integra in corpore, q̄a vlceribus plenus: quāta diuitis copia, & tn̄ nulla consolatio huic pauperi est exhibita, ergo consolatus est à Deo. Matth. 5. Beati qui lugēt, &c. Et lazarus ductus in sinū Abrahę, diues sepultus in inferno. ¶ Secūdò ostēdit quomodo se habuerunt in futuro seculo. Vnde subdit, *Factum est autē vt moreretur mēdicus*. Nō dicit Lazarus, sed mēdicus, q̄a mēdicitas moriebatur in eo, *& portabatur ab angelis in sinū Abrahæ*. Aug. Officiū est angelorū, portare animas ad cōsortiū beatorū. Pet. Rauē. Pauperi angelica deputātur officia, cui crudeliter negata fuerūt humana obseq̄a. Chrys. Nō sufficiebat vnus angelus, sed plures venerūt, vt chorū lętitię facerēt. Ecce q̄ misericorditer deus agit, facit hic tēpus pati, vt mundemur, & ibi lętificemur. Gre. 1 Hom. Erat Lazarus aurū dei, margarita dei, stella Dei. Vt igitur probaretur, positū est aurū Dei in caminū paupertatis, & nō potuit corrūpi: posita est ista margarita in sterquiliniū vlcerosæ infirmitatis, & nō potuit infici: posita est stella in medio tētationis, & nō potuit obscurari: Sed extractū modò aurū de camino positū est in cœlesti thesauro. Leuata est margarita de sterquilinio, & posita in regali or-

naméto:purgata est ista stella ab omni tẽtationis nebula,& in cœlesti patria nobis refulget in exẽplũ,q̃a potuit dicere illud Ps.93.Secundũ multitudinẽ doloiũ meorũ,&c.Nã dicitur Naũ 1.Nõ punit deus bis idipsum, afflixi te, amplius nõ affligã.Aug.Nõ tibi displiceat paupertas tua. Nihil enĩ potest diutius inueniri, vis scire,q̃ locuples sit, qui cœlum emit.Mat.5.Beati pauperes.¶Subdit, *Mortuus est autẽ & diues,* Nõ vnica sed triplici morte,s.naturę,culpę & gehẽnæ. *Et sepultu, est inferno.* Sicut enim faber sepelit ferrũ in igne,sic hic diues positus est in profunditate pœnarũ.Simon de Cassia: Quid sibi diuitiæ,quid epulę prosunt?q̃d purpura?quid cõuiuia?quid ferculorum copia?cùm descẽdit ad inferna,melius fuisset caruisse q̃ ita vixisse. *Sepultus est in inferno.* Chrys. Tanquã parrochianus Diaboli,& hoc secundũ animã:nam secundũ corpus possibile est ipsum honorabile habuisse sepulchrũ.Sed quid profuit?Greg.13.q.2. Animæ defunctorũ, curatio funeris, cõditio sepulturæ,põpa exequiarũ, magis sunt viuorũ solatia,quã subsidia mortuorũ. Quia secũdum Chrys.in c.40.dist.Multi:Nõ locus sanctificat hominẽ,sed homo locũ.Aug.Quos peccata grauia deprimũt, hos sacra loca nõ liberãt:sed cùm grauia dimissa sunt,tũc ꝓdest mortuis,ideo vt amici pro ipsis preces fundãt. ¶Subdit, *Eleuans autẽ oculos suos cũ esset in tormẽtis,* oculos, s.interioris cognitionis.S.Tho.super 4.dist.vlt.Oculos eleuare,est cognoscere. Attẽde,qui hîc fuit supra,ibi erit infra:erit ibi in tormẽtis, qui hîc fuit in delitiis. *Vidit Abrahã à longe & Lazarũ in sinu eius.* Prius prope existentẽ videre noluit.Greg.Oculos quos culpa claudit,pœna aperit. Et magister in 4.dist.vlt. Beati vidẽt semper reprobos ad augmẽtũ lætitię.De quo Psal.57. Lęcabitur iustus,&c.Idẽ 149. Gloria hęc est omnib.sanctis eius.Sed reprobi ante diẽ iudicij bene vident bonos.Sap.5. Vidẽtes turbabũtur timore horribili, dicẽtes:Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum & similitudinẽ improperij, nos insensati vitã illorũ ęstimabamus insaniã.Post diẽ iudicij verò,tũc implebitur illud Isa.26.Tollatur impius ne videat gloriã dei. Et post hãc vitã cognoscemus nõ solũ quos hîc nominamus,sed etiã quos nõ vidimus, vt patet de diuite,q̃ nouit Abrahã & sinũ Abrahę.De quo Mat.8. Multi venient ab Oriẽte & Occidẽte,& recũbent cũ Abrahã, Isaac & Iacob,&c. *Ipse clamãs dixit,Pater Abrahã miserere mei.* Hic clamauit in pœnis, qui prius clamauit in epulis:Dicit *pater Abraham*

bam,vbi insinuatur ꝙ fuit Iudæus,quia vocauit eũ patrẽ,nõ ratione carnalis propagationis, sed ratione imitationis, vt Iudæi.Io.8.Vos ex patre diabolo estis.Si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite.*Miserere mei,& mitte Lazarũ,vt intingat extremũ digiti sui in aquã.* Ecce adhuc volebat *Lazarũ habere in seruum,vt sibi* præstaret obsequiũ, *vt intingat extremũ digiti sui in aquã,vt refrigeret linguã meã.* ¶Iste diues fuit in diuersis tormẽtis,secundũ quod fuit in diuersis peccatis,vt impleretur in eo illud Sap.11.Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Primò,peccauit in diuitiarũ vbertate,ideo punitur cũ maxima paupertate,ita ꝙ nõ vinũ,sed aquã,nõ situlã nec manũ plenã,sed guttã petiit aquę.Sed nec impetrauit.Secũdò peccauit in vestiũ varietate,ideo ibi punitur in pœnarũ diuersitate.Iuxta illud Ap.18.Quãtũ glorificauit se & in delitiis fuit,tãtũ date illi tormẽtũ & luctũ.Et sic ille hic in purpura,ibi in igne.Tertiò,peccauit in ciborũ gulositate:ideò punitur in lingua,i.in aĩa ꝓ peccato linguæ.Greg.quia cõuiuãdo loquacitate peccauerat,ideo atroci⁹ ꝓ peccato linguę ardebat.Et sic adhuc multi q̃ in cõuiuiis detrahũt,pauperes deridẽt,pauperis obliuiscũtur. Et sic ille ideo clamauit,*crucior in hac flãma*,quia crucẽ Christi hic cõtẽpsit portare.Chry.Hic diues minimũ negauit,ideo ad minimũ petẽdũ peruenit & nõ impetrauit.quia *extremũ digiti*,i.opus minimũ meritoriũ,ꝑ aquã intelligitur refrigerãs Dei misericordia.*Et dixit illi Abrahã,Fili recordare quia recepisti bona in vita tua,* hoc dicit ad augmẽtũ pœnę. Boẽ.Maximũ gen⁹ infortunij, est fuisse felicẽ & nõ esse.Dicit Gl.Recordare,quia tu fuisti diues,ipse mẽdicus:tu epulat⁹ es,ipse esuriit:tu habuisti abũdantiã,ille defectũ.tu purpura vestitus, ipse vlcerib⁹ plenus:tu in plumis,ipse in terra iacebat.Ideo subdit, *Et Lazarus similiter mala. Nũc verò hic cõsolatur,tu verò cruciaris.* Ipse cõsolatur ꝓpter patiẽtię meritũ,& ꝓ paupertate accepit regnũ, iuxta illud Mat.5.Beati pauperes spiritu.Possidebit ꝓ tribulatione cõsolationẽ,tu verò cruciaris ꝓpter defectũ misericordię.Gre.Specialiter cruciabatur ĩ gloriã Lazari,quẽ habebat despectũ.Ideo nõ turbemur fratres,si videm⁹ hic malos florere,bonos pati.Hoc fit iusto dei iudicio,q̃ nullũ bonũ irremuneratũ relinquit,vt Gen.25.in Abrahã,qui cũctas possessiones vero filio reliquit,filio ancillæ & filiis cõcubinarũ dedit munera. Nota ꝙ in omnib⁹ quę postulauerit nõ fuit exaudit⁹.Primò ꝓpter magnitudinẽ,q̃a hic bona à deo accep

acceperat & grates nõ egit. Greg Nõ est dignus dãdis, qui nõ agit grates de datis. Ber. Ingratitudo est vẽtus vrẽs, siccãs fontẽ pietatis. Secũdò, propter immisericordiá. Iac. 2. Iudiciũ sine misericordia fiet illi qui nõ facit misericordiam. Et Luc. 6. Eadẽ mensura qua mẽsi fueritis, &c. Prou. 21. Qui obturat aures suas ad clamorẽ pauperũ, clamabit & ipse, & non exaudietur. Tertiò, propter tẽporis præteritionẽ, quia tẽpus misericordiæ trãsierat. 2. Cor. 6. Ecce nũc tẽpus acceptabile. Psal. 101. Tẽpus miserẽdi eius. Ideo Eccl. 4. Fili obserua tẽpus. Stultè agit qui quærit rosas in hyeme. Nã & sapiẽs mercator emit antequã moneta vilescit. Apoc. 10. Iurauit angelus per viuentẽ in secula seculorum, quia post hoc tẽpus nõ erit tẽpus. Ideo subdit, relinquẽs eũ inexauditum: dicẽs: Inter nos & vos chaos magnũ firmatum est. Magister in 4. d. vl. Chaos inter bonos & malos est. Hinc iustitia, inde iniquitas, quę nullatenus sociari valẽt. Adeo sancti Dei iustitia sunt firmati, vt nulla cõpassione ad reprobos trãsire valeãt, nulla pro eis inter fratres fiat intercessio. ideo subdit: *Vt hi qui volunt hinc trãsire ad vos*, s. volũtate naturali, *nõ possint*, voluntate deliberata. *Neque inde huc trãsmeare*. Greg. Sicut reprobi à pœnis ad gloriã sanctorũ trãsire volunt & nõ possunt, ita iusti in naturæ bonitate misericordiam habent & mẽte per misericordiã volunt ad positos in tormentis ire vt eos liberẽt: sed nõ possunt, quia ita sunt vniti iustitiæ Dei, vt nulla moueãtur cõpassione ad dãnatos. Sed di. Tamẽ legitur de Trajano ipsum redemptũ fuisse de inferno per preces Gregorij, & homines dãnatos apparuisse. Ergo possunt exire. Resp. Aliquem esse in inferno intelligitur dupliciter. Vno modo per sentẽtiã diffinitiuã vel vltimatè sine reditu: & sic nullus potest exire. Alio modo deputatus ad tẽpus cũ reditu, & tũc possunt exire, quia secundum legẽ cõmunem omnes mali exhibunt in iudicio. sed ante vel post secundũ cõmunem legem nulla erit redẽptio. Tamen de gratia speciali potest Deus benefacere alicui, sicut dicit Aug. lib. 11. super Genesim, tractãs illud, Act. 3. Solutis dolorib. inferni.

¶ *Dominica secunda post Trinitatem.*

Quàm variis modis inuitet nos Christus ad cœnam illam verè multis de causis magnam, id est, supremam felicitatem. Quantáque ingratitudine multi venire dedignentur atq; recusent. ENARRATIO I.

HOmo quidã *fecit cœnã magnam & vocauit multos*. Luc. 14. ¶ In summa Euãgelij tria innuũtur. Primò, magnifici cõui-

uij pręparatio,ibi: *Homo quidam*. Secūdo,inuitatorum iniqua excusatio,ibi: *Et ceperūt omnes simul excusare*. Tertiò,excusantiū digna reprobatio,ibi: *Nemo virorū*. De primo dicit, *In illo tēpore*, scilicet,cùm Christus inuitatus fuit à principe Pharisęorū, vbi sanās hydropicū,docuit Pharisæum,Cùm facis conuiuium voca pauperes,illi non habēt tibi retribuere,sed retribuetur tibi in regno cęlorum.Tunc dixit vnus,Beatus qui manducabit panē in regno Dei. *Tunc dixit parabolam istā: Homo quidam*. Cyrillus,i.Deus pater,qui dicitur homo,propter benignitatē,vel etiā potest intelligi filius,propter susceptam humanitatem,de qua loquitur Richard.Cùm audio Deum hominē factū,quasi de graui somno ad spem salutis euigilo,quasi confortatus vires resumo, quasi reuocatus ad me redeo, quasi viuificato calore calesco, & gratias Deo meo ago.Et meritò:Quia secundū Aug.Qui me in principio per maiestatem creauit,in humanitate carnis venit & saluauit. Descēdit Deus vt homo ascēderet, fecit se hominibus participē vt hominē faceret Deo consortē:factus est Deus homo, vt homo fieret Deus,non natura sed gratia. Et dicitur *Homo quidā* discretiuè,propter singularē conceptū & natiuitatē,quia ipse solus est homo cōceptus de spiritusanctu,natus ex Maria virgine.Secūdò,dicitur quidā propter singularē immunitatem,quia sine peccato originali & actuali.1. Pet.2.peccatū nō fecit.Ps.13.& 52.Omnes declinauerūt vsque ad vnū. Tertiò,dicitur quidā,propter singularē dignitatē ratione vnionis diuinitatis cū humanitate. Io.1.Verbū caro factū est.Atha.Perfectus Deus,perfectus homo.¶ Vnde duplicē cœnā fecit Christus : videlicet cœnam gratiæ & gloriæ.Primò,cœnam spiritualis gratiæ,Apoc.3.Ego sto ad ostiū & pulso , si quis audierit vocē meā & aperuerit mihi ianuā,intrabo ad illū & cœnabo cū illo,i.gratię meæ participē faciā.Quia dicitur Io.1.Gratia & veritas per Iesum Christū facta est.Et dicitur cœna,quia in vltima ætate mūdi parata ante legem, non in lege,1.Cor.10. Nos sumus in quos fines seculorū deuenerunt.Et dicitur cœna magna,propter dignitatē & preciositatē cibi.De quo Ioā.6.Caro mea verè est cibus. Etiā dicitur cœna magna ratione charitatis magnæ.De qua Ps.68.Zelus domus tuæ comedit me, & Io.15. Maiorē hac lectionē nemo habet.Bern.Puto,quod omnes angeli suis intelligentiis non possunt capere vehementiam charitatis. Ad hāc cœnā gratiæ itur per viā charitatis.Aug.

Char

Charitas est via Dei ad homines,& hominũ ad Deũ. Secũda est cœna gloriæ,de qua Apoc.19. Beati qui ad cœnã nuptiarũ agni vocati sunt.Et dicitur cœna propter cœnæ proprietatem. Primò,quia sicut post laborẽ cœna recipitur,sic beatitudo gloriæ. Psal.103. Exibit homo ad opus suũ & ad operationẽ suã vsq; ad vesperũ:tunc dabitur cœna & merces.Matt.20.Cùm sero factũ esset,&c.voca operarios, &c. Isa.53.Pro eo ꝙ laborauerit anima eius,videbit& saturabitur.Secundò,dicitur cœna ideo quia post cœnã non reditur ad laborẽ,sed requiẽ,& sic erit in gloria .Apoc.14. Amodo dicit spiritus,vt requiescãt à laborib⁹ suis.& Isa.58.Requiẽ tibi dabit dominus Deus tuus semper.Tertiò,quia ad cœnã solũ inuitãtur boni amici & singulares,& nõ alieni· vt figuratur,Gene.42.Ioseph cœnauit cum fratribus,exclusis Aegytiis, & sic Christus cũ electis , exclusis peccatoribus, Ioel 3.Erit Hierusalẽ sancta,& alieni nõ trãsibunt per eam amplius.Mat.7.Nõ omnis qui dicit mihi,Dñe,&c.Et tales sunt amici Dei.Mar.12. Quicunq; fecerit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater , soror, & mater est. ¶ Itẽ dicitur cœna magna.Primò,propter cõuiuarũ pluralitatẽ.Matt.8.Multi veniẽt ab oriẽte & occidẽte,&c.Reuera multi.Apoc.7.Vidi turbã magnã,quã dinumerare nemo poterat.Secũdò,dicitur magna propter ministrantiũ nobilitatẽ:quia angelorũ,vt figuratur Hest. 1.Rex præposuerat singulis mẽsis ministros ex suis principib.i.angelis Heb.2. Omnes sunt administratorij spiritus.Tertiò,propter ferculorũ dignitatẽ.Primũ ferculum est clara visio diuinitatis.1. Io.3. Videbimus eũ sicuti est.Est enim generale prouerbiũ, Melius ferculum boni hospitis est iucunda facies eius.Sic Deus pater pro primo ferculo exhibet iucũdissimã faciẽ,in quo erit salus nostra. Psal.79.Ostende nobis faciẽ tuam & salui erimus.Hoc ferculo cibãtur nũc angeli in cœlo.Mat. 18.Angeli eorũ semper vident faciẽ patris,&c. Augu.Visio Dei est tota merces : & sic nunc sancti in cœlo reficiuntur. Vnde Aug.Sicut sancti nunc vidẽt Deum:sic nos visuri sumus eũ.Hoc erit tãti saporis ꝙ dicit Psal.83.Melior est dies vna in atriis tuis super millia.Aug.Tãta est iucũditas vitæ æternæ in clara Dei visione, & sic etiã nõ liceret in ea amplius manere,quàm Dei mora,propter hoc innumerabiles anni delitiarũ huius vitæ contemnerẽtur. Quia secundum Ber.Illud solũ est verũ gaudium, ꝙ non de creatura,sed de creatore

creatore cõcipitur.In cõparatione illius oĩs iucũditas mœror,oĩs suauitas dolor,omnis dulcedo acerbitas,omnis decor horribilitas.Secundũ ferculum erit visio humanitatis. Io.16.Videbitis me,& gaudebit cor vestrũ. Videbim⁹ enim illã humanitatẽ,per quã dignificati sumus in natura,cõsolati & redempti in gratia.Videbimus eius claritatẽ, de qua lætificatus est Petrus.Matt.17.Bonũ est nos hîc esse.Tertiũ ferculum,visio vnionis humanitatis & diuinitatis.Ber.Plenum erit omni dulcedine videre hominẽ & hominis cõditorẽ.Figuratur Num.13.Fructus terrę promissionis erãt triplices,ficus,vuę,malagranata.De quibus fructibus Ps.102. Replebitur in bonis desideriũ tuum,vt impleatur illud,Io. 10.Ingrediẽtur & egrediẽtur & pascua inueniẽt.Ingredientur in diuinitatẽ, & egredientur in humanitatẽ.¶ Quartò. dicitur cœna magna,propter copiositatẽ ferculorũ.De quibus Ber.Fercula cœlestis conuiuij sunt tam magna,ꝙ non possunt mensurari:tam longa,ꝙ nõ possunt terminari, tam multa, quòd nõ possunt numerari:tam pretiosa, quòd non possunt æstimari.Ideo Aug.Fide nõ attingitur,spe non capitur,charitate non cõprehenditur,desiderio trãsgreditur, acquiri potest,æstimari nõ potest.1.Cor.2.Quod oculus nõ vidit,&c.Ibi gaudebũt supra se de Dei visione, infra de inferni euasione : intra se de corporis & animæ glorificatione,circa se de hominũ & angelorũ associatione:vt impleatur illud, Tob.10. Omnia simul in te vno habẽtes. Et Aug. O quãta est illa felicitas! vbi nullũ latebit bonũ,nullũ aderit malũ.Quintò,dicitur cœna magna, propter perfectã satietatẽ. De quo Psal.16.Satiabor, cũ apparuerit gloria tua. Ibi satiabitur intellectus.Ber.Ibi magistrũ semel vidisse omnia didicisse est.Ibi implebitur illud,Iere.31.Non docebit vltra vir proximũ & vir fratrẽ suum,dicẽs:Cognosce dñm. Omnes eñ cognoscẽt me à minimo vsq; ad maximũ.Aug. Ibi esse nostrũ nõ habebit defectionẽ, nosse nostrũ nõ habebit errorẽ:ibi erit sufficiẽtia sine omni indigentia. Ideo Boë.Beatitudo est status omniũ bonorũ aggregatione perfectus,quia dicit Magi.in 4.d.49.Beatus est qui habet omnia quæ vult, & nihil mali vult. Nam quicquid amabitur aderit,nec desiderabitur quod nõ erit:& sic erit perfecta satietas.Sextò dicitur cœna magna,propter durationis æternitatẽ.Psal.15.Delectiones in dextera tua vsque in finẽ,i.in æternum.Isa.65.Gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum.

ternum.

ternum.Aug.O homo exardesce in amore & desiderio vitæ æternæ! ibi actio nō operosa,requies sine desidia,laus sine fastidio,sine defectu vita:ibi nulla deficiētia,sed omnis superfluētia.Figuratur per cōuiuiū Assueri,quod durauit per septē dies,quibus omnia numerātur secundū æternitatem. Sap.5.Iusti autē in perpetuū viuent.¶ Ad hoc conuiuiū vocauit multos.Mat.11.Venite ad me oēs. Gre.Multos vocauit,sed pauci venerunt,quia malè viuēdo contradicunt. O q̄ multis modis nos vocauit!Primò,voce diuina,vox enim diuina est inspiratio interna.Aug.Vocatio est occulta inspiratio.Iob 4.Porrò ad me dictū est verbū absconditū.Gre.in Moral.Verbū absconditū est diuinū inspiraculum.Psal.84. Audiā quid loquatur in me dominus:sed aliqui nolunt audire,quod cōqueritur Iob 19.Seruum meum vocaui, & nō respōdit,ore proprio deprecabar illū. Greg.12.Moral.Vox domini auditur,dum inspiratio mente cōcipitur.Secundò, vocauit per literas,i.per prædicatores,vbi proponūtur Dei verba,quasi quædā literæ,de quo in textu, *Misit seruum suum*, id est,ordinē prędicatorū.De quo Io.20.Sicut misit me pater,& ego mitto vos,s.in mundū,ad prædicādum. Matt.10. Qui vos odit,me odit.Luc.11.Beati qui audiunt verbū Dei. Tertiò,vocauit nutu manus,i.beneficiorum largitione.De quo Iob 13.Vocabis me,& ego respōdebo tibi,operi manuū tuarū porriges dexterā, i. prosperitatē.Sed huic vocationi contradicunt multi abutendo non in ordine ad Deum , se in se diligendo.Aug.Verè diligunt tua non propter te, sed propter se.Quartò,per nuntiū,id est,per tribulationem. De quo in textu, *Compelle intrare.*Grego.Mala quæ nos hîc premunt,ad Deum ire cōpellunt,sic discipuli compellebantur ad suscitandū dominū,cùm nauicula fluctibus operiretur, & sic nos in tribulationibus.Ps.114.Tribulationē & dolorem inueni, &c. & Psal.90. Cum ipso sum in tribulatione. Et non solùm cōpellit,sed etiam trahit.Oseę 11.In funiculis Adam trahā eos,id est,in pœnalitatibus. Aug.Felix necessitas , quæ ad meliora cōpellit. Sed heu huic vocationi contradicunt aliqui murmurando,dic.O domine quid permittis super me?non faciūt vt Iob,2.c. Si bona suscepimus de manu domini,mala autē quare non sustineamus? Dicamus igitur cum B.Aug. Hîc seca,hîc vre:in æternū parcas. Mat.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. In hac vocatione promittit seipsum æternaliter fruendum.

Gen

Gen.15.Ego ero merces tua magna nimis.Gre.Quis enarrare sufficit quāta erūt supernæ ciuitatis gaudia, angelorum choris interesse,dei videre vultū,nullo metu mortis affici, incorruptionis perpetuo munere lætari?Et de tali quadruplici vocatione habetur Prou.1. Vocaui vos & renuistis,s. per prædicationē:extēdi manū meā,per bonorū largitionē, & nō fuit qui aspiceret,sed qui reciperet, vt porcus nō leuās rostrū ad arborē quercus ad gratiarū actionē,& sic nec vos voluistis referre gratiarū actionem. Despexistis omne cōsiliū meū,i. inspirationē & increpationes meas:i.tribulatiōes neglexistis.Ego quoq; in interitu vestro ridebo,cùm vos sine pœnitētia recipiā hora cœnæ.i.in fine seculi.¶ Subdit, *dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia.* Reuera Deus pater in Christo parauit omnia necessaria ad vitā æternā,quia peccatorū remissionē,gratiæ collationē,sacramētorū efficaciā.remouit patris offensam, mundauit per suū sanguinē nostram conscientiam,aperuit suo sanguine cœli ianuā.Heb.10.Fiduciā habem⁹ in introitu sanctorū,in sanguineChristi.Paratus est locus.Io.14.Vado parare vobis locū.& paratus est cibus.Ps.67.Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.Nā meritis Christi parata sunt nobis omnia bona ad æternā vitā requisita.Solùm superest, ꝙ peccatores lauent manus & faciē:i. conscientiā & opera.Ps.17.Secūdū puritatē manuū mearū retribuet mihi:quia di.Aug. Qui te creauit sine te,nō saluabit te sine te, quia oportet nos cooperari ad tantā beatitudinē consequendā. Sed heu cōqueritur Gre.Peccatores seducti amore tēporaliū,obliuiscūtur æternorū.Dixi,secundò subiungitur inuitatorū iniqua excusatio,ibi:*Et cœperunt simul omnes excusare.* O lamentabile factū!deus homo factus in humanitate passus , vult diuidere hæreditatē suā nobis,& nos spernimus & excusamus.Gre. Pius Dn̄s offert quod rogari debuit:nam cùm potens diues aliquē pauperē ad mensam vocat,occurrere festinat,& nos ad Dei inuitamur conuiuiū,& nos excusamus. Gre. Ille se excusat,qui plus diligit terrena quā cœlestia.Nā tantò disiungimur à supernis,quātò inhæremus terrenis.Aliqui terrenæ gloriæ,aliqui terrenis bonis , aliqui terrenis delectationibus inhærent.Primò,aliqui terrenæ gloriæ, de quo in textu,*Primus dixit.Villam emi.*Aug.In emptione villæ intelligitur superba dominatio.Eccle.10.Initiū omnis peccati est superbia.Hāc villā superbię emit Lucifer.Isa.14.In cœlum

conſcendā,& ſimilis ero altiſſimo:ſed in infernū eſt demerſus.Itē Lu. 10. Videbā Satanā ſicut fulgur de cœlo cadētē. Hanc villā emit Nabuchodonoſor,cùm ambulauit in aula Babylonis,& dixit,Nónne hæc eſt Babylon ciuitas illa magna,quā ego ædificaui in domū regni in robore fortitudinis meæ,& in gloria decoris mei? Cúmq; ſermo adhuc in ore regis,vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex:Regnū tuū trāſibit à te,& ab hominib' eiicient te, & cū beſtiis & feris erit habitatio tua.Fœnū quaſi bos comedes, & ſeptē tēpora mutabūtur ſuper te,donec ſcias ꝙ dominetur excelſus in regno hominū:& cuicūq; voluerit,det illud. Et factū eſt.Quia dicit Pſ.30.Retribuet abundanter facientibus ſuperbiā.Hāc villā dominationis emit Balthaſar rex, Dan.5.cùm fecit conuiuiū grande optimatibus ſuis. Præcepitque iā temulētus rex,vt afferrētur vaſa aurea & argētea quę aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de tēplo,qđ fuit in Hieruſalē,vt biberēt in eis rex & optimates eius,vxotéſq; eius & cōcubinæ. Bibebāt vinū & laudabāt deos ſuos aureos & argēteos & ferreos & æreos,ligneóſq; & lapideos. In eadē hora apparuerūt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrū in ſuperficie parietis aulæ regiæ, Mane,thetel,phares.Et rex aſpiciebat articulos man' ſcribētis.Tūc facies regis cōmutata eſt.Et genua eius ad ſe inuicē collidebātur.Exclamauit igitur rex fortiter,vt introducerētur ſapiētes Babylonis.Sed nō potuerūt ſcripturā legere,& promiſit quicūq; interpretaretur,veſtiēdus eſſet purpura,& torquē aureā geſtaturus in collo, & terti' in regno futurus. Et ingreſſi ſapiētes Babylonis nō potuerūt ſcripturā legere nec interpretari. Rex cōtriſtatus eſt,regina audiens ingreſſa eſt,& ait,Rex in æternū viue. Nō te cōturbēt cogitationes tuę.Eſt in regno tuo vir, ꝗ habet ſpiritū deorum in ſe,nomine Daniel.Vocetur itaq;,& narrabit interpretationē.Et introductus eſt & ꝓmiſit ei donaria.Reſpōdit,Munera tua ſint tibi.Scripturā legā,& dixit,Tu Balthaſar fili' Nabuchodonoſor nō humiliaſti cor tuū,cùm ſcires omnia quæ acciderūt patri tuo, & aduerſum dominatorē cœli eleuatus es.Idcirco ſcriptura hæc digeſta eſt, Mane, i.numerauit regnū tuū,thetel,i.appenſum eſt in ſtatera,phares,i.diuiſum eſt & datū eſt Mœdis & Perſis. Et eadē nocte interfect' eſt rex.Ideo Iac.4.De' ſuperbis reſiſtit.Hāc villā emit regina Vaſthi. Heſter 1. Et repudiata eſt ab Aſſuero, quia

ſpreuit eũ in cõuiuio. O quã multa mala facit ſuperbia! Primò, impedit ſalutẽ. Gre. Qui diligũt vanã gloriã, amittunt æternã. Secũdò, facit cõſuetudinis prauæ neceſſitatẽ. Aug. Dum cõſuetudini prauæ nõ reſiſtitur, fit neceſſitas. Ideo dixit in textu, *neceſſe*. Tertiò, facit mentis euagationẽ, ibi: *Exire*, quia homo à ſeipſo exit à propria cognitione, putãs ſe talẽ eſſe qualis nõ eſt. Quartò, facit ſolicitudinẽ, ibi: *Et videre*, i. ſtudiũ applicare, vt nominetur & regnet, & aliis placeat. Ideo Aug. 9. De ciui. Dei, Dominatio ſine qua populus regi nõ poteſt, eſt meritoria ſi adminiſtretur vt decet: & ſi inde cẽter appetitur, eſt præſumptio: & ſi mẽs in ea volũtariè eleuatur, eſt ſuperbia quæ generat contẽptum ſpiritualis cõuiuij: de quo ſubdit, *Rogo te habe me excuſatũ*. Gre. Humilitas ſonat in voce, ſuperbia in actione. Superbi dicũt ſibi diſplicere, attamẽ procurãt pro poſſe habere, excuſantur ſicut diabolus, 2. Pet. 2. Si Deus peccãtibus angelis nõ pepercit, &c. Greg. Euidentiſſimũ ſignũ reproborũ eſt ſuperbia, quare omnes iſti excludũtur à ſuperna cœna. Caſſiod. ſuper Pſ. Superbia ex angelo fecit diabolũ, homini dãnationẽ intulit. ¶ *Alter dixit: Iuga boum emi quinque*, i. quinq; ſenſus dedi auaritiæ. Nã ſicut duo boues in vno iugo cõbinantur: ſic inſtrumenta duo ad quẽlibet ſenſum cõiuguntur, ad guſtandum lingua, palatum, duo oculi, duæ aures. Et ſicut boues terrã verſant, ſic auari in terrenis laborãt vt diuites fiãt. Et ſicut iugũ premit ceruicẽ, ita ſenſus in auaris rationẽ. Bern. Qui iuga iumentorum emunt, cũ beſtiis æternaliter erunt, tales cœnabũt cũ ſerpẽte, vt ſunt auari, nã cibus ſerpentis eſt terra. Ge. 2. Terrã comedes cũctis dieb' vitę tuę. vt impleatur illud Oſeæ 4. Separatũ eſt cõuiuiũ eorũ. Tales inuitantur & nõ veniũt. Et ſic fuit inuitatus Iudas & nõ venit: q̃a exiuit ad vendendũ Chriſtũ. Eccle. 10. Nihil iniquius q̃ amare pecuniã, hic enim & animã ſuã venalẽ habet. Ideo Luc. 12. Videte & cauete ab omni auaritia. Matt. 16. Quã cõmutationẽ dabit homo pro anima ſua? q. d. nullã. Gre. Quid poſſunt ſperare in cœlis, qui maiorẽ amorẽ & timorẽ ponunt in terris? Pſ. 61. Diuitiæ ſi affluãt, nolite cor apponere. Ratio, Eccl. 8. Multos perdidit aurum & argentum. Ideo Pſal. 100. Superbo oculo & inſatiabili corde cum hoc non edebã, Mat. 19. Facilius eſt camelum intrare per foramẽ acus, &c. ¶ Tertius dixit, *Vxorem duxi*. Per illum intelliguntur voluptuoſi in carnalibus. Aug. Voluptas carnis eſt maximum

impedimentũ salutis. Et quãuis coniugiũ sit bonũ ad propagationẽ sobolis prouidentia diuina institutũ, nõnulli tamen nõ fœcunditatẽ prolis, sed desideria expetũt voluptatis. De talibus Tob. 6. Qui ita coniugia suscipiunt, vt deũ à se & à sua mẽte excludãt, super illos dæmoniũ habet potestatẽ. Quid tunc super fornicatores & adulteros? De talibus 1. Cor. 6. Regnũ cœlorũ possidere non possunt Ideo exclamat Aug. O ꝙ parua est hora cõcubitus, pro qua perditur vita æterna! Ergo ille nõ petiuit excusationẽ sed dixit: *Non possum venire*, quia infatuat hominẽ. Gre. Luxuria hebetat sensum, cõfundit intellectũ, obscurat memoriã. Ose. 4. Fornicatio & vinũ & ebrietas auferũt cor. 1. Cor. 7. Fugite fornicationẽ. Chrys. Per vsum libidinis efficitur homo animalibus similis. Hæc sunt illa tria, de quibus 1. Io. 2. Omne quod est in mundo aut est cõcupiscentia carnis, aut cõcupiscentia oculorũ, aut superbiæ vitæ. De quo Isid. de sum. bo. li. 2. c. 3. Luxuriosis, superbis & auaris, dęmones plus fautores existũt. De talibus dicit textus: *Nemo virorũ illorũ gustabit cœnam meam*, qui vocati sunt & se excusauerũt. Ideo Grego. Nemo cõtẽnat, nec vocatus se excuset, ne dum voluerit intrare nõ valeat. Ex dictis patet quã miseri sunt illi homines q. tẽporales delitias corporis & gaudia mundi & honores seculi præeligũt gaudiis æternis. Vnde Greg. Nemo potest hîc gaudere cũ seculo, & illic regnare cũ Christo. Hoc non animaduertunt seculi amatores, adulteri & fornicatores. Ber. Qui carnalibus delitiis occupatur, æternis dignus non habetur, cùm illa carnalia transitoria sint & breuia. Greg. Momentaneũ est, &c. Sed diceres: Quare Deus posuit dulcedinẽ in creaturis. Respõdet Ber. vt nos incitaret ad dulcedinem creatoris. Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur, &c. Rogemus igitur.

❡ *Dominica tertia post Trinitatem.*

Quamobrem ac qualiter appropinquandum sit Deo. Et quæ sit malitia Pharisæorum ac quorumlibet qui hoc vel obstrependo impediunt, vel clanculum murmurando ringuntur, vnde bonis omnibus non solùm angelis tantum promanat gaudij.

ENARRATIO I.

D*Ico vobis, gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente*. Lu. 15. ❡ In summa Euangelij duo innuũtur. primò, peccatorum conuersio gratiosa, ibi: *Erant appropinquantes*. Secundò, Pharisæorum murmuratio inuidiosa, ibi: *Hic pecca*

peccatores recipit. De primo dicit, *In illo tempore*, s. cùm dixit, Nisi quis renũtiauerit omnibus, quæ possidet, &c. Tũc ostẽdit, ꝙ homo per renuntiationẽ peccati efficitur discipulus Iesu, dicẽs, *Erant appropinquãtes Publicani & Pharisæi ad Iesum.* Audiuistis charissimi, dominica pręcedẽti, ꝙ nemo illorum virorum, qui excusabãt se, veniet, s. ad cœnã æternę dulcedinis: & fuerũt tria genera hominũ, s. auari, superbi & luxuriosi. Si aliquis nostrûm fuit talis, reuertatur ad Deũ per pœnitentiam. Quia ipse dixit Mat. 9. Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitẽtiã: sicut fecerũt illi, de quibus textus. *Erãt appropinquãtes ad Iesum publicani, & peccatores*, s. corporaliter, nos autẽ mentaliter. Aug. ad Deũ appropinquamus nõ pedibus corporis, sed affectionibus mentis, & similitudine virtutũ: sic nec à Deo recedimus pedibus corporis, sed affectione & imitatione vitiorũ. Sicut ergo fit recessus à Deo, sic & accessus: quia dicit Philos. Eadẽ sunt principia resolutionis & compositionis, i. recedendi & accedendi ad Deum. ¶ Vnde recessus à Deo fit per multa media, sic & accessus. Primò, receditur à Deo per mediũ suggestionis diaboli, sic & accessus per spiritussancti inspirationem: Iob 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, nam sine inspiratione Dei ad Deum appropinquare nequimus. Io. 15. Sine me nihil, &c. Et 2. Corin. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid, &c. Ideo debemus esse prõpti ad suscipiendũ inspirationẽ diuinã 1. Thes. 5. Spiritũ nolite extinguere, i. inspirationẽ spiritus s. Nã per boni inspirationẽ reprimimus diaboli suggestionẽ. 1. Pet. 5. Vigilate fratres, quia aduersarius vester, &c. deuoret, s. per suã malitiã vel malam suggestionem. Et figuratur 2. Reg. 17. Architofel dedit consiliũ cõtra Dauid. Et sic diabolus contra animæ salutẽ & Deum. Nam cùm Diabolus videt hominẽ vagari mente cogitando quæ ad se nõ pertinẽt, tũc suggerit mala & inutilia, vt figuratur Gen. 34. de Dina egrediente vt videret mulieres regionis, quæ rapta est & oppressa vi. Greg. Dina egreditur, cùm mẽs in sua custodia negligitur. Dicit nanq; Amb. Cãcer videns ꝙ concha se aperit, suscipiens rorẽ, accipit lapillũ & ponit in conchæ aperturã: sic diabolus cùm inuenit cor apertũ malis cogitationibus & occupationibus. Ideo Iacob. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis: appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Secũdũ mediũ per qđ fit recessus à Deo, est dilectatio mali. Et fit cùm homo moratur in mala cogi-

tatione & occupatione & delectatur & volutatur sicut sus in cœno. De quo Ber. Prauę cogitationes cùm in anima lu dunt, illudunt: ideo Ier. 4. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Nã sicut ignis egreditur & succẽditur, & nõ est qui extinguat: sic qui moratur in suggestione & delectatur. Greg. Nõ reprehendit cur veniũt, sed cur morantur. Dicit enim Isid. Non est nostri arbitrij cogitationis prauæ suggestionẽ præuenire, iacere autẽ in mẽte nostræ voluntatis est: & sic fit recessus per delectationẽ, Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant à Deo, s. cũ delectatione: quia nihil coinquinãtũ intrabit, eò ꝙ solùm mũdi corde deũ videbũt. Sic accessus ad Deũ debet fieri per delectationẽ inspiratio nis bonæ. Psal. 36. Delectare in dñõ, & dabit tibi petitiones cordis tui. Tertiò, per consensum fit recessus à Deo. Aug. Peccatũ imputatur, si factũ nõ sequatur, quia rea cẽsetur & solo cõsensu cõsciẽtia: qui enim cõsentit, sentit: q cõsentit ad culpã, sentit ad pœnã. Ber. Dæmonũ est suggestiones ingerere, nostrùm nõ cõsentire. Et sicut per cõsensum fit recessus, sic ecõuerso accessus ad Deũ fit per cõsensum in bono. De quo Aug. Tũc cõsentimus, dũ approbam⁹, & volumus: & qui habet voluntatẽ bonã, habet id ad quod bene viuendũ opus est. quia dicitur, Lu. 2. In terra pax hominib⁹ bonæ voluntatis. Gre. Nõ vacat mẽs à munere, si arca cordis est plena bona volũtate. Quartò, per malũ opus fit recessus à deo, Mat. 7. Discedite à me, q operamini iniquitatem. Et Atha. Qui mala egerũt, ibũt in ignẽ ęternũ. Et sic per bonã operationẽ fit accessus ad Deũ. Mat. 7. Qui facit volũtatẽ patris mei qui in cœlis est, intrabit in regnũ cœlorũ. Col. 1. In omni opere bono fructificãtes, qa dicit Gre. Probatio dilectionis est exhibitio operis, & Heb. 4. Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius. Vnde accedere debem⁹ & appropinquare. Primò, sicut imperfecti ad perfectionẽ. Dicit enim philos. Omne imperfectũ appetit ꝑfici: sic puer ignorans appetit scire, & sic peccatũ generat in nobis imperfectionẽ, licet nõ tollit naturã, tamẽ tollit gratiã quæ perficit naturã: ideo sublata gratia remanet anima imperfecta. Et hanc imperfectionẽ oẽs incurrimus. Ro. 3. Omnes peccauerunt, &c. Et Iob 15. Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Et Greg. Cuius enim cor in hac corruptibili carne in sinistra cogitatiõe nõ labitur, sed deo inest summa ꝑfectio, vt dicit S. Tho. p. 1. q. 4. art. 1.

In Deo

In Deo sunt perfectiones omniũ rerum. Aug. Omnis copia quę nõ est deus meus, est mihi penuria. ¶ Ideo appropinquare debemus primò sicut pauperes ad eleemosynarum receptionẽ. & sic peccatũ depauperat hominẽ, q̃a priuat hominẽ omnib. bonis. Aug. Qui Deũ nõ habet, nihil habet, pręcisè sicut vbi radix arescit, ibi rami & fructus: & vbi abscinditur caput, pes & manus manet immobilis: ita homo omne bonũ habet à deo. 1. Cor. 4. Quid habes quod nõ accepisti. Iac. 1. Omne datũ optimũ, &c. Sed quãdo cultello trãsgressionis & peccati ab eo diuiditur, tũc priuatur omnib. bonis & fit mẽdicus. Apoc. 3. Dicis q̃a diues sum & nullius egeo: & nescis, q̃a tu es miser & miserabilis & pauper & cęcus & nudus. Prou. 13. Est quasi pauper cùm in multis diuitiis sit: sed cùm peccator appropinquat deo, tũc dicatur: Adiuuit pauperẽ de inopia. Rom. 10. Nã idẽ dñs omniũ, diues in omnes qui inuocãt illũ, q̃a promittit regnũ. Mat. 3. & 4. Pœnitẽtiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorũ. Secũdò, appropinquare debẽt peccatores ad Deũ, sicut cæci ad illuminatorẽ. Psal. 33. Accedite ad eũ & illuminamini, & facies vestrę nõ cõfundentur. Nã peccator sine gratia Dei est sicut oculus sine visu. Soph. 1. Ambulauerũt vt cæci, quia dño peccauerũt. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorũ, nõ considerantes Dei iudiciũ & iustitiã, nec propriũ defectũ. De quibus Aug. Væ cæcis oculis qui te æternũ lumen nõ vidẽt, de tenebris vadũt ad tenebras, nesciũt vbi corruũt, vbi se æstimãt stare, ibi cadũt. Et talis fuit Aug. ante conuersionẽ vt testatur in Solilo. Væ væ præteritæ ignorãtiæ & cæcitati, in qua nõ cognoscebam te dñe. Sed cùm appropinquãt Deo, tũc illuminãtur. Et sic Aug. in Solilo. Conuersus sum & vidi tenebras meas in quibus erã radicatus, & tu fugasti cæcitatẽ meam. Nã sicut aer sine luce tenebrosus efficitur, sic peccator sine Deo & eius gratia. Prou. 4. Via impiorũ tenebrosa, nesciũt vbi corruãt, & Deus lux est. 1. Io. 1. Et tenebræ nõ sunt in eo vllę. Appropinquemus igitur vt illuminemur. Tertiò, appropinquare debẽt peccatores ad Deũ sicut tristes ad cõsolatorẽ, quia peccatũ contristat hominẽ, prout dicit Aug. in lib. cõfess. Omnis inordinatus animus est sibiipsi pœna. De quo Isid. in sermo. Nulla grauior pœna praua cõsciẽtia. Ideo accedamus, ipse est cõsolator mœrẽtiũ Isa. 61. Spiritus dñi super me. Et subdit, vt cõsolarer oẽs lugẽtes. Ideo dicit Matt. 11. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, &c. Isa.

vlt. Quomodo si cui mater blandiatur: ita ego consolabor vos. Quartò appropinquare debẽt peccatores ad Deũ, sicut vinculati ad liberatorẽ. Et sic peccatũ est vinculũ. Sap. 17. Vna eñ catena tenebrarũ oẽs erãt colligati. Prou. 5. Iniquitates suę capiũt impiũ, & funib. peccatorũ suorũ quisq; cõstringitur. Sed ipse est qui liberat. Io. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Idcirco accedamus. Ipse enim dixit, Ose. 13. Perditio tua ex te Israel, tãtũmodo ĩ me auxiliũ tuũ. Nã sicut pisçis per se intrat hamũ, per se nõ potest exire: sic homo per se incidit in peccati vinculũ, sed nõ à se eruitur. Perpẽde fatuitatẽ illorum qui dicũt: Eia ego volo hoc bene pœnitere. Falsum est, qa di. Aug. in lib. de pœ. Verè pœnitere non est hominis sed dei gratię. Ideo 2. Cor. 3. vbi spiritus dñi, ibi libertas, s. à vinculis peccati. Quintò, appropinquare debẽt peccatores ad Iesum sicut mortui ad viuificatorẽ, & sic peccatũ mortale mortificat. Apoc. 3. Nomẽ habes ꝙ viuas, & mortuus es. Ezec. 18. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Rom. 6. Stipẽdiũ peccati mors. Et Iac. 1. Peccatũ cùm cõsummatũ fuerit, generat mortem. Sed ipse est vita. Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita. & Io. 10. Ego veni vt vitã habeãt. 1. Cor. 15. Sicut in Adã oẽs moriũtur, ita in Christo oẽs viuificabũtur. Ideo Amb. in li. de virginib. Omnis anima accedat ad Christũ, qa omnia Christus est nobis: si esuris, ipse est panis: si sitis, ipse est fons aquę viuę: si cæcus es, ipse est lumẽ animæ: si infirmus es, ipse est tibi medicus: si mortuus es, ipse est vita gratiæ & glorię. ¶ Secundò, vt dixi, innuitur Pharisęorũ murmuratio inuidiosa, ibi: *Et murmurabãt Scribæ et Pharisæi.* Ecce fatuitas, infirmi murmurabãt contra medicũ, peccatores cõtra deũ: nã sicut ꝓpriũ est bonorũ oĩa in melius interpretari, sic & malorũ in peius. Isti peccauerũt multipliciter. Primò, qa se iustos ęstimabãt & nõ fuerũt, & alios peccatores, qui erãt iã pœnitẽtes, sicut fecit ille Pharisæus Simon, Luc. 7. Hic si esset ꝓpheta, sciret vtiq; quę & qualis est mulier quę tãgit eũ, qa peccatrix est. Vbi Greg. Sẽper ille fuit veraciter superbus & fallaciter iustus, & arguebat ęgrũ de ęgritudine, & medicũ de subuẽtione, cùm iustus nõ deberet hoc facere, dę quo Luc. 17. Cùm feceritis oĩa quæ pręcepta sunt vobis, &c. Quia dicitur Prou. 18. Iustus prior est accusator sui. Greg. Qui peccatũ suũ examinãdo ꝑfectè intelligit, nullius peccatũ par suo ęstimat peccato. Sed heu superbi habẽt se vt hastę lusores, qui ita ligati sunt ꝙ alios

videnṭ,

vidēt, ſeipſos nō. Ro. 2. In quo alterū iudicas, teipſum cōdēnas. Eccl. 7. Nō te iuſtifices apud Deū. Secūdò, peccauerūt, in hoc, q̄a illos ſine cōpaſſione deſpiciebāt. Eccl. 8. Ne deſpicias hominē auertētē ſe à peccato, neq; improperes ei. Mementō quoniā oēs in corruptione ſumus. Nā ipſe hodie eſt talis, fortè tu cras eris. 1. Cor. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Nā multi vidētur boni in opinione hominū, qui indigni ſunt apud Deū, vt dicitur Luc. 16. Quod hominibus altū eſt, abominatio eſt apud Deū. Et Mat. 20. Erūt primi in opinione hominum, nouiſſimi apud Deū. Et Phariſæi erāt, q̄a ſanctiores aliis in apparētia vitæ. Luc. 16. Vos iuſtificatis vos corā hominib. deus nouit corda veſtra, ita ꝙ de eis dixit illud Mat. 21. Amē di. vo. quia publicani & meretrices pręcedēt vos in regno Dei. Tertiò, fatuè murmurauerūt, q̄a in peccatore ſunt duo, natura, ſ. & vitiū: naturę debetur cōpaſſio, vitio indignatio. Greg. Vera iuſtitia compaſſionē habet, falſa indignationē, ſic ꝙ ferēdūs eſt peccator: nutriēdus ꝓximus. Hoc facit deus Eccl. 12. Altiſſimus odio habet peccatores, nō naturā. Sap. 11. Nihil odiſti eorū quæ feciſti. Ipſi verò naturā cū vitio. Itē peccauerūt in hoc, quia fontē miſericordię de miſericordia reprehēderūt, nō attendentes, ꝙ ideo in mundū venit vt ſaluaret quod perierat. Luc. 19. Et 1. Tim. 1. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus q̄a Chriſtus Ieſus venit in hūc mūdū peccatores ſaluos facere. Vnde ſicut inutilis eſt fons, qui nō hauritur, domus quę nō inhabitatur, veſtimētū q̄d nūquā induitur: ſic fruſtra videretur dei miſericordia, ſi nō peccatorib. cōmunicaretur. Itē fatuè murmurabāt, quia crediderūt ſanctiſſimū ex cōuerſatione peccatorū coinquinari poſſe. Quod impoſſibile. Greg. Sicut ſol lucēdo ſuper immūda nō coinquinatur, ſic cōuerſatio peccatorū nihil immūditię apud Chriſtum operatur. ¶ O quot hodie tales qui facta hominū ſemꝑ in deterius interpretātur murmurātes. Si eñ quis lętatur, dicūt, leuis eſt: ſi ſerioſus, dicūt, hypocrita eſt: ſi ieiunat multū, dicūt, parcus eſt: ſi eleemoſynā largitur, dicūt, vanè glorioſus eſt: ſi hominibus loquitur, adulator eſt. ſi nō loqtur, dicūt, ſuperbus eſt. Cōtra hos dicitur Ro. 1. Suſurrones detractores, Deo odibiles. Sed di. Quomodo debet ſe homo habere cōtra tales? Rēſpōdit Gre. 11. q. 3. Inter verba: Inter verba laudātiū ſiue vituperātiū ad mentē ſemꝑ recurrendū eſt. & ſi nō in ea inuenitur bonū q̄d de nobis dicitur, magnam triſtitiā generare

debet. Si nō inuenitur malū qđ de nobis homines loquūtur, in magnā debemus lætitiā prosilire. Quid em̄? si nō homines laudāt, & cōsciētia liberos nos demōstret, habemus Paulū, dicētē, Gloria nostra hęc est, testimoniū cōsciētiæ nostrę. Iob quoq; dicit, Ecce in cœlo testis meus. Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui quod volūt: & tn̄ si fieri potest, prudēter se debēt expurgare, quia secundū Aug. 12. q. 1. Nolo: Qui confidēs cōscientiæ negligit famā, crudelis est. Exemplū huius habemus in Christo, Mat. 16. Qui ait de Scribis & Pharisęis, Sinite illos, cęci sunt & duces cæcorū. Quartò, fatuè murmurauerūt de illo, ꝙ dn̄s rem suā recepit quā hostis fraudulēter surripuit. Heu quàm multi sunt tales, qui murmurāt cōtra Deū, dicētes. Cur aliis bene facit? s. malis, bonos pati ꝑmittit? nescientes Dei iudiciū ꝙ deus facit ad modū medici abstrahendo infirmo nociua, vbi est spes vitæ ponēs ei dietā, vbi verò in altero desperat, hūc facit edere ea quę vult. ¶ Idcirco stulta est quæstio hominis cōtra dei bonitatē murmurare, quia nihil peccatorib. debet, sed id quod facit, ex gratuita sua misericordia facit. Ideo 1. Cor. neq; murmuraueritis sicut quidā eorū murmurauerūt, &c. Quia primò, murmur animam inficit & maculat. Figuratur Nū. 12. Maria soror Mosi murmurabat cōtra Mosen, & ecce apparuit cādens lepra, quasi nix. Spiritualiter, Per Mosen seruum dn̄i intelligitur Christus. Phil. 2. Formā serui accipiēs. Per sororē eius intelligitur quilibet homo cū Christo. Gen. 37. Frater enim & caro nostra est. Et si cōtra eū murmurabimus, erimus leprosi in anima. Secūdò, quia murmur nihil proficit. Sap. 1. Custodite vos à murmuratione: quę nihil ꝓdest, sed nocet & signāter cōtra ea quę Deus fecit. Isa. 45. Væ qui contradicit factori suo. O quot sunt tales! Alij murmurāt de infirmitate, nesciētes ꝙ vtilior sit eis īfirmitas quā sanitas. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Vnde legitur in vitis patrū. Cū quidā peteret à Ioāne eremita, vt à tertiana sanaretur, ipse respōdit, Rē tibi necessariā cupis adiicere, vt em̄ corpora intus, ita animę lāguorib. purgātur. Ideo Ecc. 31. Infirmitas grauis sobriā facit animā. Alij murmurāt de paupertate nescientes pauperes electos esse ad regnū dei. Iac. 2. Nónne deus elegit pauperes in hoc mūdo, diuites in fide & hęredes regni? Mat. 5. Beati pauperes, &c. Alij murmurāt de tēporis importunitate. Isa. 45. Nūquid dicet lutū figulo suo, qđ me facis? Et 29.
Peruersa

Peruersa est hęc vestra cogitatio, quasi si lutũ contra figulũ cogitet. Vnde Guliel. referr de agricola, q habuit vberiores fruges in agris quã alij: & cũ requireretur à vicinis cur hoc esset, respondit: Non est mirum, ꝙ habeo tale semper tẽpus quale volo, quia nũquã volo tẽpus aliud habere quã Deus velit. Aug. Scit cœlestis medicus quid daturus sit ad cõsolatione, & qd subtracturus ad exercitationẽ. Aliqui murmurãt, de prosperitate malorũ & aduersitate bonorũ, dicẽtes illud Iob. 21. Quare impij viuũt, subleuati sunt, cõfortatiq; diuitiis? Et sic sancti aliq videtur murmurasse. Ier. 12. Quare via impiorũ ꝓsperatur, bene est omnib. qui pręuaricãtur & iniquè agũt? Sic & Abac. 1. Quare respicis cõtẽptores, & taces cõculcãte impio iustiorẽ se? Et Ps. 93. Vsquequo peccatores dñe vsquequo peccatores gloriabũtur? Sed cessabit hæc murmuratio, si quis respiciat causam quare hæc fiunt. Fidelis medicus ægro desperato cõcedit vniuersa, ægro verò de cuius salute spes habetur multa negat: sic dñs reprobis abundãtiã bonorũ tẽporaliũ rribuit, vt si aliqua bona fecerũt in mũdo, de istis mercedẽ accipiãt. Greg. Cõtinuus successus bonorũ tẽporaliũ est æternæ dãnationis signum. Mactãdi vituli pascuis vberrimis relinquũtur, seruãdi iugo premũtur: & sic de bonis & malis. Ideo Greg. Omnia mala pœnæ sine murmuratione tolerãda sunt. Nã deus secũdũ ꝙ dignũ est iudicat. De nulla re legitur populũ Israeliticũ magis offendisse dñm, quã in murmure. Ideo Nu. 14. Oẽs q numerati estis à 29. an. & suprà, & murmurastis cõtra me, non intrabitis in terrã ꝓmissionis. Ideo Greg. In regnũ cœlorũ nemo qui murmurat accipitur, s. ad ordines angelorũ, sed q cõgaudẽt peccatori verè cõuerso, vt dicit textus: *Gaudiũ est angelis Dei*, &c. Ber. sup Cãt. Gaudẽt angeli super peccatorũ cõuersione, salutẽ hominũ sitiẽtes, q a lachrymæ pœnitẽtiũ vinũ sunt angelorũ. Cõuersiõe nostra gaudet tota trinitas, pater, filius & spiritus s. Gaudet pater tãquam rex terrenus, quãdo sibi filius cõcipitur, sicut lætatus est Abrahã de cõceptu Sarę: magis gaudet quãdo nascitur, sicut gauisi sunt Zacharias & Elizabet, & alij in ortu pręcursoris, & magis quãdo filius ablactatur. Vnde Abrahã fecit magnũ conuiuiũ in ablactatiõe Isaac. Gen. 21. Sed multò magis gaudet, quãdo fili⁹ grãdis effectus ad mẽsam patris accipitur. Et sic cõceptus pœnitẽtis fit in cõtritione, natiuitas in cõfessiõe & bonorũ operũ ostẽsione, ablactatio attẽditur in vitę ꝑfectiõe, s.

quando

quãdo homo proficit in bonis operibus & virtutibus, receptio mensę in cœlesti refectione, iuxta illud, Luc. 22. Edatis & bibatis in regno meo. Secũdò, gaudet filius, quia videt effectũ suæ passionis, vt notatur in ista parab. de oue perdita & inuẽta. Gre. Vna ouis periit, quãdo homo peccando vitæ pascua perdidit. Ipse reliquit 99. i. nouẽ choros angelorũ in deserto, i. in cęlo quod fuit derelictũ ab angelis & ab homine qui erat inhabiturus. Vnde cęlũ dicitur desertũ, nã sicut in deserto sunt dulces cãtus auiũ, sic & in cęlo angelorũ, rosæ martyrũ, violæ confessorũ, lilia virginũ. Itẽ gaudet spiritusſ. quia recuperat tẽplum suũ quod debet inhabitare. De quo 1. Cor. 3. Nescitis quia tẽplum dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis? & inhabitare nõ posset nisi spirit⁹ malignus recederet. 2. Cor. 6. Quæ cõuentio Christi ad Belial? Itẽ gaudet spiritusſ. quia recuperat mẽbrũ suũ quod debet viuificare. 1. Cor. 6. An nescitis quia mẽbra vestra templum sunt spiritusſ.? Videmus enim, ꝙ mẽbrũ abscissum vel putridũ vel paralyticũ nõ viuificatur à spiritu humano: eodẽ modo nec peccator à spiritu diuino, quia diuisus est à deo. Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserũt inter vos & deũ vestrũ. Itẽ gaudet spiritusſ. quia recuperat vas suũ quod debet replere. Oportet autẽ ꝙ sit vacuũ, s. ab amore mundi, si adimpleri debet amore dei. Aug. super Io. Vas es: si plenus es, effunde quod habes, & recipies quod nõ habes: effũde amorẽ seculi, vt implearis amore dei. Itẽ angeli gaudẽt de cõuersione peccatorũ. Primò, quia vidẽt suæ custodiæ gloriosum fructũ, cuilibet ẽm homini angelus ad custodiã datur. Psal. 90. Angelis suis deus, &c. in omnib⁹ viis tuis, i. in lecto, cãpo, & vbiq; locorũ. In quóvis diuersorio, in quóvis angulo reuerẽtiã exhibe angelo tuo: ne audeas facere illo præsente, quod me præsente ne auderes. Hier. Magna dignitas animarũ, vnaquæq; habet angelũ ad custodiã sibi deputatũ. Et sicut medicus gaudet, quando videt effectũ medicinę in infirmo: sic angelus videns effectũ custodiæ. Secũdò, gaudent angeli de cõuersione peccatorũ, quia vidẽt ex peccatoribus cõuersis numerũ suum adimpleri. Eph. 2. Iam nõ estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorũ. Aug. Vnde angeli ceciderũt, illuc vẽturi sunt homines. Tertiò, gaudẽt: quia vident laudãdo deũ se habere consortiũ, quia angeli semper laudãt deũ in cælis, & sic homo existens in gratia quotidie laudare debet dñm in terris, in bonis quæ facit ad honorẽ

Dei:

Dei:quia iustus semper orat quādiu iustus est. Psal.33. Benedicā dn̄m in omni tēpore.Itē homines gaudere debēt de cōuersione peccatoris.Primò,propter honorē Dei,quia maximū dedecus Deo exhibetur peccādo mortaliter.Nā dicit Aug.Peccare est Deum inhonorare,pœnitētia verò est Dei honorificētia.Secūdò,gaudere debemus de cōuersione peccatoris,propter fraternā charitatē, quia proximū tenemur diligere vt nosipsos: & auere sibi vitā beatā sicut & nosipsis,s.gratiā in præsenti,& gloriam in futuro. Sed cum peccator pœnitet, erit particeps vitæ æternæ. Et ergo de hoc gaudere debemus fraternā habēdo charitatē.Tertiò,debemus gaudere de cōuersione peccatorū,propter numerū electorū qui cōpletur per eū,& propter gaudiū quod habituri sumus in cęlis de eo,qui cōuertitur à peccatis.Nā peccatū cedit homini pœnitēti in laudē in cęlo,& etiā sanctis & electis,qui pœnitens propter hoc Deū æternaliter laudabit & glorificabit,ꝙ sibi sua mala indulsit,& ab infernali incendio liberauit,quia multos cernit in inferno ardere qui minus peccauerūt quàm ipse,& eis talē misericordiā non tribuit, & ex hoc Deum glorificat & diligit. Sed dic. Vtrum electi vidēt peccata aliorū in cęlo existentium?Respōdetur quòd sic,sed nō in cōfusionē ipsis qui peccauerūt,sed in honorē,s.ꝙ à peccatis surrexerunt & verā pœnitentiā egerūt, & erit sanctus in gaudiū ex charitate, quia se in cęlo mutuò diligūt,vt impleatur illud,Luc.15.Epulari autē & gaudere oportebat,quia frater tuus hic mortuꝰ erat,& reuixit: mortuus per peccatū,reuixit per pœnitentiā,perierat,s.per culpā,& inuētus est per gratiā.Et sic sancti laudāt Deum vt medicū,qui fratrē suū sanauit,sicut pater & mater resuscitatione filij eius. Non tā dæmones gaudēt de damnatione peccatorū,sicut angeli de cōuersione.Primò,quia Christus nunquā habebit gloriā de illo qui damnatur,sed suos labores in 33.annis quos in mūdo isto pro eo tulit,& omnia bona tēporalia,naturalia & spiritualia,quæ sibi Deus fecit,in eo perdidit. Insuper passio Christi mors & vulnera ipsius perdita sunt.Quod cōqueritur Christus per Isa.c.49.In vacuum laboraui sine causa,& vanè fortitudinē meā cōsumpsi. Hæc fuit causa tristitiæ tēpore passionis, quia cognouit frustrari passionē suā in plurimis.Secūdò,gaudēt dęmones, quia homo dānatus nūquam decætero habebit à Deo aliquid boni,nec vnā guttā misericordiæ,nec Ecclesiæ suf-

fragia, quia in inferno nulla est redẽptio. Aug. Si scirẽ patrẽ meũ in inferno, &c. Greg. Qui ad inferni mala tolerãda descẽderit, nunq̃ vlterius ad lucẽ redibit. Tertiò, gaudẽt, quia habẽt sociũ pœnarũ. Quartò, gaudẽt dæmones, quia angeli de cætero nunquã gaudebũt de eius cõuersione, quia in inferno oẽs sunt obstinati in malis. Quintò, gaudẽt de dãnatione animæ, quia oẽs alij iã dãnati pœnas habebũt minores quò ad aliquid, s. quò ad pœnã accidentalẽ, sicut in cœlo oẽs sancti melius quò ad gaudiũ accidẽtale. Sed di. Vtrũ vellẽt oẽs homines dãnari? Resp. S. Tho. super 4. d. li. Quòd dãnati volũtate deliberata vellent oẽs homines esse dãnatos, quia tãta est inuidia, ꝙ zelo inuidiæ de omni felicitate bonorũ dolebũt, sicut sancti de omnibus bonis gaudent, & minus inuidẽt propinquis quã aliis: quia maior esset eorũ pœna, si oẽs propinqui damnarẽtur & alij saluarẽtur. Et sic diues petiit pro fratribus, qũia fuit exẽplum peccati, & aucta fuisset pœna, & sic adhuc crescit pœna dãnatorũ, Arrij, Hus, & Vviclef hæreticorũ: dũ quis dãnatur ꝑ eorũ doctrinã. Sextò, gaudẽt, ꝙ nunquã per pœnitẽtiã cõuertẽtur. Vnde Apo. 10. Iurauit angelus, post hoc tẽpus non erit tẽpus, s. pœnitẽtiæ & misericordiæ. sed iustitiæ. Ideo Eccl. 4. Fili cõserua tẽpus. De quo 2. Cor. 6. Ecce nunc tẽpus acceptabile.

¶ *Dominica quarta post Trinitatem.*

De incentiuis, ordine, forma, seu modo, ac præmio misericordiæ.

ENARRATIO I.

E*Stote misericordes*, Luc. 6. ¶ In summa Euãg. duo innuũtur. Primò, incitat nos ad exercitiũ misericordiæ, ibi: *Estote misericordes*. Secũdò, docet miserãdi formã, ibi: *Sicut pater vester, &c.* Circa primũ debemus cõsiderare tria, de misericordia. Primò, considerare debemus causam mouentẽ, quæ est multiplex. Prima causa mouens nos ad misericordiã, est naturalis proprietas. Naturale enim est, ꝙ mẽbra vnius corporis adinuicẽ cõpatiuntur. 2. Cor. 12. Si quid patitur vnũ membrũ, cõpatiũtur omnia mẽbra. Et nos sumus adinuicem membra. Rom. 12. Multi vnũ corpus sumus in Christo Iesu, singuli autẽ alter alterius mẽbra. Et Philos. dicit ꝙ animalia vnius speciei cõpatiuntur sibi, vt videmus de bobus. Iob 12. Interroga iumẽta & docebũt te, & volatilia cœli, & indicabũt tibi. Secũda causa est propria necessitas. Dicitur enim Pro. 19. Homo indigẽs misericors est. Et sic nos sumus defectuosi, nemo sibiipsi sufficiens. Ideo Eccl. 31. Intellige

telligé quæ proximi tui sunt ex teipso. Mat. 7. Omnia quęcunque vultis, vt faciat, &c. Tertia causa est scripturæ autoritas. Eccl. 4. Nō sit manus tua porrecta ad capiendum, & dandū collecta. Et Deut. 15. Præcipio tibi vt aperias manum tuā fratri tuo egeno & pauperi. Tob. 4. Noli auertere faciē tuā ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Item Zach. 7. Misericordiā & miserationes facite vnusquisq; cū fratre suo. Et Eph. 4. Estote benigni adinuicem & misericordes. Quarta causa est operis facilitas, quia nō pręcipitur homini vltra posse, To. 4. Quomodo potueris, ita esto misericors. Nam si nō potes de pecuniis, fac de cibis, vestibus, vel de seruitiis corporalibus. Et si omnia ista deficiūt, habeas cōpassionē. Aug. 45. dist. Duæ: Duæ sunt species eleemosynæ. Vna cordis, alia pecuniæ. Et si deficit vna, sufficit altera. Vnde Aug. Vbi nō adest facultas, sufficit volūtas. Voluntas ibi supplebit affectū, si nō possit in actū. Quinta causa mouēs ad misericordiā, est præcepti autoritas, quia Christus Deus & homo præcepit. Mat. 9. Eūtes discite quid est, Misericordiā volo & nō sacrificiū. Dicit Ambros. in can. 86. di. In singulis: Misericordia est cōmunis vsus, ideo cōmune præceptū est omnibus statibus, omnibus ætatibus, omnibus officiis, nō publicanus, nō miles excipitur, nō agricola vel vrbanus, diues vel pauper. Ideo Hiero. 86. dist. Parag. Qui clementiā. Qui clementiā nō habet, nec indutus est viscera misericordiæ & lachrymarū, quāuis spiritualis sit, ratio adimplebit legē Christi, eò ꝙ dicit Ambr. Omnis summa disciplinę Christianæ, cōsistit in misericordia & pietate. Sexta causa est eius vtilitas. nā si præciperetur aliquid inutile, posset se homo excusare, sicut fecit Ioab, quādo præceperat ei Dauid vt iret numerare populū, 1. Paral. 21. dicēs: Nónne dn̄e mi rex oēs serui tui sunt? quare hoc quærit dominus meus? q. d. cuius vtilitas est? ❡ Sed misericordia non est inutilis, sed valdè vtilis. Primò, Deo placet, de quo Aug. Nō est quod nos ita facit Deo amabiles, vt pietas & misericordia. Psal. 83. Misericordiā & iudicium di. Deus, & Pro. 21. Facere misericordiā & iudiciū magis placet domino, quàm victimæ. Ratio, quia eius naturalis proprietas. Greg. Deus cuius proprium est misereri semper, & parcere. Nā misericordia est vnguentū, quo vngitur Christus in membris suis. Vnde Ber. Bonum est vnguentum cōtritionis quod de recordatione peccatorum conficitur: sed melius

melius est vnguētū deuotionis, quod fit de recordatione beneficiorū: sed optimū est vnguentū quod vincit vtrūque, s. vnctio pietatis. Ideò Christus specialiter docuit misericordiam. Luc. 11. Quod superest, dare eleemosynā. Et hîc, *Estote misericordes*, eò ꝙ sua naturalis ꝓprietas est. Scribitur Eccl. 13. Omne animal sibi simile diligit: multò magis quod est proprium sibi. Secūdò, misericordia maximè diabolo displicet. Vnde Gl. super Psal. 143. Misericordia mea & refugiū meū: dicit: De nullo vincitur inimicus diabolus, sicut de misericordia, & hoc facit eius inuidia. Tertiò, misericordia homini multū prodest, & hoc in omni statu. Primò in mūdo, secundò in morte, tertiò in iudicio, quartò in cęlo. Primò, in mūdo prodest multis. Primò peccato obstat. Eccl. 3. Ignē ardentē extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Nam homo caderet in multa peccata à quibus per eleemosynā quā facit, præseruatur & custoditur. Et hoc fit vt dicit Hier. ratione pauperū, quia pro eo orāt quibus dat eleemosynā. Secundò, bona tēporalia multiplicat. Prou. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiūt: alij rapiūt nō sua, & semper in egestate sunt. Gre. Terrena substātia per hoc ꝙ pauperibus distribuitur, multiplicatur. Pro. 3. Honora dn̄m de tua substātia, & implebūtur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabūt. Pro. 28. Qui dat pauperi, nō indigebit: qui autē despicit deprecantē, sustinebit penuriā. Ideo Petrus Rau. dicit: Da pauperi, vt det tibi. Quia habetur Prou. 19. Fœneratur dn̄o qui miseretur pauperis, & vicissitudinē suam redet ei, sicut factū est de vidua quæ pauit Eliā. 3. Reg. 17. Cui nō defecit farina de hydria & oleum in lechito quousque dn̄s dedit pluuiam super terrā. Tertiò, misericordia est vtilis in mūdo, quia orationē exaudiri facit. Isa. 58. Frāge esuriēti panē tuū, & egenos, vagósq; indue in domū tuam, tunc inuocabis me, & ego exaudiā. Sed iam multi inuocāt Deum, & non exaudiuntur, quia immisericordes sunt. De quibus dicit Chry. Oratio est infirma, quia nō est eleemosynis redimita. Ideo Eccle. 29. Cōclude eleemosynā in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Vt factū est Tob. 12. vbi angel' dixit: Quādo orabas cū lachrymis & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationē tuā dn̄o. Quartò, misericordia gratiā impetrat. Pro. 3. Misericordia & veritas te nō deserāt, & inuenies gratiā & disciplinā bonā corā hominib'. Signāter gratiā redēptionis & dilectionis peccati. Prou. 13.

Redem

Redēptio animæ viri diuitiæ ſuæ,& Dan.4. Peccata tua eleemoſynis redime.Ideo Aug.Redime te dū viuis,dum preciū habes,ne preciū & tēpus perdas.Secūdò dixi,misericordia vtilis eſt in morte,quia præſtat fiduciā.Tob. 4.Fiducia magna erit corā ſummo Deo eleemoſyna.Nā illa comitatur ante conſpectū Dei.Amb.Non ſunt hominis bona,quæ non poteſt ferre ſecū. Sola eleemoſyna eſt comes defunctorū.Hoc nō cognouit ille diues,Lu.12.Similiter ille,Lu.16. qui ſepultus eſt in inferno. Propter quod hortatur nos Dominus ibidē dicēs,Facite vobis amicos de mam.iniq.vt cū defec.re.vos in æter.taber.Tertiò,miſericordia eſt vtilis in iudicio,quia ibi erit aduocata.Pſ.111. Iucundus homo qui miſeretur & cōmodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio: quia Chriſtus allegabit pro his illud Mat.25.eſuriui & dediſtis mihi mūducare,&c.Venite benedicti patris mei.Ideo Mat.5.Beati miſericordes,&c.Et hoc nō ſolùm eſt intelligēdum in dādo,ſed etiā in mutuando & accōmodando,Pſ.36. Tota die miſeretur & cōmodat, & ſemen illius in benedictione erit. Ecōuerſo verò eueniet immiſericordibus illud quod ſcribitur,Iac.2.Iudiciū ſine miſericordia fiet illi, qui nō facit miſericordiā.Ideo Pſ.40.Beatus qui intelligit ſuper egenū & pauperē,in die mala liberabit eū dñs, hoc eſt in die iudicij. Quartò miſericordia vtilis eſt in cœlo quia ibi locum præparat.Eccl.16.Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundū merita operum ſuorū. Figuratur 1.Mac.2. Dauid in ſua miſericordia cōſecutus eſt ſedē regni in ſecula : & ſic miſericordia facit nos reges cœleſtes. De quo Pſ. 102. Coronat te in miſericordia & miſerationibus.Ideo Hier.O quantā miſericordia vtilitatē præſtat!Nā reddit pro paruis magna,pro breuibus æterna,ꝓ trāſitoriis perpetua.Ideo dicitur hîc:*Date & dabitur vobis.* ¶ Secūdo,notare debemus miſericordiæ ordinē progredientē,videlicet, quis ſit ordo quē ſeruare debemus in operibus miſericordiæ.Reſpō.Primò oportet,vt homo miſereatur ſui,deinde proximi,qa dixit Magiſter in 3.diſt.29.c.1.Eſt ordo diligendorū, quia ordinata charitas incipit à ſeipſo. Ideo ſpiritus ſanctus cōſulēs dicit Eccl.30.Miſerere animæ tuæ placens Deo:nōdicit corpori, vt multi faciūt valde ſoliciti de corpore,nil autē de aīa.De quib' Ber.Nō eſt miſericordia, ſed crudelitas,corp' paſcere,animā occidere.Nā dicit Ecc.14. Qui ſibi nequā eſt,cui alij bon' erit?Nā talis miſerrim' eſt,

qui nō miſeretur ſibiipſi.vt dicit Aug.Quid miſerius miſe ro,& nō miſerāti ſibiipſi?& qūo Deus poteſt taliū miſereri? Vnde Aug.Rogauit te deus vt tu miſerearis, & nō vis:qūo te exaudiet in die neceſſitatis ſupplicantē,cū pro te ipſo nō audis rogantē?Vnde Prou.11.Benefacit animæ ſuæ vir miſe ricors.❡Nā omnia opera miſericordiæ homo in anima pri mò debet perficere,deinde proximo.Primò, debet animam ſuā cibare verbo vitæ.De quo Gre.Cibus mentis eſt verbū veritatis.Et cibus animæ eſt verbū Dei.Deut.8.Nō in ſolo pane viuit homo.Secūdò, debet animā ſitiētē potare calicē paſſiōis Chriſti.De quo Mat.20.Poteſtis bibere calicē, &c. Hunc calicē debemus bibere in anima cōpatiēdo,quia dici tur 2.Tim.1.Si ſuſtinebim⁹,& cōregnabimus.Tertiò,debet veſtire animā nudā veſte charitatis. Apoc.16.Beatus qui vi gilat & cuſtodit veſtimēta ſua, ne nudus ambulet. Hæc eſt veſtis charitatis.Nam ſicut veſtis tegit verēda,ſic vniuerſa delicta operit charitas.Hæc eſt veſtis nuptialis, qua qui ca rebit,dicetur ei illud,Mat.22.Amice qūo huc intraſti:ligatis manibus & pedibus, &c.Quartò, debemus animas noſtras exules hoſpitare in domo pœnitētiæ.Ier.48.Relinqui te ciuitates,& habitate in petra.i.in dura pœnitentia.Dicit Gl.1.Eſdr.10.Verā pœnitentiā agere,eſt toto corde intus ad Deū cōuerti,& foris omnē materiā peccādi reſecare ab ipſa origine.Quintò,debemus animas noſtras infirmas viſitare per propriæ infirmitatis cōſiderationē.Aug.Laudabilior eſt anim⁹,cui nota eſt propria infirmitas,q̄ qui ſcrutatur ſiderū vias.Ideo Ier.18. Surge & deſcende in domum figuli. Quid eſt deſcēdere in domū figuli, niſi conſiderare vilitatē cōditionis ſuæ,ex qua materia es cōceptus,& in quid redibis poſt mortē?Ratio:Ber.ſuper Cātica.Quò anima cogno ſcit melius ſuā originē,eò magis erubeſcit habere vitā degenerē.Nemo dignus ſaluatione ſine ſui cognitione.Sextò debem⁹ animas noſtras educere de carcere per contēplationē ęternę felicitatis futurę.Nā carcer eſt mūdus,& cōpedes ſunt ſecularia deſideria:à quibus debemus educere animā & liberare,vt docet Apoſt.Ro.12.Nolite cōformari huic ſeculo.Ratio habetur 1.Io.2.Si quis diligit mūdū,nō eſt charitas patris in eo.Ideo educamus eā ad contēplationē vitæ æternæ,vbi eſt libertas.vt docet Apoſt. Col.3. Quæ ſurſum ſunt quærite,vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedēs:quæ ſurſum ſ. ſapite,&c.Et hæc opera miſericordiæ ſpiritualia de-

bemus

bemus animabus noſtris impẽdere. Quia dicit Iſid. Nullus alteri miſericors eſſe poteſt, qui ſibi miſericors nõ eſt. ¶Dixi, ſecũdus ordo miſericordiæ eſt, vt poſt propriã miſeratio nẽ homo miſereatur proximis, vt docemur Eccl.4. Oculos tuos ne trãsferas à paupere: attamẽ in miſeratiõe proximi debet eſſe ordo. Primò, ꝙ homo miſereatur amicorũ ſuorũ, vt docet Amb.li. de officiis, dicens: Proximũ ſeminis tui ne ſpicias, ſi egere cognoſcas. Meli⁹ enim eſt, vt ſubuenias tuis quibus pudor eſt ab aliis ſumptũ petere: nõ tamẽ vt illos ditiores facias. Non enim propterea te Deo dedicaſti vt tuos diuites faceres, ſed vt tibi vitã perpetuã acquiras, eos à baculo mendicitatis eruas. Secũdus ordo eſt vt miſerearis alienis, ſed tamen ordinãter, vt dicit Amb.86. diſt. cõſideranda: Conſideranda eſt in largiẽdo ætas atq; debilitas, nõnunquã & verecũdia quæ ingenuos prodit natales. Aetas, Vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi iã nequeũt quęrere victũ. Similiter & debilitas corporis prõptiùs eſt adiuuãda, ſi quis ex diuitiis cecidit in egeſtatẽ: & maximè ſine ſuo vitio, ſed aut latrociniis, aut ꝓſcriptione, aut calũniis quæ habebat amiſit. Itẽ pulchra etiã libertas eſt, in ipſo quoq; pauperis dato menſurã tenere, vt abũdes pluribus, nec conciliãdi fauoris gratia vltra modũ fluere. Quidquid enim ex affectu puro ac ſyncero proruit, hoc eſt decorũ. Nã ſuperfluas ædificatiões aggredi nec prætermittere neceſſarias: & maximè ſacerdotibus hoc cõuenit, ornare Dei tẽplũ honore cõgruo, etiã vt cultu aula Dei reſplẽdeat, impẽſas miſericordię frequẽtare quãtũ oporteat largiri peregrinis nõ ſuperfluas, ſed cõpetẽtes. Itẽ miſericordia habet fieri pauperi nõ per ſe habenti. Proſper.1.q.1. Paſtor: Habẽti dare, eſt ꝑdere. Pauper de eleemoſynis quas colligit, debet eleemoſynas facere de ſuperfluo, iuxta illud Lu.11. Quod ſupereſt date eleemoſynã. Itẽ miſericordia debet fieri pauperi bono & nõ impio. Eccl.12. Si benefeceris, ſcito cui feceris. Da bono & ne receperis peccatorẽ. Attamẽ à pauperibus amicis ſi boni ſunt eſt inchoãdum: Dei traditio eſt, vt prius paſcas parentes, deinde amicos, poſt hoc alienos. ¶Mẽbrũ ſecũdũ in quo (vt dixi) innuitur qũo Deus docet miſerendi formã, cum ſubdit, *Sicut pater veſter miſericors eſt.* Vnde Eph.5. Imitatores Dei eſtote, ſicut filij chariſſimi. Si ergo filij Dei ſumus, oportet nos patrẽ imitari in miſericordia. Ergo dicit: *Eſtote miſericordes ſicut pater veſter, &c.* Non dicit potentes ſicut pater, non ſcientes

ſicut filius,vel ſapiẽtes.Nã potẽtia eſt ſingularis & ſcientia ſimiliter nõ omnibus cõpetit:ſed miſericordia omnib⁹ cõpetit,vt dicit Amb.Omnis ſummæ Chriſtianę diſciplinę cõſiſtit in miſericordia & pietate. Nã hæc virtus reddit Deo cõformes. Sed diceres,Quomodo poſſum eſſe miſericors ſicut pater,cùm miſericordia Dei patris ſit infinita? Reſp.ꝙ dictio *ſicut*, non importat omnimodã ſimilitudinẽ diuinæ miſericordiæ ad noſtrã,ſed quandã ꝓportionabilitatẽ,ſ.vt ſuo modo homo ſit miſericors:& hoc ſufficit ad hui⁹ præcepti impletionẽ. Sed diceres:In quibus debemus nos deo patri,in miſericordia cõformare? Reſp.Philo.Omnis affectus naturaliter aſſimilatur ſuæ cauſæ, & tãtò res eſt perfectior,quãtò ꝑ ſimilitudinẽ appropinquat ſuo principio,licet nõ poſſimus attingere latitudinẽ,altitudinẽ, & ꝓfundũ miſericordiarũ Dei, conari tamẽ debemus inquantu poſſumus,vt in operib⁹ miſericordiæ imitemur Deũ patrẽ. Nam Deus pater oſtẽdit ſuã miſericordiã plurib⁹ modis. Primò, in paternali dilectione. Nã pater eſt nomẽ amoris,vt patet Io.16 Ipſe enim pater amat vos.& Iere.31.In charitate perpetua dilexi te.Ideo attraxi te miſerans.Sic nos debem⁹ miſericordiã exhibere in amore. Vnde Aug.In affectu cordis pẽſanda eſt eleemoſyna tribuẽtis. Et Gre. Cor nõ ſubſtãtiã pẽſat Deus,nã eleemoſyna ſine charitate nõ eſt meritoria. 1.Cor.13. Si diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas,charitatẽ autẽ nõ habuero, nihil mihi prodeſt:vt ſũt aliqui q cũ murmure & afflictione pauperibus præbẽt eleemoſynã.Cõtra quos dicitur Ecc.4.Cor inopis ne afflixeris & nõ ꝓtrahas datũ anguſtianti.Nã dicit Gre. Qui dat vt tædio careat,rẽ & meritũ perdit.Ideo Eccl.35. In omni dato hilarẽ fac vultũ tuũ.Nã hilarẽ datorẽ diligit deus.2.Cor.9.Secũdò, deus pater miſeretur noſtri in generali exhibitione. De quo Sap.11.Miſereris omniũ dñe,quia omnia potes.Nã dicit Magiſter in 4.Miſericordia dñi eſt in cœlo,& inferno. In cœlo remunerat vltra condignũ, in inferno punit citra condignũ:ſic nos cõmuniter & generaliter debemus exhibere miſericordiã.Vnde Lu.6.Omni petẽti te tribue. Si nõ habes tribuere corporaliter,miſerere ſpiritualiter, ſ.cõpatiẽdo:nam ſufficit volũtas,vbi deeſt facultas.Tertiò, pater miſeretur noſtri in culpæ dimiſſione. Eccl.2.Pius & miſericors eſt Deus,& remittit in die tribulationis peccata,vt patet,Mat.18. De ſeruo qui debebat decẽ milia talẽta q procidens rogauit,& ſtatim dimiſit ei omne debitũ. Sic tu de-

bes esse misericors indulgendo proximo & non vindictam appetēdo. Iuxta illud Eph.4. Estote inuicē benigni & misericordes, donātes inuicē, sicut deus in Christo donauit vobis. Et hoc docet hîc dns, dicens, *Dimittite, & dimittetur vobis.* Aug. vnusquisq; talē indulgentiā accipiet à Deo, qualē faciet proximo. Vnde Ecc.28. Relinq; proximo tuo nocēti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Quartò, Deus est misericors in flagellatione. Abac.3. Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Et Ps.140. Corripiet me iustus in misericordia. Et Chrys. Iustitia sine misericordia nō est iustitia, sed crudelitas: & misericordia sine iustitia leuitas est. Ps.111. Misericors & miserator & iustus. Sic nos debemus fore misericordes in correctione proximi, vt docet Gre. 45. dist. Disciplina nō est seruāda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina: sed sicut Samaritanus infudit vinū &oleū vulneribus sauciati, Lu.10. Et sicut in arca testamēti erat virga & māna: sic iustitia debet esse tēperata cū misericordia. Gre. Vera iustitia cōpassionē habet, falsa autē indignationē. Itē sciendū, ꝙ nō solùm debemus esse misericordes sicut pater, sed etiā sicut filius misericors est. Nā filius Dei patris misertus est nobis tripliciter, s. corde, ore, & opere. Primò, corde miseriis nostris cōpatiēdo. Vnde Lu.19. Fleuit super ciuitatē Hierusalē. sic nos. 1. Pe.3. Estote cōpatiētes, fraternitatis amatores, misericordes: sicut fecit Apos. 2. Cor.11. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Signāter talis cōpassio debet fieri in spirituali defectu proximi, vt docet Isid. de summo bono: Magis malè facientibus quā malè patientibus est condolendū: quia malè facere est defectus animæ, sed malè pati est defectus corporis. Ideo Ber. Súntne in te viscera Christianæ compassionis, qui plangis corpus à quo recedit anima, & nō animā à qua recessit Deus? Secundò, filius misertus est nobis ore, deuotè pro nobis exorādo. De quo Heb.5. Cum clamore valido & lacrymis offerens, s. preces, exauditus est pro sua reuerētia, dicēs illud Lu.23. Pater dimitte illis: super quo dicit Ber. Vide mēte misericordiā quā habuit ab æterno quomodo pepēdit cōclauatus, capite coronatus, sanguine fuso, opprobriis saturatus, omnis doloris immemor, cōpassione motus clamauit, Pater ignosce illis. Ecce misericordia eius excessit omnem miseriam sibi inflictam. Sic nos debemus fore misericordes pro inuicē orādo. Iac.5. Orate pro inuicē vt saluemini. Dicit nāq;

Ber. Nõ cognosco maius opus misericordię ostẽdere quàm pro inimicis orare. Nam talis oratio est diabolis suppliciũ, angelis solatiũ, deo acceptũ sacrificiũ. Tertiò, misertus est nostri filius dei opere, s. beneficia largiẽdo. Mar. 8. Misereor super turbã. Et satiauit quatuor milia hominũ de septẽ panibus: sic nos debemus esse misericordes in pauperibus pascẽdis, iuxta illud Eccl. 4. Animã esurientẽ ne despexeris. 1. Io. 3. Qui habuerit substãtiã huius mũdi, & viderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? q. d. Nullo modo. Ideo subdit: Nõ diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Nã dicit Hugo: Ficta est compassio corde cõdolere, ore consolari, & egẽti nihil dare: sed vera est cõpassio cùm quis corde compũgitur, ore cõsolatur, & opere miseretur. Et hoc est quod hîc dicitur, *Date et dabitur vobis*. Dicit Aug. Da tẽporale, & accipe æternale: da transitoriũ, & accipe æternũ: da quod possidere nõ potes, & habebis qđ æternaliter nõ amittas. Tertiò, debemus cõsiderare in misericordia retributionẽ cõsequentẽ. De quo subdit in tex. *Mensurã bonam et confertã & coagitatã & supereffluentem dabũt in sinum vestrum*. Dicit Greg. Secundum mensurã meriti non erit mẽsura pręmij: Sicut hîc est discretio operũ, sic in futura vita erit discretio dignitatum. Mensura bona est tẽporale bonũ quod augmẽtatur. Prou. 3. De primitiis omniũ frugũ tuarũ da pauperibus, & implebũtur horrea tua saturitate. Secũda mẽsura cõferta, i. plena significat bona naturalia, quæ multiplicãtur homini propter eleemosynas, quia Deus dat eis clarũ intellectũ, firmã memoriã, bonã voluntatẽ, corporis sanitatẽ. De quo Isaiæ 58. Frange esuriẽti panẽ tuũ, tunc erumpet quasi mane lumen tuũ. Subdit, Et sanitas tua citius orietur. Orietur in tenebris lux tua, & eris quasi hortus irriguus. Tertia mensura coagitata significat gratiã remissionis culpæ & adeptionis gratię. Isa. 58. Eris quasi fons aquarũ cuius nõ deficiẽt aquę, s. gratiæ. Quartò, per mensurã supereffluentẽ intelligitur æternũ pręmiũ, quod excedit omnia merita in regno cœlorũ. Ibi erit amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, ibi omnium spiritus vnus: ita supereffluẽter erit claritas vitæ æternæ, ꝙ de plenitudine beatitudinis animæ redundabit gloria in corpus. Et hãc retributionẽ *dabũt*. s. pauperes, *in sinum vestrum*. Dicit Greg. Sicut nihil securius & amabilius eò ꝙ locatur in sinu, sic secura erit ęterna retributio.

Ideo

Ideo hortatur nos saluator, Luc 16. Facite vobis amicos, &c. Nā ipse iudex fideiussor est pro retributione operis misericordiæ. Dixit enim Mat. 10. Quicūq; potū dederit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ tantū in nomine discipuli, amē dico vobis, nō perdet mercedē suā. Vel aliter sic, *Mēsurā bonā*, i. æternū præmiū, summū bonū & essentiale præmiū, quod Deus est, *dabunt in sinū vestrū* Aug. deus erit nobis totus & perspicuus, ibi videbitur in se cādor lucis æternæ & speculum sine macula. Hæc est bona mēsura, qua nihil melius. *Et confertā*, quia nulla pars interius & exterius, nullus angelus manebit vacuus, qui gaudio æterno nō impleatur. Implebit omnes vires interiores & exteriores felicitate gaudij. *Et coagitatā*, quia vndiq; erit gaudiū electis, supra de dei visione, infra de periculorū euasione, intra de secuta possessione, circa se de omniū sanctorū participatione. *Et supereffluētē*, qa habebūt gaudiū super omnē necessitatē, super omnē sensum, super omne desideriū. Acquiri potest, ęstimari nō potest, quātū sit illud æternū gaudiū misericordib. promissum. Ideo subdit. *Eadē mensura qua, &c.* quia misericordib. dabitur gratia & gloria, immisericordibus verò subtrahetur gratia, vt dicit Greg. dei misericordiā mereri nō poterit, q hic misericors nō fuerit. De quo Prou. 21. Qui obturat aurē suā ad clamorē pauperis, & ipse clamabit & nō exaudietur, & demū cōsequetur nos pœna ęterna. De qua Mat. 25. Discedite à me maledicti in ignē ęternū. A quo nos custodiat, &c.

¶ *De iudicio humano bono ac malo.* ENARRATIO II.

Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Luc. 6. Hęc est secūda pars huius euāgelij, in qua dominus prohibet iudiciū temerariū, dicēs, *Nolite iudicare.* ¶ Pro quo sciendum, q iudiciū capitur multis modis. Vno modo prout est actus iustitię, & sic pertinet ad iudicē spiritualē vel secularē. Nā de eorū officio est, q debēt iudicare. Hoc iudiciū nō prohibet, imò alibi mandat. Deut. 16. Iudices & magistratus cōstitues in omnibus portis tuis, vt iudicēt populum iusto iudicio. Psal. 57. Rectè iudicate filij hominū. Alio modo capitur iudicium pro actu intellectus, quo quis credit malū de proximo. Sic enim dicitur iudicare de proximo, qui ex signis, actibus & habitudinibus exterioribus credit malum de proximo. Et hoc multipliciter potest fieri, vt di. S. Tho. 2. 2. q. 60. Primo modo ex facti euidētia, vt cùm quis aliquē iudicat homicidā, quia vidit eum occidere hominē sine legis authoritate;

vel cùm obligaris mihi & scienter iuras: vel cùm audio te blasphemare. Imò hoc nõ est prohibitũ. Aug. De his quę nõ possunt bono animo fieri, sicut blasphemiæ, stupra, & huiusmodi permittitur iudicare: attamẽ licet in se opus malũ est, debemus tamẽ excusare intentionẽ vel occasionẽ mali cogitãdo, forsitan eius magna fuit tẽtatio, & fortè iam dolet. De quo Ber. Cùm video aliquẽ suum proximũ occidere, antequã cultellum extrahat, debeo eum pœnitere ęstimare. Et sic fecit Christus, Io. 11. Dixerũt discipuli: Iudæi voluerunt te lapidare. Respõdit Iesus, Nónne duodecim sunt horæ diei? q.d. Licet fuerũt tũc illius intẽtionis, modò alterius. Secundũ iudiciũ fit ex signis euidẽtibus, vt si quis vidit nudum cum nuda, hoc etiã permittitur. Et sic Salomõ 3. Reg. 3. De euidentib. signis iudicauit meretrices. Tertiũ iudiciũ, quod cõtingit ex leuib. signis, & in hoc iudicio multiplex est gradus. Primus cùm homo timet, ne sequatur malum, & includit pecuniam in cistam, propter securitatẽ, & sic nõ est peccatũ. Aug. Tene certũ, dimitte incertum. Secundus cùm oritur suspicio mali incidẽtaliter nõ ex cõsensu rationis, & sic nõ est mortale. Tertius cùm incipit dubitare de bonitate fratris, & hoc est veniale, & nõ vocatur iudiciũ sed suspicio. Quartus gradus cùm ex talibus leuib. signis firmiter tenet in animo, ꝙ frater sit malus, & hoc pròpriè dicitur iudicium, quia iudiciũ importat firmã sententiã: & sic est de genere peccati mortalis, qa peccatũ mortale est quod cõtrariatur charitati proximi, & ꝙ quis prędicto modo proximũ iudicat, est cõtra fraternã charitatẽ. Verbi gratia: Si aliquis perderet aliquid, & ex leuib. signis proximũ iudicaret furẽ, grauiter peccaret. Ideo Aug. Si suspitiones vitare nõ possumus, quia homines sumus, iudicia tamẽ, i. diffinitiuas sentẽtias cõtinere debemus. Quartũ iudiciũ est de occultis abscõditis cordium. De quibus Iac. 2. Facti estis iudices cogitationũ iniquarũ, cùm dicit Psal. 43. Ipse nouit abscondita cordis. Hoc reprobat saluator Mat. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Ergo peccãt qui dicũt, Ille habet malum cor, superbũ, inuidiosum, cùm etiã Diabolus nesciat cogitationes nisi ex cõiecturis. Quintũ iudiciũ est de futuris, dicẽdo, Ille efficietur adhuc malus. Philo. De futuris cõtingentibus nõ est determinata veritas, nã futura cognoscere est solius Dei. Isa. 41. Annuntiate quę ventura sunt in futurũ, & sciemus quia dij estis vos. Vnde Guliel. Videre futura

vt præ

vt pręsentia, diuinũ est. Nã de futuris debemus habere spem boni. Eccl. 18. A mane vsq; ad vesperã immutabitur tẽpus. Et Eccl. 11. Cõfide autẽ ĩ deo, & mane in loco tuo. Facilè est enim in oculis dei subitò honestare. i. ditare pauperẽ. Sextũ iudiciũ est in mediis, quę indifferẽter possunt bono vel malo animo fieri. De quib. nõ debemus certã sentẽtiã dare, sed ad meliorẽ partẽ interpretari. De hoc dicitur hîc, *Nolite iudicare*. Vbi Aug. Aestimo, ꝙ in hoc præcepit, dubia quæ nescimus quo animo fiãt, in meliorẽ interpretari partẽ. Vt si vides aliquẽ feria sexta comedentẽ, iudica hoc ex infirmitate fieri vel necessitate, Ro. 14. Qui nõ mãducãt, mãducãtem nõ iudicẽt. ¶ Ideo Greg. 11. q. 3. Graue, Graue satis est indecẽs, vt in re dubia certa detur sentẽtia. Septimũ iudiciũ condẽnationis, vbi homo nõ cõtẽtatur iudicio tali, sed incitat alios ad ferẽdũ damnũ, & procedit ad punitionẽ fratris, dicens eum dignũ tali vel tali pœna. Cõtra hoc dicitur: *Nolite condẽnare*, quia est cõtra iustitiæ æquitatẽ, quia dicit lex, neminẽ condemnandum nisi sub duobus vel tribus testibus. Modò tu nõ vidisti factũ, nec habuisti testimoniũ veridicũ, & dãnas. Iob 29. Causam quã nesciebã, diligẽtissimè inuestigaui. Ideo Ber. serm. 40. super Cant. Caue serue Dei alienæ cõuersationis esse curiosus explorator aut temerarius iudex. Etiã si actũ deprehẽdis, nec iudices proximũ, saltẽ excusa intẽtionẽ: si opus nõ potes, puta ignorantiã, puta surreptionem, puta casum: si omnino nõ potes, dic vehemẽs fuit tẽtatio. ¶ Nota, tales iudices peccãt multipliciter. primò in seipso mẽdaciter loquẽdo. licet vera aliquãdo est suspicio & verũ quod iudicat. Quia tñ hominũ cor & intẽtio suę notitię nõ subiacet, ideo nõ pro veritate, sed pro mẽdacio iudicat. Ber. Est qui verũ loquitur & mẽtitur, & est qui mẽdaciũ loquitur, credẽs se verũ dicere. Psal. 5. Perdes omnes qui loquũtur mendaciũ. Secundò, peccat in proximũ quia facit cõtra fraternã charitatẽ. Mat. 22. Diliges proximũ, tuũ, sicut teipsum. Aug. Certum est ꝙ de malo incerto proximũ meũ nõ iudicarẽ, si eum tanquã meipsum diligerẽ, sed defenderẽ & excusarẽ. Sed quia charitatẽ perdidimus, faciliter alterutrum iudicamus: & sic qui iudicat proximum, ostẽdit se à charitate alienum. Tertiò, qui proximũ iudicat, peccat in Deũ, Dei iudicium sibi vsurpãdo, nã occulta cordiũ sibi soli patẽt. 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ patẽt, Deus autẽ intuetur cor. 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. Tu solus nosti corda fi-

liorũ hominum. Ex quó vsurpas tibi iudiciũ, tũc incidis in iudiciũ eius grauiter.Ro.2.In quo alterũ iudicas, teipsum cõdẽnas,eadẽ enim agis quæ iudicas.Existimas autẽ ô homo qui iudicas eos qui talia agũt,& facis ea, quia tu effugies iudiciũ Dei?q.d.nõ:sed vsurpas tibi diuinũ iudiciũ, vt dicit Aug.2.q.1.Nomẽ presbyteri:Vbi habetur ꝙ diuinũ iudiciũ sibi vsurpat qui de occultis iudicat.Dicit enim sic:Nomen presbyteri propterea nõ ausus sum de numero collegarũ eius vel supprimere vel delere,ne diuinę potestati sub cuius examine causa adhuc pẽdet,facere viderer iniuriam, si illius iudiciũ meo vellẽ iudicio præuenire.quod nec in negotiis secularib.iudices faciũt, quãdo ad maiorẽ potestatẽ dubitatio refertur,vt pẽdente relatione aliquid audeãt immutare.Ideo Ro.14.Tu qs es qui iudicas alienũ seruũ?Dño suo stat aut cadit.Propter quod hortatur Apost.1.Cor.4.Nolite ante tẽpus iudicare, quoadusq; veniat dñs qui illuminabit, &c.Nã homo nõ potest seipsum ritè iudicare, vt patet de Petro Mat. 26.Si oportuerit me mori tecũ,& tñ negauit.& Paulus 1.Cor.4. Neq; meipsum iudico. Gl.i.iudicare valeo,cũ me melius cognosco q̃ alter.& subdit:Nihil enim mihi cõscius sum,sed nõ in hoc iustificatus sum.Ideo dicit Aug.Cùm de se nullus verã sentẽtiam audeat dicere, quomodo de alio vult iudicare?Et ideo in Euangelio talis iudicãs assimilatur cæco ductori, cùm dicit,*Nũquid potest cæcus cæcũ ducere? si cæcus cæco ducatũ præstat,nónne ambo in foueã cadũt?* Dicit Hugo super Eccl.Si te non vides, nihil bene vides:si falleris in tui iudicio,qd facies in alieno? Tales sunt vt hastilusores,qui ita ligati sunt quod alios vidẽt,seipsos nõ vidẽt.Ideo talibus dicitur in Euangelio:*Hypocrita,eijce primùm trabẽ de oculo tuo,et tũc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.* Nam talibus dicit.Aug.Magis cogitare debes quid tibi desit,quàm quid tibi assit,vt teipsum humilies, & alios nõ iudices.Propter quod dicit Ber. Si nõ habes huiusmodi substãtiã vt eleemosynã prębeas, si nõ cõstãtiã vt effundas sanguinẽ,caue iudicare proximũ & viues in æternũ,eò ꝙ dicit Chry. Qui iudicat proximũ,raró meretur veniã.Nã in hoc stat summa perfectio,vt visa culpa aliena,cõsideretur propria.Hoc fecit qdã frater,qui portauit põdus arenę ad capitulũ,cùm fuit vocatus ad iudicãdũ fratrẽ. Talis fuit & Iob qui dixit 9.c.Verebar omnia opera mea,sciẽs ꝙ nõ parceres delinquẽti.¶Sed di.Vnde oritur tale iudicium?Respondet

det S.Tho.2.2.q.60.art.2.Primò ex superbia,quia veri humiles æstimãt alios se meliores. Et hoc cõtingit ex tribus. Primò,respicit bonũ in alio,quod non habet in seipso. Secundò, defectũ in seipso,quẽ nõ cognoscit in alio. Tertiò, si cõsiderat nihil tale, tamẽ ex humilitate æstimat aliquod occultũ bonum,quod nõ cognoscit in se. superbi hoc non faciũt.Secũdò oritur ex inuidia,& ꝙ malè afficitur.Chrys. Si quid boni dicitur de inimico, difficilè creditur: si quid mali,facile. Aug.Quia charitatẽ perdidim⁹,faciliter alterutrũ iudicamus. Tertiò, ex propria malitia, cũ quis ex seipso malus & peruersus est.Philoso.4. Ethic. Qualis vnusquisq; est,talia loquitur,& operatur,& ita viuit,nisi alicuius gratia agat.Eccl.10.In via stultus ambulãs cũ ipse insipiẽs sit,oẽs stultos æstimat.Aug.Facilius in alio iudicat, ꝙ quis in seipsum inuenit & sentit.Chry.Omnis homo secũdum seipsum æstimat alterũ,bonus bonũ,malus verò æstimat malũ. Et hoc patet in exẽplo reali, quia apis & aranea locãt se super vnũ florẽ simul & apis succũ quem extrahit, conuertit in mel dulce:sed aranea in venenũ. Sic est de piis & bonis qui oĩa quæ vidẽt & audiũt, cõuertũt in bonũ:sed mali in venenũ,i.in malum interpretantur. Vnde Chry.Sicut difficilè aliquem suspicatur malum,qui bonus est: sic difficilè suspicatur aliquem bonum,qui malus est.

¶ *Dominica quinta post Trinitatem.*

De verbo Dei diligenter audiendo ac fuga seculi. ENAR. I.

C*Vm turbæ irruerent in Iesum*.Luc.5. ¶ In summa Euangelij duo innuuntur. Primò, gloriosa prædicatio Christi. Secundò,miraculosa eius operatio. Primum patet in principio.Secundum,ibi: *Duc in altum*.De primo dicit: *In illo tempore*,scilicet,cùm Christus socrum Simonis sanauit à febribus,& cũ sol occidisset,omnes qui habebãt infirmos ducebant ad Iesum, & curauit eos:post hoc turbæ detinebãt eũ, ne discederet ab his,quibus ait,Quoniam & aliis ciuitatibus oportet me euãgelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. *Et factum est,cùm turba irrueret*,s.se cõprimendo,cum deuotione,*vt audirẽt eũ*,dicit Chrys.Quis discessisset cũ huiusmodi mirabilia faciebat? Quis noluisset aspicere faciem amabilem,quæ ita rutilabat?Quis nollet audire verba gratiosa,quæ etiã inimici laudabãt?Ergo meritò irruebãt turbæ.Non fuerunt scribæ superbi,sapientes,nec pharisæi potentes,non reges,milites,& nobiles.Vnde Apost.1.Corin.1.

Non

Non multi ſapiẽtes ſecũdum carnẽ,non multi potẽtes,non multi nobiles,ſed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit Deus,qui de diuitibus vix vnũ habuit, ſ.Ioſeph ab Atimathia. Nã dicit Aug.Vermis diuitiarũ ſuperbia:nã ſicut auis habẽs multas plumas faciliter volat in altũ,ſic habẽs multas diuitias faciliter ſpernit Dei verbũ,ſe eleuãdo.Vnde Eccl.11.Si fueris diues,nõ eris immunis à peccato.Similiter de ſapientibus vix vnũ habuit,ſ.Nicodemũ,q fuit magiſter in Iſrael. Io.3. Eò ꝙ dicit Apoſt.1.Cor.8.Sciẽtia inflat,charitas verò ædificat.Sicut enim hydropicus tumeſcit ab abũdantia aquæ, ſic ſciẽtiæ humanæ eleuãt hominẽ.Ideo Iſi.de ſum.bo.li.2. Melius eſt ſtudiũ bene viuẽdi,q̃ multa ſciẽdi. Ratio, Iac.4. Sciẽti igitur bonũ facere & nõ faciẽti,peccatũ eſt illi.Item de potentibus vix vnũ habuit,ſ.Centurionẽ,quia tales cõmuniter ſuperbi ſunt paruipẽdentes verbũ Dei.Et de eis po teſt dici illud,2.Reg.1.Mõtes Gelboe,nec ros nec pluuia,i. nec gratia Dei, nec verbi eius ſapiẽtia veniãt ſuper vos:eò quòd ſcribitur,Prou.11. Vbi eſt humilitas, ibi & ſapientia. Ideo dicit Saluator, Mat.11.Cõfitebor tibi pater,quia abſcõdiſti hæc,&c.ꝓpter quod ſimplices *turbæ irruerũt ad Ieſum, vt audirẽt verbũ Dei.* ¶Pro quo ſciẽdum ꝙ verbũ Dei eſt libẽter audiẽdum.Primò,propter honorẽ loquẽtis.Matt.10.Nõ vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.Ideo reuerẽter eſt ſuſcipiendũ ſicut literæ regis.Nam dicit Apoſt.1.Theſ.2. Accepiſtis illud nõ vt verbũ hominũ,ſed ſicut eſt verè verbũ Dei.& Luc.11.Qui vos audit,me audit,ꝓpter quod Iac.1.Suſcipite inſitũ verbũ quod poteſt ſaluare animas veſtras. Secũdò,libẽter eſt audiendũ, propter vitandũ periculũ negligentię.Aug.1.q.1.Interrogo. Non minus reus erit qui verbũ Dei negligenter audierit, quàm qui corpus Chriſti ſua negligentia in terram cadere permiſerit.Idcirco quanta ſolicitudine obſeruamus,quando miniſtrat nobis corpus Chriſti,ne aliquid in terrã cadat: ita de verbo Dei,quia prędicatio plures cõuertit:Ergo non eſt ſpernẽda.Quia ſcribitur Pro.28.Qui declinat aures ſuas ne audiat legẽ,oratio eius erit execrabilis,nec ſpernẽtibus verbũ Dei eſt prædicandũ,vt habetur Mat.7. Nolite ſanctũ dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos,ne fortè cõculcent eas pedibus ſuis.Vbi Chry.Margaritæ ſunt veritatis myſteria incluſa in ꝓfunditate ſcripturarũ,ſicut margaritę incluſę ſunt in cõchis.Iſtæ margaritæ

porcis,

porcis,i.conteptoribus dari non debēt,quia de talibus scri bitur Mat.11.Remissius erit terræ Sodomorū in die iudicij, quàm generationi huic.Ideo Grego.Necesse est vt vacillet lingua,vbi est ægra cōsciētia.Propter quod dictū est Ezec. 3.Linguā tuā adhærere faciā palato,& eris mutus,nec quasi vir obiurgans , quia domus exasperans est , vbi innuitur quòd verbū Dei subtrahitur propter indignitatē audientium. Tertiò,audiendum est verbū Dei propter cōmodum audientiū.Quod est multiplex. Primò,induratū cor mollificat.Secūdò,mollificatū indulcorat. Tertiò,indulcoratum mundificat. Primò,cor induratum mollificat.Vnde Can.5. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Patet 3. Reg. 21. Cùm Achab rex malus indurato corde occidisset Naboth fidelem virū, tollens eius vineā,&c. Misit ad eum dominus Eliā Prophetā, dicēs:Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedēt eū canes:si autē mortuus fuerit in agro, comedēt eum volucres cœli. Igitur nō fuit alter talis sicut Achab qui vænūdatus est vt faceret malū in cōspectu domini. Cùm audisset Achab sermones istos,scidit vestimēta sua,& operuit cilicio carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco,& ambulauit demisso capite,& ait dominus ad Eliā, Nónne vidisti humiliatū Achab corā me? quia igitur humiliatus est mei causa,non inducā malū in diebus eius,sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. Ecce verbum Dei mollificauit cor eius , sicut figuratur in B. Petro qui fleuit in galli cātu.Cātus galli est sermo prædicatoris emolliens cor peccatorū.Vnde Iud.2. Cúmq; loqueretur angelus verba domini,filij Israel fleuerūt. Ideo dicit dominus per Ier. 23.Nunquid nō verba mea sunt quasi ignis,dicit dominus: & quasi malleus conterēs petras?Secūdò,verbū Dei mollificatū cor indulcorat.Est enim verbum Dei māna habēs in se omne delectamētū saporis:quod cognouit Petrus Io.6. Dñe ad quem ibimus?Verba vitæ æternæ habes:dicit Aug. Hanc dulcedinē non sentiūt,qui habēt palatū febre iniquitatis infectum:sunt enim vt serpētes non potētes sustinere odorē bonum & suauē vineæ florentis.De quibus Apost.2. Tim.4.Erit tēpus cùm sanā doctrinā non sustinebūt. Tertiò,cor peccatoris mundicat.Io.15.Iam vos mūdi estis propter sermonē quē locutus sum vobis.Nam dicitur Eccle.1. Fons sapiētiæ verbū Dei in excelsis.Nam sicut in fonte homo lauatur à fœditate, sic per Dei verbū. Et hoc contingit

duplic

dupliciter. Primò,quia verbũ Dei eſt ſpeculum quo homo cognoſcit ſeipſum.De quo Greg.Speculum verbi Dei proponitur,vt in eo tua facies videatur,& ſi maculã cernit,abluit.Ideo Pet.Rauen.Initiũ ſalutis eſt verbũ veritatis,quia cõfert homini ſeipſum cognoſcere,& ſignatur per labium æneũ Moſi.Exo.38. quod fuit de ſpeculis mulierũ. Secũdò, cõtingit ex hoc,quia per verbũ Dei gratia datur per quam homo à peccatis mũdatur.Vnde Pro.14.Doctrina bona dabit gratiam.De qua habetur Act.10.Loquẽte Petro cecidit ſpiritus ſ.ſuper oẽs qui audiebãt verbũ. Propter quod hortatur Gre.ſuper Ezec.di.Omnes qui viã vitæ deſiderãt,verba vitæ audire.Et notãter dicit oẽs, ad deſignãdum literatos & illiteratos. Nã literati nõ debẽt ſe excuſare de priori ſciẽtia,quia dicit Chry.Prius ſcita ex auditu multiplicantur,& Pro.1.Audiẽs ſapiẽs ſapiẽtior erit.Dicit nãque Hier. quòd homini aliquãdo datur gratia in ore alterius quã nõ ſentit in ore proprio, vt patet de S.Aug. Qui conuerſus eſt per prædicationẽ S.Amb.Ideo Iac.1.Sit omnis homo velox ad audiendũ,quia verbũ Dei eſt medicina animæ.Pſal.106. Miſit verbũ ſuũ & ſanauit eos,& Sap.16. Etenim neq; herba neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus dñe ſermo, qui ſanat omnia.¶ Tunc ſubdit: *Et ipſe ſtabat ſecus ſtagnũ Genezareth.* Et eſt locus per quẽ trãſit Iordanis fluuius.Moral.Per illud ſtagnũ intelligitur mũdus,qui dicitur Genezareth,i.generãs auras,quia mũdus generat varios vẽtos tenebrarũ.Vnde Dan.7.Videbã in viſione mea nocte,& ecce quatuor vẽti cœli pugnabãt in mari,i.quatuor tẽtationes flant in hoc mũdo.Prim' vẽtus ab oriẽte eſt tẽtatio ſuperbię à nobilitate generis,qua homines in ſeipſis exaltantur de nobilitate progeniei ſuæ.Cõtra quos dicit Greg. Neſcio quæ & quãta ſit nobilitatis differẽtia,cũ omnibus ſit conceptio & corruptio vna.Nã dicitur 1.Cor.1.Ignobilia & contẽptibilia elegit Deus,vt patet in primo rege Saul,quẽ elegit dñs in regẽ,& fuit inũctus eũ aſinas quæſiuit, & poſt eas iuit.1.Reg. 9.Similiter de rege ſecũdo,ſ.Dauid,quẽ recepit de poſt fœtãtes,1.Reg.16.Similiter de Apoſtolis quos elegit.Ideo Malac.2.Nũquid nõ vnus pater omniũ noſtrũ?nũquid ex eadẽ radice pcedit nobile & ignobile,vt ſpina & roſa?Spina pũgit,roſa odorẽ fundit,& ſic nobiles ſunt qui odorẽ virtutis fundunt,vt dicit Socra.Generoſiſſimus eſt qui optimus eſt, ideo Iudæis gloriantibus de nobilitate generis , reſpondit Ieſus

Iesus,Io.8.Si filij Abrahę estis,opera Abrahæ facite.Nã dicit Chrys. Quid prodest generatio clara quã mores sordidãt?q.d.nihil.Nã habetur in can.44.d.nos.Nos qui præsumus,nõ ex locorũ vel generis dignitate,sed morũ nobilitate innotescere debemus:nec vrbiũ claritate,sed fidei puritate.Ideo Gre.Nulli vnquã de generis nobilitate te proponas:Deus nõ respicit personas hominũ,sed animas,s.iustas & sanctas,Deo obedientiã præstãtes. Nã habetur 1.Reg.2. Qui cõtemnũt me,erũt ignobiles.Secũdus vẽtus procedit à Meridie,& est tẽtatio secũda,quę prouenit de prosperitate. Nã hic vẽtus est dulcis & intoxicatus:& sic elatio prosperitatis est dulcis:sed intoxicat animã. Propter quod dicit Ps. 41.Diuitiæ si affluãt nolite cor apponere.Et ꝙ dicitur,Ecc. 8.Multos perdidit aurũ & argentũ.Aug.Esto in aduersis firmus,in prosperis humilis,& eris cautus.Ratio Gre.Prosperitas aliquãdo datur,vt ad meliorẽ vitã prouocet.Psal.104. Et dedit illis regiones gentiũ,& labores populorũ possederunt,&c.Aliquando,vt in æternũ damnet.Psal.72.Deiecisti eos dũ eleuarẽtur.Diuitiæ enim nõ liberãt à morte,sed iustitia.Ideo Aug. Quid prodest arca diuitiis plena,cũ inanis sit consciẽtia?Tertius vẽtus procedit ab Occidẽte,& est tẽtio carnis quæ tẽdit ad occasum,Psal.43.Propter te mortificamur tota die.Hic vẽtus flat cõtra spiritũ.Gal.5.Caro cõcupiscit aduersus spiritũ.Contra hunc ventũ debes vertere damnationis palliũ.De quo Aug.Parua est cõcubitus hora, pro qua perditur vita æterna. Ideo Apost. Ro.2.Debitores sumus nõ carni vt secũdũ carnẽ viuamus.Si enim secũdũ carnẽ vixeritis,moriemini.Et sequitur illud Gre.Momẽtaneum est quod delectat, &c. Quartus vẽtus venit à Septẽtrionali, & est quarta tentatio quæ procedit à diabolo. De qua 1.Pet.5.Vigilate,quia aduersarius vester diabolus,&c. Hæc est cõmunis.Vnde Innoc.Nemo in hac peregrinatione potest viuere sine tẽtatione,quę procedit à diabolo:nã si tẽtatus est Saluator,amplius peccator.Hi sunt quatuor vẽti,qui nos impugnant in mari huius mũdi. Propterea stare debemus circa stagnũ,i.hunc mundũ, ita ꝙ separati simus ab hoc mũdo animo,licet nõ loco,iuxta illud 1.Cor.7.Qui vtũtur hoc mũdo,sint tãquã nõ vtãtur.Nã stagnũ huius mũdi multa mala infert homini.Primò,turbat.Io.16.In mundo pressuram habebitis, in me autẽ pacem. Nam libenter debet homo fugere locum in quo turbatur & infirmatur.

Aug.

Aug.O amatores mũdi,nõ eſt requies vbi quæritis eã,beatã vitã quæritis in regione mortis: quomoodo ibi eſt beata vita,vbi nec vita?Chryſo. Miſer eſt mundus miſerrimi qui ſequũtur eũ.Secũdò,ardet igne cõcupiſcẽtiæ:quis maneret in domo ardẽti?Io.5.Totus mũdus in maligno poſitus eſt,i. in malo igne.Ioel 1.Ignis comedit ſpecioſa deſerti.Tertiò, fœdat.Chry.Si te delectat mũdus,ſemper es immũdus.Sed immũdi Deo diſplicẽt,& ſic amatores mũdi, Iac.4. Quicũque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituetur.Eccl.13.Qui tetigerit picẽ,inquinabitur ab ea. Quartò,decipit falaciter.Aug.O munde immũde quantos decepiſti?ꝙ̃ multos ſeduxiſti? Mundus facit vt tabernarius qui potatorib' dat de carnib' ſalſis, vt ad potãdũ attrahat, ſed poſtea carè vendat.Eccl.20.Exigua dabit & multa improperabit.Apoſt.18.Quãtũ glorificauit ſe & in delitiis,&c. Ideo amare mundũ eſt amare proditorẽ ſuũ. Aug.Ama ſeculũ & abſorbebit te:amatores ſuos vorare nouit, nõ portare.1.Ioã.1.Nolite diligere mundum.Quia mũdus trãſit & concupiſcẽtia eius.Chry.Sicut difficile eſt arborẽ iuxta viã poſitã vſq; ad maturitatẽ fructus ſeruare, ſic virũ fidelẽ in actibus mũdi viuentẽ viam ſeruare immaculatam. Recede ergo à via,& plãtare in loco ſecreto, vt nec mũdus habeat aliquid tecum cõmune,nec tu cum mundo.¶ Tunc ſubdit: *Vidit duas naues ſtantes,* ſ. ſynagogã & Eccleſiam, *Piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia,* ſ. prædicationis, à rebus & quęſtibus temporalium,ab inani gloria,& à fallaci adulatione,exemplo Apoſtol.1.Theſſ.2. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis,ſicut ſcitis,neque in occaſione auaritiæ,Deus teſtis eſt,nec quęrentes ab hominibus gloriam. *Aſcendens autem in vnam nauim,quæ erat Simonis,* vt populi applauſum declinaret,& populum ſedentem in littore conuenientius doceret. *Rogauit eum:* Ecce humilitas,qui potuit præcipere,rogauit.Theophil.In hoc dedit formã prælatis, vt magis moneant quàm præcipiant, magis eligant amari quàm timeri. *Reducere à terra puſillum,* & ſic prælati ſibi cõmiſſos ad gubernandum ab amore terrenorũ debent abſtrahere.Sed quando per ſe ſedent in terra,quomodo alios poſſunt reducere à terra? *Et ſedens de nauicula docebat turbas:* Chry.Aliquando ſtandò,aliquãdo ſedendo docebat populum.Et hoc innuit diſcretionem doctrinæ.Seſſio ſignificat humilitatem, ſed ſtatio ſignificat zelum iuſtitiæ. Et ſic

præd

prędicatores aliquãdo humiliter & piè debẽt populo annũciare cœlestia regna, promittẽdo bonis æterna gaudia: aliquãdo debẽt se erigere per zelũ iustitiæ cõtra vitia peccatorũ & rebelliones, minãdo illis æternũ suppliciũ, dicendo, Iob 20. Si ascẽderit vsq; ad cœlũ superbia eius, & caput ei' nubes tetigerit, quasi sterquiliniũ in fine perdetur, & q eũ viderant, dicẽt, Vbi est? ❡ Dixi secũdò tãgitur Christi miraculosa operatio di. *Vt autẽ cessauit loqui dixit ad Simonẽ: Duc in altũ, & laxate retia vestra in capturã pisciũ.* Sunt nãq; duplices piscatores, s. dãnationis & saluationis. Primus est diabolus, secũdus prædicator verus: vnus ad coquinam dãnationis, alius ad mẽsam saluationis. Prim' expãdit retia sua. Ps. 140. Cadẽt in retiaculo eius peccatores. Nota diaboli rete est sextuplex. Primũ est rete leuitatis, secũdũ pluralitatis, tertiũ est Dei benignitatis, quartũ exẽplaritatis, quintũ iuuẽtutis, sextũ necessitatis, s. ratione prædestinationis vel pręsciẽtię. Primũ rete leuitatis est qđ diabolus suggerit homini nõ esse tã durũ, sicut prædicatores prædicãt. Vnde dicũt vulgato sermone: diabolus nõ tã horridus est, quẽadmodũ depingitur. Quod est falsum. Vnde Gre. Est enim horrida visio dęmonũ. Et si dãnati nullã aliã pœnã sentirent, maxima esset pœna. Et sic sicut sancti ineffabile habẽt gaudiũ videre Deũ, sic ecõuerso dãnati videre diabolũ. Itẽ dicũt: Infernus non est adeò calidus, sicut dicũt. Cõtra hoc euangeliũ Matt. 25. Ite in ignẽ æternũ. Isa. 31. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorãte? aut quis habitabit ex vobis cũ ardorib' sempiternis? Itẽ dicũt. Non est ita difficile saluari, sicut allegãt prædicatores. Contra hoc Mat. 7. Arcta est via, quę ducit ad vitã. & 1. Pet. 4. Iustus vix saluabitur: & solũ saluantur iusti. Ps. 117. Hæc porta dñi, iusti intrabũt in eã. Et si Christus dixit arcta, quis audet oppositũ prædicare? Et si quis oppositũ prædicaret, non esset prædicator, sed deceptor. Vnde Ber. Christus qui non fallitur, elegit quod carni molestius est, illud ergo magis est, eligendũ. Quisquis aliud docet & suadet, ab illo tanquam à seductore cauendum est. Secundum rete pluralitatis est, quod diabolus suggerit: Quicquid fecisti, alij plura fecerunt & sperant saluari. Item multi faciunt hoc quod tu inuitus faceres: sicut ille sacerdos vel monachus. Respond. Illa excusatio nulla est, quia habetur Lucæ 12. Seruus qui cognouit voluntatem domini, &c. Ex quo sequitur qui sciunt & intelligunt mala, grauius peccãt

& grauius puniētur.Hier. Multitudo sociorũ non finit crimen impunitũ.2.q.2.multi:Nõ minus ardebũt qui cũ multis ardebunt.Sed ecõuerso respicies exẽplũ bonorũ. Ambr. Sanctorũ vita est nobis viuendi norma.Tertiũ rete diaboli est dei benignitas.Et est quod diabol' suggerit. De' mul totiens misericorditer tecũ egit, ibi liberauit te ab illo malo,ibi custodiuit,illa bona dedit.Resp. Hoc totũ fecit tibi, vt ad Deũ cõuertereris,& fructũ bonorũ operũ faceres.Sed quia sterilis es,cõsidera parabolã Lu.13.de ficulnea, vbi dixit dñs:Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructũ in ficulnea hac,& nõ inuenio: Succide ergo illã,vt quid etiã terrã occupat?Mat.7.Arbor quæ nõ facit fructũ, &c.Chry. Quantò maiora beneficia,tantò plus minora iudicia.Sicut enim lignũ aridũ vnctũ cũ pinguedine feruẽtius ardet, sic homo cui multa beneficia exhibẽtur & semper ingratus & sterilis inuenitur,magis ardebit.Idcirco cogita illud Lu.12 Cui multũ datũ est,&c.Gre.Si crescunt dona,crescũt, & rationes donorũ.Quartũ rete exẽplaritatis est quod diabolus suggerit,Magdalena peccauit,Petrus negauit,Paulus persecutor fuit.Et hi oẽs magni sunt in cœlo.Resp.Hi nõ sunt positi in exẽplum peccandi sed pœnitendi. Ber.Maledictus qui peccat in spe.Pro.10.Spes impiorũ peribit:nã boni homines sperãt in Deũ & nunc timent.Aug.Sine meritis non est spes,sed præsumptio.Ps.36.Spera in dño & fac bonum. Ber.Corrige culpã & indulgentiã spera, non est culpa quæ non habet veniã.Quintũ rete iuuentutis est quod diabolus suggerit,Iuuenis es,& adhuc habes tẽpus sufficiens ad pœnitendũ. Resp.Iuuenis moritur , moritur & senex.Ignoras an ad senilẽ ætatem sis peruenturus.Ber. Quid in rebus humanis est certius morte?Gre. Qui pœnitenti veniã spopõdit,diẽ crastinũ nõ promisit.Idem super Ezech.Cõditor noster diẽ mortis incognitũ esse voluit,vt dum ignoratur semper proximus esse credatur. Et tãtò quis feruẽtior debet esse in operatione,quãtò incertior de vocatione. Vnde Lu.12 Estote parati,quia quo hora, &c. ne pœnitendi spe nitaris. Amb.facilius inueni qui seruauit innocentiã, q̃ qui egerit verã pœnitentiã. Sextũ rete necessitatis est quod diabolus suggerit.Si debeo saluari,saluabor:si damnari,dãnabor.Respõ.Qui te creauit sine te,&c.perinde ac si diceret,Cistã nõ claudo,si debeo seruare,seruabo.S.Tho.par.1.q.23.Prædestinatio nõ ponit necessitatẽ bene operãdi in saluãdis: sicut nec

nec præſcientia malè agendi in damnatis, vt patet 23.q.4. Nabuchodonoſor. Vaſis iræ nũquã Deus redderet interitũ, ſi non ſpontaneũ inueniretur homo habere peccatũ. Ergo non neceſſitas, ſed volũtas operatur. Ber. Volũtas hominis eſt origo vitij & virtutis. 1. Theſſ. 4. Non vocauit nos deus ad immunditiã, ſed in ſanctificationẽ. Studeat ergo vnuſquiſq; vas ſuum poſſidere in ſanctificatione. Item alius eſt piſcator, ſ. prædicator. Ier. 16. Ecce ego mittã piſcatores multos, dicit dñs, & piſcabũtur eos. Sed heu poſſunt conqueri illud Euangelicũ: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus*. Nota ꝙ piſcatores nõ capiunt piſces, i. homines. Abac. 1. Facies homines quaſi piſces maris. cauſa aliquãdo eſt ex parte piſcatorum. Primò, quãdo piſcantur in tempore non debito, vt in nocte ignorantiæ, non habentes lumen ſacræ ſcripturæ. 1. Tim. 1. Volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquũtur neq; de quibus affirmãt. Chryſ. Oportet prius ſapientem eſſe, & tunc alios ad lumẽ ſapientiæ adducere. Vel ſic: In nocte, i. in peccato mortali. Et tales nihil capiunt, quia nullũ meritũ vitæ ſibi acquirunt. Ioã. 9. Veniet nox, quãdo nemo poteſt operari. Secũdò, quando piſcantur in loco non profundo, ſed in arena, i. acquiſitione terrenorũ. Eccl. 5. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Aliqui piſcantur in ſupremo, id eſt, in aere. Iſa. 59. Telas araneæ texuerunt. Illi capiunt muſcas, id eſt, vanã gloriã, quæ citò euolant, mentem fœdant. Aliqui in alto, ſ. propter regnũ Dei, Dan. 12. Qui ad iuſtitiam erudiunt, &c. Tertiò, quando piſcantur cum inſtrumento non congruo, vt cum retibus confractis. Illi retia frangunt, qui verbo prædicant, & malè viuẽdo lacerant. Gre. Vt ſeruetur veritas prædicãdi, neceſſe eſt vt ſeruetur vita bene viuendi. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. ¶ Nota, piſces nõ capiuntur. Primò, quia nimis aſtuti, ſecũdò, nimis magni, tertiò, nimis lubrici, quartò, quia nimis parui. Item ſicut quidam piſces ex aſtutia euadũt, ſic homines ex aſtutia ſe excuſantes, vt ſuperbi, &c. Iob. 5. Apprehendit ſapientes in aſtutia eorũ. Licet tales in vita nõ permittãt ſe capere, in morte tamen capientur à diabolo, Mar. 5. Eſto conſentiens, &c. Secũdò, nimis magni piſces rumpunt retia, i. excedũt præcepta. 1. Cor. 1. Videte vocationem veſtrã fratres, quia nõ multi ſapiẽtes ſecũdum carnẽ, non multi potẽtes, non multi nobiles, &c. Tertiò, quãdo nimis ſunt lubrici, vt

anguillæ.& sic peccatores peccãtes ex consuetudine. Thre. 4.Lubricauerũt vestigia nostra itinere platearũ nostrarum appropinquauit finis noster. Nã sicut in via lubrica homo mouetur de parte in partem,sic in cõsuetudine vitiorũ homo cadit de peccato in peccatũ.De talibus dicit Gre. Difficilè surgũt,quos moles malæ cõsuetudinis premit.De quo Ier.13.Si mutare potest Aethiops pellem suã,aut pardus varietates suas:vos poteritis benefacere cùm didiceritis malũ.Quartò,quãdo sunt nimis parui pisces, tunc prosiliunt rete:& sic pusillanimes & timidi.De quibus Iob 6. Qui timent pruinam,irruet super eos nix, id est, qui timent pœnã paruam,magnam sustinebunt, nam talis timor pigrum deiicit. Vnde Eccl.11. Qui obseruat ventum, non seminat, id est, qui pusillanimis est animo,non agit opera bona.

¶ *Omnia relinquenda esse propter Dei amorẽ.* ENARRATIO II.

R*Elictis omnibus secuti sunt eum*.Lu.5.¶In summa verborum duo notantur.Primò,perfecta mũdi abrenũciatio, ibi, *Relictis*.Secũdò,salutiferæ Christi imitatio, ibi:*Secuti sunt eũ*. De primo dicit,*Relictis omnibus*. Ber.Non inutilis cõmutatio pro Christo omnia reliquisse.Cùm enim cũ eo donantur omnia vbi & apprehẽderis eũ, erit vnus ipse omnia in omnibus,1.Cor.15.Ideo Aug.Diues est Christiana religio,quę in omniũ possessore omnia possidet.Ideo discipuli perpẽdẽtes hoc,omnia reliquerũt: sic nos.Gre.Regnum Dei nõ habet æstimationẽ precij. Lu.14. Qui nõ renunciat omnibus, &c. Vnde relinquere debemus primò omnia impedĩetia,s.amorem ad tẽporalia,quia illa valde impediunt. Lu.18. Quàm difficilè qui pecunias habent,in regnũ Dei intrabunt. Mat. 6.Non potestis Deo seruire & mãmonæ.Ille seruit mammonæ,qui plus solicitus est & diligit temporalia, q̃ animæ salutem.Eccl.10. Nihil est iniquius quàm amare pecuniã.Ibidem, Auaro nihil est scelestius. Hic enim & animam suam venalẽ habet.Aug.Talis est vnusquisq;,qualis est sua dilectio; si terrã amas,terra es,&c. Beda, Consideremus fratres vt ita possideamus terrena,vt mente ad cœlestia tendamus. Ideo Prou.23.Noli laborare vt diteris,de cõse.d.5. Nũquid de manu:Non tam propter victus necessaria est laborandũ, q̃ propter animæ salutem,non vt animal brutum. Secundò omnia retrahentia, vt est amor mundi. Iac.4. Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, &c.Gal.1. Si adhuc hominibus placerem,&c.Gre.Facilè mundum despicimus,

si ea

si ea quæ in mundo sunt consideramus. Aliquādo nos mundus retrahit: adeo enim est plenus nunc tantis malis vt inuitet nos ad Deum. Primùm est deceptio. Augu. O munde immunde quantos decepisti? quantos seduxisti? Mundus facit vt tabernarius, qui dat hospitibus carnes salsas, vt postea potent melius & carè soluant. Eccl. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Apoc. 18. Quātum glorificauit se & in delitiis, &c. 1. Io. 2 Nolite diligere mundū. Nam amare mundum, est amare proditorem suum. Aug. Ama seculū, & absorbebit te. Iob 21. Ducunt in bonis dies suos. 1. Io. 5. Totus iste mūdus in maligno positus est. Secūdò, inquietatio. Io. 16. In mundo pressurā habebitis, &c. Aug. O amatores mūdi nō est requies vbi eā requiritis. Beatam vitā quęritis in regione mortis. Quomodo ibi beata vita, vbi nec vita? Chrys. Miser est mundus, miserrimi qui eū sequūtur. Gre. Si bonū diligitur, in cœlestibus inuenitur: si malum metuitur, in æternum omnibus præponitur. Hug. Nihil in mundo gratis datur, sed carè emitur. Tertiò, omnia mediātia, vt est amor amicorum, Matt. 10. Qui amat patrem aut matrem plus q̃ me, non est me dignus. Aug. Amandus est genitor, præponendus est creator. Ber. Charitas destruit charitatem. Deu. 33. Qui dixerit patri suo vel matri suæ, Nescio vos, &c. Hi custodierunt eloquium tuum. Lu. 9. Nemo mittens manum suam, &c. Quartò, omnia ad malum attrahentia, vt amor proprius. Mat. 16. Si quis vult venire post me, &c. Gl. Matt. 4. Perfecta est conuersio, vbi carnalis rumpitur dilectio. Rom. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. 2. Timot. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, &c. Quintò, omnia ponderantia, vt sarcina peccatorum. Heb. 12. Deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum. Greg. Nulla bona acceptantur, quæ malorum admixtione maculantur. Eccle. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

¶ Dominica sexta post Trinitatem.

De iustitia cuilibet Christiano homini necessaria, vitandóque iuramento.

ENARRATIO I.

N*isi abūdauerit iustitia vestra plus quàm Scribarū & Pharisæorū, non intrabitis in regnū cœlorum.* Mat. 5. ¶ In summa Euangelij tria innuūtur. Primò, docet nos iustitiæ perfectionem. Secūdò, iracundiæ refrenationem. Tertiò, concordiæ procurationem. Primum patet in principio. Secundum, ibi:

Audistis quia. Tertiũ ibi, *Si offers munus.* De primo dicit, *In illo tẽpore*, s. cùm Iesus prædicauit in monte, & docuit omnẽ per fectionẽ, inter cætera dixit: *Amẽ dico vobis*, i. verè. Et hoc est iuramentũ Christi. Heb. 6. Homines enim per maiorẽ sui iurant. Sed Christus non habuit se maiorẽ, sed fuit veritas & vita. Io. 14. Idcirco iurauit per veritatẽ, dicens *Amen.* Sed diceres: Tamen iuramentũ inhibitũ est, Mat. 5. Ego autẽ di co vobis, non iurare omnino, &c. Sequitur: Sit autẽ sermo vester est est, non non. Resp. Aug 2.2.q.1. In nouo. In nouo testamento dictũ est, ne omnino iuremus. Quod mihi quidẽ propterea dictũ videtur, non quia iurare peccatũ est, sed quia periurare: & sic nõ prohibetur propter se, sed propter illud quod inde sequitur, s. consuetudo & delectatio. Nam dum vsus iuramenti habetur, de facili periuriũ incurritur. Nã dicit S. Tho. 2.2.q.89.art.2. Quòd iurare secundũ se nõ est malũ, sed à malo, quia ab infirmitate illius & increduli tate illius à quo quis cõpellitur ad iuramentũ. Dicit enim Chry. 2.2.q.5. Iuramenti. Iuramenti huius causa est, quia o- nis q iurat, ad hoc iurat, vt quod verũ est loquatur: si falsum tunc causatur periuriũ. Ideo Chrys. 2.2.q.5. qui periurare: Qui periurare paratus est, antequã periuret, iã periurus videtur. Quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitatio nibus & ex corde tantũ. Nã iuramẽtũ requirit tres comites. Iere. 4. Et iurabis, viuit dñs, in veritate & in iudicio, & in iu stitia, & benedicent eũ gentes, ipsũmq; laudabunt. Et dicit Hier. Veritas iuramenti est vbi non aliud sentitur corde q̃ ore. Iudiciũ, cùm non propria temeritate, sed cõpulsus quis iurat: iustitia, quando licitũ est & iustũ quod iuratur. Et di- cit, *Nisi iustitia vestra, &c.* Vnde hoc euangeliũ bene sequitur præcedens: vbi dictũ est ꝙ studiosè debemus audire verbũ Dei, exẽplo turbarũ, quę irruerant ad Iesum, vt audirent il lũ. Hîc verò ponit rationẽ audiendi verbũ Dei, s. propter iu stificari. Nã à nullo homo ita mouetur ad iustitiam, sicut à Dei verbo, vt dicit Hugo: Nihil à peccato sic reuocat & ad omnẽ iustitiã animã præparat, sicut verbum dei. ❡ Pro quo sciendũ, ꝙ iustitia cõmendatur à natura & scriptura: Primò, natura tripliciter commendat iustitiam. Primò in recti tudine, quã dedit corpori humano. Nam Deus creauit hominem rectũ, ad designandum ꝙ habeat inclinationem ad rectitudinem iustitiæ. Vnde Ouid. lib. 1. Metamor.

Pronáque cùm spectent animalia cætera terram,

Os hom

Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad cœlū tollere vultus. Vnde Ber. super Can. Rectus dn̄s Deus, & nō est iniquitas in eo. Rectus itaq; dominus hominē rectè fecit. Nā dominus dedit homini rectā staturā: vt ista corporea rectitudo exterioris hominis, hominem interiorē qui ad imaginē Dei factus est, spiritualis suę rectitudinis seruādæ admoneret: & decor limi deformitatē argueret animi. Idē: Quid indecentius quàm curuum recto corpore gerere animū? Secundò, natura cōmendat iustitiā, quia ea quæ iustitiæ sunt pro magna parte naturaliter in corde hominis scripta sunt. Aug. Furtū certè punit lex tua domine scripta in hominū corde, quā nec ipsa quidē delet iniquitas. Quis enim fur æquo animo furē patitur? Ideo Cicero 1. Rheto. Initiū iustitiæ à natura prouectū, deinde quidā in cōsuetudinē ex vtilitatis ratione venerūt. Naturæ ius est quod non opinio gerit, sed innata vis instituit. Tertiò, quia natura docet bruta animalia quæ ad iustitiā pertinēt, innocentiā, cōcordiam, pietatem. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Secundò, scriptura cōmendat iustitiā. Primò, ad iustitiam nos exhortādo. Psal. 4. Sacrificate sacrificiū, &c. Eccl. 14. Ante obitū tuū operare iustitiā, quia nō est apud inferos inuenire cibū, quia est virtus multū Deo grata. Psal. 50. Acceptabis sacrificiū iustitię. Prou. 16. Initiū vitę bonę facere iustitiā, accepta est apud Deū magis quàm immolare hostias. Act. 10. In omni gēte qui timet Deū, operatur iustitiā, acceptus est illi. Ps. 10. Iustus dominus & iu. di. Prou. 15. Qui sequitur iustitiā diligitur à Deo. Chrys. 40. di. quicūq;. Nō qui maior iustior, sed qui iustior corā deo maior, ecōtrario iniustitia multū displicet, Deu. 25. Nō habebis in sacculo diuersa pōdera, &c. Abominabitur enim dn̄s eū qui facit hęc, & aduersatur omnē iniustitiā. Ideo iustitia expressè nominatur inter illa quatuor quib. nihil vtilius. Sap. 8 Sobrietatē enim & prudētiā docet & iustitiā & virtutē, quib. vtilius nihil est in vita hominib. Prou. 16. Initiū vitę bonæ est facere iustitiā: vnde iustitia necessaria est homini in vita, in morte & post mortē: in vita pręsenti primò, qa à malo custodit. Dan. 6. deus meus misit angelū suū, & cōclusit ora leonū, & nō nocuerūt, mihi, qa corā eo iustitia inuēta est in me. Secūdò, bona tēporalia tribuit, Sap. 8. Et si iustitiā qs diligit, labores huius, s. sapiētiæ, magnas habēt virtutes. Eccl. 20. Qui operatur iustitiā, ipse exaltabitur. Ps. 36,

Nõ vidi iuſtũ dereliɥũ,&c.ecõtrario dicit Pſ. 106. Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt,vnde omne malũ euenit.Eccl.10.Regnũ à gẽte in gentẽ trãſfertur propter iniuſtitias.Tertiò,à malo culpę defendit.Eph.6.Induti loricã iuſtitię.Quartò,iuſtitia homini pacẽ dat.Pſ.84.Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.Cypr. Quæq; bona in regno operatur iuſtitia,nullũ enim regnũ poteſt ſuſtineri ſine iuſtitia.Iſa.32.Erit opus iuſtitiæ pax.Pſ.84.Iuſtitia ante eũ ambulabit. Sed eſt iuſtitia neceſſaria in morte.Sap.4.Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.Secũdò ecõtrario virũ iniuſtum,vt dicit Pſ.139.Mala capiẽt in interitu.Ideo Prou.14. Sperat iuſtus in morte ſua.Tertiò, iuſtitia eſt neceſſaria in futuro,& maximè in illo diſtricto iudicio,vbi iuſtitia dei iudicabit.Pſ.74.Cùm accepero tẽpus,ego iuſtitias iudicabo. Gen.30.Reſpõdebit mihi cras iuſtitia mea.Prou.11.Nõ proderũt diuitiæ in die vltionis,iuſtitia autẽ liberabit à morte. Difficile enim erit iniuſto homini.Pſ.5.Neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos.Ro.1.Reuelatur ira dei de cœlo ſuper omnẽ impietatẽ & iniuſtitiã hominũ eorũ,qui veritatẽ dei in iniuſtitia detinẽt.Pſ.36.Iniuſti puniẽtur,& ſemẽ impiorũ peribit.Ideo Sap.1.Diligite iuſtitiã qui iudicatis terrã.Dicit nanq; Greg.12.q.2.cùm deuotiſſimã, &c. ſi ſeculi: Summũ in reb.bonũ eſt iuſtitiã colere,ac ſua cuiq; iura ſeruare,& in ſubiectos nõ ſinere qđ poteſtatis eſt fieri , ſed qđ æquũ eſt fieri & cuſtodiri.Dicit nãq; Amb.lib.de offi. Nũquã iuſtus ſolus eſt,quãdo cũ Deo ſemper eſt. Nã ſemꝑ cũ deo eſt,ſiue in negotio,ſiue in merito,quaſi qui moritur viuit,quaſi triſtis lętus eſt,quaſi egenus diues eſt,quia nõ caduca bona ſed æterna cõſiderat.Aug.Si iuſtus eſſem,nõ timerẽ.Prou.10.Expectatio iuſtorũ lætitia. ¶ Nã iuſtitia propinqua eſt mercedi,benedictioni,& ęternæ ſaluti.Primò,eſt propinqua mercedi.Prou.11.Seminãti iuſtitiã merces fidelis.Pſ.17.Retribuet mihi dñs ſecũdũ iuſtitiã meã. Nã iuſtorũ animę in manu Dei ſunt Sap. 5.In manu,i.in protectione Dei ſunt,& nõ tãget illos tormentũ malitiæ.Secũdò iuſtitię eſt propinqua benedictio.Pſal. 5. Quoniã tu benedices iuſto.Prou.10. Benedictio dñi ſuper caput iuſti. Nam talibus dicet:Venite benedicti.Tertiò iuſtitia propinqua eſt ſaluti Ecc.30.Salus animę in ſanctitate iuſtitię.Ideo:Beati qui cuſtodiũt iudiciũ & faciunt iuſtitiã in omni tẽpore. Pſal.105. Vnde Ber.Iuſtitia docet hominẽ rectè ordinare ad ſeipſum,

rectè ad proximũ, & rectè ad deũ:quia iustitia est virtus tribuẽs vnicuiq; quod suũ est. Primò rectè ordinat ad seipsũ, s. vt in prætorio mentis se rectè iudicet in propriis operib. Aug. Ascẽdat homo tribunal mẽtis suæ, sit cogitatio accusatrix, consciẽtia testis, carnifex dolor cordis, inde sanguis animæ per lachrymas fluat, deinde sententia proferatur vt homo iudicet se indignũ participatione corporis & sanguinis dñi. Puniat homo in seipso peccatũ, & nõ punietur pro peccato: sit homo punitor, deus erit defensor. Tũc potest dicere cum Ps. Feci iudiciũ & iustitiã, nõ tradas me calũniantibus me. Ps. 118. Secũdò, ordine hominẽ ad proximũ rectè, quia secundũ Senecã, duo faciũt hominẽ iustũ erga proximũ, s. omnib. prodesse, & nulli nocere. ¶ Violatur autem illa iustitia ad proximũ in tribus, in corde per rancorem, in ore per famæ maculationẽ, in opere per corporalẽ læsionem: & de his dicit, *si quis irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* q.d. in hoc violas iustitiã quam debes exhibere ꝓximo. Nã dicit Cassiodo. super Psal. Iusti cũ aliis iurgia nõ habent: sed cũ seipsis. Nã vera iustitia proximo nõ nocet, sed nocẽtes prohibet, vt dicit Tullius. Si iustus es, nõ solùm non noceas, sed etiã nocẽtes prohibeas. Tertiò, iustitia rectè ordinat hominẽ quoad Deũ, qa dicit Hier. Iustitia nihil aliud est, quàm nõ peccare, & non peccare est Dei præcepta seruare, & hic est debitus ordo quoad Deũ: quia scribitur Prou. 15. Mẽs iusti meditabitur obedientiã, s. Deo præstandã, s. bonũ facere, & malum propter deũ dimittere. Nã secundũ Aug. duę sunt species iustitiæ, s. declinare à malo, & facere bonũ. ¶ Vnde hoc opus iustitiæ abundãtius debet esse in nobis, quàm in Scribis & Pharisæis, in trib. Primò ratione donationis, qa plura dedit nobis bona, q̃ illis: quia illis dedit tantũ beneficia creationis & sustentationis, nobis verò beneficiũ incarnationis, passionis & redemptionis: illis dedit manna de cœlo, nobis corpus suum: illis dedit aquam de petra, nobis verò sanguinẽ & aquam de latere. Illos liberauit de Aegypto, nos de inferno. Luc. 12. Cui multũ datũ est, multũ quęretur ab eo. Greg. Si crescũt dona, crescũt rationes donorũ. Tantò igitur prõptior ad seruiendũ Deo quiuis debet esse ex munere, quãtò se obligatiorẽ cõspicit in reddẽda ratione: tantũ enim ab vnoquoq; exiget vẽturus iudex, quantũ dedit. O quàm multa bona nobis fecit! Ber. Conceptio mea immũda, vita misera, mors periculosa. Ideo conceptio tua

mundet meã,resurrectio tua præcedat, ascensio tua præparet meã,spiritus tuus adiuuet infirmitatẽ meã:ideo nostra iustitia debet esse abũdantior & latior, non in ore tantùm, sed in opere.Isid.Vera doctrina est operib.cõfirmãda.Act.1. Cœpit Iesus facere & docere.& Mat.5.Qui fecerit & docuerit,&c.Isid.de summo bono:Qui bene docet & malè viuit, sagittã cõtra se mittit,qua se occidit:de qua occisione spirituali. dicitur Mat.5.Si nõ dimiseritis hominib.nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.& Eccl.18.Homo homini reseruat irã,& à Deo quærit medelam.In hominẽ similem sibi nõ habet misericordiã, & de peccatis suis deprecatur. q.d.Multũ absurdũ & incõueniens est hoc & impossibile Et hoc difficile est quò ad amicos.Aug.Diligere inimicos grãdis labor est in hoc seculo,grãdius est præmiũ in cælo.Ideo S.Tho.2.2.q.27. Quãtò actus difficilior difficultate operis non negligẽtiæ & cõsuetudinis,tantò magis meritorius,& sic est dilectio inimici.Aug. Nõ est magnũ circa eum qui tibi nihil mali fecit,esse beneuolũ, sed circa inimicũ. Item Aug.Qui dilexerit inimicos,hic erit Dei amicus.Mat.5.Diligite inimicos vestros, &c. vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est.Chrys.Filius assimilatur patri. Idẽ:Nihil est quod causat in nobis ita Dei similitudinẽ,sicut inimicis esse placabilẽ.¦Secũdò,ratione promissionis.Primò, bona terræ.Ps. 104.Dedit illis regiones gentium,& labores populorũ possederunt.Isa.1.Si audieritis me,bona terræ comedetis:nobis autẽ regnũ cœlorum.Mat.6.Pœnitentiã agite, &c. Secundò,vitã terrenam.Deut.5.Facite quæ præcepit dominus vt viuatis Leu.18. Custodite leges meas atq; iudicia , quæ faciẽs homo,viuet in eis,nobis autem vitam æternã.Matt. 19.Omnis qui reliquerit patrem aut matrem , &c. Tertiò, pax temporalis.Leui.26.Si in præceptis meis,&c.

¶*De ira ac iracundia.Item de munere ad sacram aram non offerendo, fratre irreconciliato.* ENARRATIO II.

A*Vdistis,quia dictum est antiquis, Non occides:qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis,Quia omnis qui irascitur fratri suo,reus erit iudicio,*Mat.5. ¶Ista est secunda pars principalis istius Euãgelij,in qua(vt dixi)docet iracũdiç frenationẽ.Et iracũdia consistit in tribus,s.in corde, ore,& opere.De iracundia cordis dicitur in textu:*Omnis qui irascitur fratri suo*,s. in corde,*reus erit iudicio*.Sed di.Vtrũ Christus hîc inhibuit omnẽ irã?Resp.quod non:quia quçdã ira est bona & licita,quædã venialis,

venialis,quædã verò mortalis.Pro quo sciẽdum ꝙ ira octo modis fit,quãdo homo irascitur super peccatũ propriũ vel alienũ,in eo quod fecit cõtra deũ,illa est laudabilis,de qua Psal.4.Irascimini & nolite pec.Eccle.6.Melior est ira risu, quia ꝑ tristitiã vultus corrigitur animus delinquẽtis.Cõtra quod faciunt adulatores, qui laudãt mala in proximis, vel ridẽt de eis,quæ sunt cõtra honorẽ dei & salutẽ animarum.Et tales faciũt se participes omnium malorũ illorum. de quo Ro.1.Nõ solùm qui ea faciunt, sed etiã qui cõsentiũt faciẽtibus, digni sunt morte:nã peccato fratris semper est irascẽdum,quia hęc est ira per zelũ.De qua Aug.Fratri nõ irascitur , quia peccato fratris irascitur, & sic Elias est iratus cõtra sacerdotes idolorum Baal. 1.Reg.18. Similiter Matathias cõtra cultores idolorũ.1. Machab.2.sic & Christus cõtra emẽtes & vẽdentes in templo.Io.2.Sic & Moses cõtra idololatriã quã fecerunt filij Israel,cùm vitulo cõflatili iratus est adeò,ꝙ viginti tria millia hominum occidit. Et hæc ira est laudabilis,quia est signũ ꝙ sunt filij dei,quia nõ possunt sustinere iniuriã dei.Dicit enim Chry.Si ira per zelum nõ fuerit,nec doctrina proficit,nec iudicia stãt, nec crimina cõpescuntur.Et subdit Chry.Nõ irasci vbi irascẽdum est,peccatũ peccato addere est.Secunda ira est tolerabilis , quando subitò & sine deliberatione rationis & citò trãsit,& hæc est venialis.Sed tertia ira est,quando quis irascitur & in modico se vult vindicare,cùm etiã posset se vindicare in magno, & nõ vult propter deum:talis ira & cõmotio propter paruitatẽ vindictæ potest solùm esse peccatum veniale,vt trahendo puerum per crines.Quarta est ira,cùm quis irascitur in seipso & impatiens efficitur : & tamen in nullo vult vindicari,nec verbo,nec facto ostendere.Et hæc quandoque contingit ex naturali cõmotione, & sic est veniale peccatum.Vnde Cassiod.Venialis ira est quæ non ducitur ad effectũ. Quinta ira est,cùm quis irascitur cum deliberatione & consensu rationis,& in animo cogitat quomodo se posset vindicare,licet hoc non ostẽdat.Et talis ira deliberata , est peccatum mortale.Et taliter irascens quis, *reus erit iudicio*,quia dignus est vt ad iudicium dei citetur. Et qualiter illud præceptũ, Diliges proximũ tuum sicut teipsum,seruauit,requiretur ab eo.Hęc ira turbat spiritussancti hospitiũ. De quo Greg.Dum ira animum pulsat, spiritussancti hospitiũ turbat, potissimùm quãdo petit vindictam

non

nõ propter iuſtitiã vel demeritũ, ſed ſolùm in vltionem,& præter iuſtitiã,& plus quã demeruit,ordine debito prætermiſſo.De hac ita habetur Iob 5.Virũ ſtultũ interficit iracundia,& Iacob.1.Ira viri iuſtitiã Dei non operatur. Sexta ira eſt,quãdo nõ ſolũ in corde tenetur,ſed etiã per ſigna exteriora oſtẽditur,vt qui nõ vult loqui cũ proximo, vel auertit faciẽ,vel reſpicit eũ toruo vultu.Et quãdo debet obuiare alicui,tũc per aliã plateã vadit,vel oculos inclinat ne eũ inſpiciat,& talis reus erit cõſilio.De quo textus: *Qui dixerit fratri ſuo Racha,reus erit conſilio.*Racha ſecũdũ Remigiũ,eſt interiectio indignãtis:conſiliũ autẽ ęquitatis eſt,quod eadem menſura remetietur eis, ſicut ipſi proximis ſuis ſigna iræ oſtẽderũt.Sic Chriſtus,Maria,& omnes ſancti oſtẽdẽt iram indignationis eius ipſis:Chriſtus oſtẽdet eis iram ſuam, ꝙ nunquã eum lætè videbũt,& nunquã eis miſerebitur. Maria & omnes ſancti oſtendẽt eis iram quod non orabũt pro eis.Iuxta illud,Ier.7.Noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudẽ & orationẽ,& nõ obſiſtas mihi, quia nõ exaudiã te:nã tales non habebunt ſuffragiũ ſanctorũ, vt patet in diuite,Luc.16.Qui petiuit guttã aquæ & nõ obtinuit: nec habebunt auxiliũ ſanctorũ angelorum,quia angeli exibunt & ſeparabunt malos de medio iuſtorum,& mittẽt eos in caminum ignis,&c.Mat.13. Iob 36.Non te ſuperet ira, vt aliquẽ vi opprimas.& Ephe.4.Sol non occidat ſuper iracũdiam veſtrã.Similiter Leu.18.Non quæras vltionẽ,nec memor eris iniurię ciuium tuorũ,quia dicitur Prou.27.Graue eſt ſaxum & oneroſa arena,ſed ira ſtulti vtroq; grauior, & Prou.26. Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignẽ, ſic vir iracundas ſuſcitat rixas.Septima ira eſt, quãdo non ſolùm oſtẽditur ſignis, ſed etiam exprimitur verbis & vituperiis, talis *erit reus gehẽnæ ignis.* Vnde dicitur *hîc:Qui autem dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis.* ſi talis reus eſt qui dicit fatue, proximo ſuo eũ confundẽdo,cuius tũc reus erit ille qui dicit aliquem innocentem furem latronem,& nequã ex ira & clamore vt ab aliis audiatur & coram eis cõfundatur talis reus eſt,& iuſtitia Dei requirit hoc, vt eadẽ mẽſura remetiatur ei,ſ.ꝙ deus abiiciat eũ in profundũ corã ſanctis & angelis dei,ſicut ipſe cõfundit ꝓximũ:& ſicut ipſe maledixit aliis,ſic incurret maledictionẽ ęternã, audiẽs cũ maledictis illud Mat.25.Ite maledicti,&c.Qui autẽ innocẽs & ſuſtinet patiẽter maledictionẽ ꝓpter Deũ,huic deus cõuertet male-

diction

dictionē in benedictionē. Ps.108. Maledicēt illi & tu benedices, de quo Aug. Qui iustus est & iniustè maledicetur, prę miū ei cū maledictione reddetur. Matt.5. Beati estis cū maledixerint vobis homines, &c. Quoniā merces vestra copiosa est in cœlis. De tali ira scribitur Eccle.7. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Reuera stulti, quia ira oculū rationis excæcat. Ps.6. Turbatus est à furore oculus meus. Gre. Dū ira animū pulsat, mēbra trepidāt, oculos inflāmat, notos nō noscere facit, ore clamat, sed intus ꝙ loquitur ignorat. Sicut eñ olla bulliēs pinguia cū fecibus emittit: sic iracundus cū veris falsa promit. Vnde Cat. Impedit ira, &c. Ira facit hominē præcipitari in foueā peccati. Pro.29. Vir iracūdus prouocat rixas: & qui ad indignādū facilis est, erit ad peccandū procliuior. Aug. Iracūdia est multorū vitiorū ianua, qua clausa virtutibꝰ dabitur requies: qua aperta ad omne facinus homo erit pronus. Octaua ira est quæ ꝓcedit ad factū & opus malū contra proximū, sicut percutere, vulnerare, vel occidere, vel minas imponere, cōtra Deū & cōtra iustitiā, & hoc est valdè magnū peccatum: quia occidere proximū vel effundere sanguinē innocētem est peccatū, de quatuor in cęlū clamātibus. Gen.4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, nunc igitur maledictus eris super terrā, &c. Cū operatus fueris eā nō dabit tibi fructus suos. Hîc habes ꝙ terra est maledicta quæ sanguinē innocentē suscepit, & qui innocentē sanguinē fudit cōtra Deū & iustitiā: ergo quicunq; ex ira vel vindicta lædit vel percutit proximū vel vulnerat, peccat mortaliter, tóties quoties. ¶ Dixi, tertiò docet cōcordiæ procurationē, ibi: *Si offers munus tuum* pro quo sciēdū triplex est munus, s. à corde, ab ore, & ab opere. Primū munus est à corde, & est in Deū amor & dilectio. Illud summè placet Deo, quia sine illo nō placēt verba ꝑ gratiarū actionē, nec corpora ꝑ mortificationē, nec res per eleemosynā, vt patet Luc.18. de Pharisæo, q̄ gratias egit, di. Ieiuno bis in sabbatho, &c. Ieiunauit corpꝰ castigādo, res in decimas dedit, nec ꝓfuit ei, quia nō obtulit Deo munus cordis, s. dilectionē. De qua Hilar. Frustra est oīs operatio, nisi dño Deo impendatur dilectio. Altare autē ad quod offerendū est hoc munus est altitudo trinit. de qua Exo.20. Nō ascēdas ꝑ gradus ad altare meū, i. nō dicas patrē maiorē filio diuinitate, vt Arrius, quia dicit Athan. Qualis pater, talis filius, talis spiritussan. immensus

pater,

pater,immēſus filius,immēſus ſpiritus. Secundum munus quod offertur deo,eſt ab ore,vt oratio,de qua Pſ.140. Dirigatur oratio mea ſicut incēſum,&c. Sed altare eſt Chriſtus. Nā per ipſum offerimus orationes deo patri. Io.16. Si quid petieritis patrē in nomine meo,dabit vobis. De hoc altari dicitur Exo.22. Altare de terra facietis mihi. Sed ſi nō habes recōciliationē fratris, illud munus non acceptatur. De quo Iſi. Sicut nō proficit medicamētū,vbi ferrū eſt in vulnere:ſic nec oratio,vbi dolus eſt in mēte. Tertiū munus eſt à manu ſiue ab opere,ſ.eleemoſyna, ſed altare eſt cor noſtrū,cū īmolamꝰ cū recta intētionē. De qua Mat.6. Neſciat ſiniſtra tua,&c. De quo altari habetur Exo.27. Facies & altare de lignis ſethim incorruptibilib. & ſic cor noſtrū nō debet fœtore corrūpi malæ intētionis. Quia dicit Ber. Vitioſa intētio vitioſam facit animā:neq; hoc munus eleemoſynarum deus accipit ſine recōciliatione fratris. Ideo Chry. Vide miſericordiā dei quæ plus reſpicit hominū volūtatem, quàm ſuum honorē:plus diligit concordiā hominū, quàm munera. Vnde Gre. Nullū munus acceptatur, vbi cōcordia ab animo repellitur. Sed di. Eſt ne modus recōciliandi? Reſpon. Chryſ. Si cogitatu offendiſti,cogitatu reconciliare:ſi verbis,verbis reconciliare:ſi factis,factis reconciliare. Niſi enim fratrem quē læſiſti factis placaueris, ſine cauſa oras deū:ſine cauſa eleemoſynas facis de rebus,quibꝰ alios expoliaſti. Quia habetur Eccl.34. Dona iniquorū nō probat altiſſimus. Sed di. Nō poſſum eū habere præſentē quē læſi, quomodo poſſum recōciliari? Reſp. Aug. Si abſens eſt,vade nō pedibus ſed animo:proſternas te in conſpectu Dei,cui oblaturus,ca.5. Si verò propè vel præſens eſt, reuocādus eſt ad amorē:ei verò qui te læſerit,dimittēdo cordis rācorem.

¶ *Dominica ſeptima poſt Trinitatem.*

De fugiendo pernitioſo ſodalitio,ac promptitudine diuinæ miſericordiæ erga triplex turbarum genus. ENARRAT. I.

CVm turba multa eſſet cū Ieſu, Mar.8. ¶ In ſum. Euāg. duo inuēūtur. Primò, Chriſti pietas & miſeratio, ibi: *Cū turba.* Secundò, diſcipulorum ambiguitas & turbæ ſaturatio, ibi: *Vnde illos quis.* De primo dicit: *In illo tēpore.* Poſtquā Chriſtus ſanauit filiā mulieris Chananeæ, aſcendit in montē, & ſecutę ſunt eū turbæ multæ, & ſanabat eos, ita vt mirarētur: Ideo dicit: *Cùm turba multa.* Nā Dei ſocietas eſt delectabilis & gaudioſa:ſed hominū ſocietas eſt periculoſa. Primò, quia impedit

pedit intellectũ.Sene.Quoties inter homines fui,toties minus perfectus redij.Maria in turba hominũ perdidit Iesum. Luc.2.Existimantes eũ in comitatu.Ideo B.Arsen. qui erat inclytus in curia Imperat.cũ oraret vt Deus eũ in viã salutis dirigeret,facta est vox ad eũ:Arseni fuge homines,& saluaberis.Secũdò,impedit affectum,sicut aër corruptus corrũpit corpus,& aqua immutat vinũ,& poma corrupta corrũpunt alia.Eccl.13. Qui tetigerit picẽ,inquinabitur ab ea, &c.Vnde Eccl.18.Non oblecteris in turbis nec immodicis. Vnde habetur in ca.40.di.clericus:Societas requirit cõcordiã morũ.Ps.18.Cũ sancto sanctus eris,&c.Et sic hęc turba cũ Christo.Aliqui em̃ quærũt in socio sapiẽtiã.Et sic illi in Christo, Col.1.In quo sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ abscõditi.Aliqui propter pulchritudinẽ.Psal.44.Speciosus forma præ filiis,&c.De cuius pulchritudine dixit B.Agnes: Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur.Aliqui sociant se alicui propter emolumentum & profectũ bonitatis:& illa inuenitur in Christo,Sap.7. Venerunt mihi omnia bona pariter cũ illa.De quo Amb.Iesus omnia nobis est.Si febribus æstuas,fõs est:si esuris,cibus est:si infirmaris,medicus est.Idcirco bonũ est esse cum Iesu,& malũ sine Iesu,vt sunt oẽs isti qui carẽt charitate Dei.Vn.di.Hug.de laude charit. Qui charitatem nõ habet,alienus à deo est,nã charitas est deo ita familiaris,vt mãsionẽ habere nolit vbi charitas nõ fuerit.Hug.de Sacra.li.5.Deus nõ habetur nisi ametur,& cũ amatur habetur.tales q̃ sunt sine Iesu patiuntur famẽ gratiæ.De qua di.Simon de Cassid.Nõ sunt noxiora ieiunia,q̃ nõ pasci dei gratia.De talib⁹ Ps.58.Famẽ patiũtur vt canes. Tales nihil meritoriũ possunt operari.Quia sunt sine Iesu. Io.15.Sine me nihil,&c.Qui verò sunt cũ Iesu p̃ dilectionẽ & deuotionẽ,tales meritoriè operãtur,Ro.8.Scim⁹ quoniã diligẽtibus deũ,&c. Subdit: *Cùm nõ haberẽt quod mãducarent.* Dicit Chrys.Nõ est credendũ,ꝙ sine viatico venirẽt,sed cibo tertia die cõsumpto,defectũ patiebãtur. Ecce desideriũ verbi dei,vt nõ essent soliciti de cibo.Sed nõ poterãt finaliter deficere,quia cũ Iesu erãt.Nobis in exẽplum,1.Petr.5.Omnem solicitudinẽ vestrã proiiciẽtes in eũ, quoniã ipsi cura est de vobis.Ideo dicitur Phil.4.Nihil soliciti sitis. ¶ Subdit : *Conuocatis Iesus discipulis, ait illis : Misereor super turbam.* Vnde deus est pronus ad misericordiam , quia est ei naturalis & propria secũdum Gre.Nam sicut naturalis proprietas ignis est

eſt calefacere,& ſolis lucere:ſic proprietas dei eſt miſereri, ſed punire eſt ſibi alienũ.Iſa.28.Alienũ eſt opus ab eo,ergo tardus eſt ad puniendũ. Nã licet Deus ſit iuſtus & miſericors,tamen ad iuſtitiã faciendã requiritur aliquid ex parte hominis ſecũdũ exigẽtiã demeritorũ,ſed miſericordia nihil requirit ad cõplendũ opus miſericordiæ. Sicut eñ apis habet mellificare quod ſibi eſt naturale , & propriũ, habet tamẽ aculeũ pungẽdi quãdo moleſtatur,ſed hoc eſt ſibi alienũ:ſic & Deus quãdo dat mel ſuæ miſericordiæ,facit officiũ ſibi propriũ:quando verò adhibet ſtimulũ iuſtitiæ,facit officiũ ſibi alienũ.Ideo cõſequitur Iſa.1.Heu cõſolabor ſuper hoſtib⁹ meis.Vbi dicit Gl.Loquitur more patris q̃ dolet & plãgit ſuper percuſſione filij,quia inuitus facit,ſed tamẽ exceſſus filiorũ hoc requirit.Et Deus tardus eſt ad puniendũ.Quia dicit Chryſ.ſicut id quod quis ſecundũ naturã facit,citò facit,& quod cõtra naturã facit,tardè:ſic Deus citò facit opus miſericordiæ,tardè iuſtitiæ.Ideo Ro.2. An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ lõganimitatis contẽnis? Sed ſi eſt opus alienũ,quare punit? Reſp.Chry.quia cõpellitur. Sed di.A quo?Reſpõdetur à peccatore,qui nõ deſiderat miſericordiã Dei.Dicit eñ Chry.Sicut qui miſericordiã deſiderãti denegat,crudelis eſt:ſic qui nõ deſiderãti præſtat miſericordiã,iniuſtus eſt.Sed di.Quis nõ deſiderat Dei miſericordiã?Reſp.Chry.Qui volũtariè in peccatis iacet. Nam deſiderare Dei miſericordiã,eſt ad Deũ cõuerti.Zac.1.Cõuertimini ad me,& ego conuertar ad vos,ſ.per miſericordiã:& ſic impletur illud Pſ.20.Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei.Nã ille deſiderat miſericordiã Dei qui timet irã Dei. Qui autẽ nõ timet eũ,miſericordiã nõ deſiderat, ſed contemnit.Ideo Pſal.33.Timete dñm omnes ſancti eius. Ratio habetur Luc.1. Miſericordia eius à progenie in progenies. Sic Chriſtus eſt naturalis Dei filius.Ideo ſequitur naturam ſui patris exhibẽs miſericordiã.Mat.9.Euntes diſcite quid eſt,Miſericordiã volo,& nõ ſacrificiũ:ideo dicit:*Miſereor ſuper turbã.* Secundũ quod Deũ pronũ facit ad miſericordiã,eſt experiẽtia ſingularis.Nã medicus qui habet infirmitatis alicuius experiẽtiã,magis miſeretur,quã qui in propria perſona plurimas infirmitates nõ eſt expertus:ſic Chriſtus expertus eſt noſtras infirmitates,quia ſuſtinuit tẽtationes,dolores,& mortẽ.Ideo multũ eſt miſericors.Hebr.2. Debuit p̃ oĩa fratribus aſſimilari,vt miſericors fieret,&c.Heb.4. Nõ

enim

enim habemus pontificē qui nō possit cōpati infirmitatib⁹ nostris,tentatū aūt per omnia pro similitudine,absq; peccato. Nā Christus defectus humanæ naturę assumpsit, vt nobis similis fieret,& defect⁹ nostros melius cognosceret, nō solùm theoricè,sed etiā practicè.Ideo Psal.102. Quomodo miseretur pater filiorū, &c. ❡ Ideo eius exuberans misericordia cōparatur fonti.Ps.32. Quoniā apud te est fons vitę. Primò,sicut fōtis venas nemo poterit inuestigare, sic eius misericordiam nemo explicare. Ps.144.Miserationes eius super omnia opera eius.Secūdò, sicut riui fontiū die ac nocte incessanter fluūt,sic riui misericordię Dei.Aug.Deus in fluxu nō deficit,sed proficit,& quotidie fluit.Ille fons misericordiæ est altus,quia in cœlo.Ps.35. Dñe in cœlo misericordia tua.Etiā est profundus,quia descēdit ad inferna, eò ꝙ ibi ponit citra condignū.Est latus,quia miseratiōes eius super omnia opera eius,misericordia etiā eius est lōga.Ps. 102.Misericordia domini ab æterno,&c.Tertiò, cōparatur fonti,quia sicut in riuis fontiū mundantur immunditię,sic sordes peccatorū nostrorū in riuis à Deo fonte profluentibus quotidie lauantur. In signū huius lotionis in passione de corpore Christi aqua cū sanguine emanauit.Apo.3. Lauit nos in sanguine suo à peccatis nostris.& Eze.15.Laui te aqua,& emūdaui sanguinē tuū ex te. Hunc fontē diuinum dñs cōtinuit clausum per plura milia annorū. Ideo Can.4. Fons signatus ita ꝙ cōquerebatur.Ps.77.Nunquid obliuiscetur misereri Deus,aut cōtinebit in ira sua misericordias suas?Sed cum dñs amicos suos singulares vellet singulari gratia sua cōsolari,promisit eis hunc fontē,Ioel.3.Fons de domo dñi egredietur,& irrigabit torrētē spinarū. & Zach. 19.Fons patens erit domui Dauid & omnibus habitātibus Hierusalē.Quæ promissio licet in longum differretur,ita ꝙ sitibundos & plenos desiderio fecit patres antiquos,vt ardētibus desideriis & cōtinuis clamorib⁹ interpellarēt dñm, vt huius fontis venas dignaretur aperire.Quorū vnus fuit Dauid,in Ps.41.Sitiuit anima mea, &c.pro quib⁹ omnibus Moses orauit dominū,Num.20.Dñe Deus audi clamorem populi huius,& aperi eis thesaurū tuū fontem aquæ viuę vt satiati cesset murmuratio eorū.Ad quorū clamorē pater misericordiarū motus dicit filio, Prou. 5. Deriuentur fontes tui foras,& in plateis aquas tuas diuide. Cui obediēs filius opere dixisse videtur quod in humanitatē dixit, Fiat

voluntas tua.q.d.assumpsi corpus humanũ quod in passione quinq; fossuris est defossum,in quib⁹ puteus diuinæ misericordiæ totaliter est patefactus,& cũ emanatione sanguinis ex quinq; partibus corporis defluebat fons misericordiarũ.Tũc tamen cessabat illa vetus querela,Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquę dñe?tunc obstruxit os loquentium iniqua,& prophetis dñi imprecantiũ & dicentiũ illud Iere. 6.Quousq; dicitis,Pax,pax,& nõ est pax?Nã tunc in vulneribus corporis primũ posuit magnũ sacramentũ pietatis & pacis,quod Deus ab æterno habebat super genus humanũ. Nã homo primus nesciebat pretium eius, quousq; vasculo corporis rupto quod absconditũ fuit,effluebat.Bern. Patet arca cordis per foramen corporis, patẽt viscera misericordię Dei nostri.In quo clarius illuxit ꝙ tu domine suauis & mitis & multæ misericordiæ,quã in vulneribus tuis?totidẽ ergo riui sanguinis effluebant,s.quinq;.Nã de vulnere cordis effluxit nobis charitas. Quia cordis est diligere: vt impleatur illud Prou.8.Ego diligẽtes me diligo. Itẽ de manu dextra,quæ prõpta est ad largiẽdũ effluxit largitas.Ps.144. Aperis tu manũ tuã, &c.Iac.1. Omnibus dat affluenter.Itẽ de sinistra manu effluxit bonitas super innocẽtes.Ps.83.Nõ priuabit bonis eos, &c.Itẽ de pede dextro effluxit misericordia super miserias cognoscentes. Aug.Si tu cognoscis, Deus ignoscit.Itẽ de pede sinistro effluxit iustitia super impœnitentes.Sap.6.Qui custodierint iustitiã,iustè iudicabũtur:& implebitur in eis illud Luc.13.Si nõ pœnitentiã habueritis,oẽs simul peribitis.Item dicit notãter *misereor super turbam*.Pro quo nota, Christus miseretur tribus generibus turbatũ. Primò,turbæ peccantiũ,& hoc tripliciter. Primò in hoc quia non statim punit peccatores , sed expectat ad pœnitentiam.Isa.30. Propterea expectat dñs vt misereatur vestri.Hoc angelis nõ fecit,sed statim de cœlo eiecit. Luc. 10.Videbã satanã vt fulgur,i.citò de cœlo cadentẽ. Isa.14. Nec Adæ hoc fecit,sed de paradiso expulit propter inobedientiã:quod nõ facit nobis.Thre.3.Misericordię dñi,quia nõ sumus cõsumpti. Si enim Deus statim puniuisset peccatores,vbi esset Maria Magdalena,Paulus,Dauid,nisi in inferno?Ps.93.Nisi quia dñs adiuuit me, p. h.in inferno anima mea. Ideo quã magna peccata cõtinuè cõmittũtur , in hoc consideremus eius misericordiã. Oseæ 4.Non est veritas,nõ est misericordia,&c.Propter hoc lugebit terra. Iam

enim non peccatur ex ignorantia, vt Paulus dixit, 1. Tim. 1. Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus, sed misericordiā Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate, nec ex infirmitate vt Petrus, qui ex timore negauit Christū: sed iā ex malitia peccant, & tamē Deus sustinet propter pœnitentiā. Ro. 2. Ignotas quoniā benignitas Dei, &c. Sed iā abutūtur misericordia Dei, eò q̄ nō statim puniuntur, ideo liberius peccāt. Eccl. 8. Quia nō profertur citò cōtra malos sentētia, absq; timore vllo filij hominū perpetrāt mala, sed ira Dei maior veniet super eos. Gre. Hos grauius damnat, quos hîc longanimiter portat. Tales deberēt cogitare quotiēs meruerūt, vt de hac vita migrarent, quotiēs peccauerūt mortaliter, & de hoc meritò æternaliter dānarentur. Nō enim sunt digni vita præsenti, q au torē vitæ contēpserunt scienter peccādo cōtra Deū, & Deus misericorditer tādiu vitam eorū prolongauit. De talibus Ro. 2. Secundū impœnitens cor tuū thesaurizas tibi irā in die iræ: nam habet se Deus sicut hircus, qui quanto se remotius elongat, tanto fortius trudit. Eccl. 5. Nō tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diē, &c. Secūdò miseretur, quia temporalia tribuit beneficia. Ps. 72. Ipsi peccatores & abundantes in seculo. q. d. Ecce misericordia, vt bene faciat illi qui se indignū fecit Dei beneficio. Aug. Peccator nō est dignus pane quo vescitur, & Deus dat sibi temporalia bona non solùm ad necessitatē, sed ad superfluitatē. Et hoc tribus de causis. Primò, vt ad amorē alliciat, sicut auceps facit. Secundò, vt nobis exemplum benefacere inimicis tribuat. Mat. 5. Diligite inimicos vestros, &c. Tertiò vt peccatoribus tribuat in hoc posse misericordiā Dei cognoscere esse magnā, quia hostē sibi repugnantem pascit, cōcedit lucē solis ad videndū creaturas ad seruiendū. Tertiò, miseretur turbæ peccantium in hoc, quia statim recipit ad gratiā, Isa. 55. Derelinquat impius viam suam, &c. quoniam multus est ad ignoscendum. O cur differt agere pœnitentiā! Nónne stultus esset qui mortē meruisset, & sciret ita benignū dominū, q̄ sibi dimitteret, & tamē negligeret, & si hoc pro tēporali, multò magis æternali. Ideo Ioel 2. Cōuertimini ad dn̄m Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Reuera: Primò, quia præuenit. Ps. 58. Deus meus, misericordia eius præueniet me. Aug. de pœ. Verè pœnitere non

est hominis, sed Dei gratię. Secūdò trahit. Iere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserās. Aliquādo trahit per inspirationē. Ioā. 6. Nemo potest venire ad me, &c. Aliquando factis, &c. occasionē peccati subtrahēdo: vt diuitias, sanitates, & ꝓsperitates. Diuitiæ enim sunt aliquando occasio peccati. Eccl. 11. Si fueris diues, nō eris immunis à delicto. Itē subtrahit semitas viarū. Oseæ 2. Sepiā viā tuā spinis, & sepiā eā maceria, & semitas suas nō inueniet. Ideo Oseę 11. In funiculis Adā trahā eos, i. in pœnalitatib⁹. Bern. Trahit inuitos, vt faciat volūtarios. Iere. 31. Postquā cōuertisti me, egi pœnitentiā. ¶ Secūdò, miseretur turbæ pœnitētiū. Et hoc tripliciter. Primò in hoc, q̄a omnia peccata relaxat. Ps. 102. Quantū distat Ortus ab Occidēte, &c. Ber. Sic in toto indulget liberaliter, vt iā non dānet vlciscēdo nec cōfundat improperādo, nec minus diligat imputādo. Ezec. 18. In quacūq; hora peccator &c. Nō ait biēnio vel decēnio ante mortē, sed quacūq; hora: & dicit omniū iniquitatū, & nō decē vel centū. Nec tamen super hoc est peccandū. Aug. Pœnitentia sera rarò vera. Pœnitentiā in fine dare possum⁹, securitatē non: tene certū, dimitte incertum. Secundò, in hoc quia æternalē in temporalē pœnā conuertit. Nā si homini deberet abscindi caput, & mutaretur in aurē, magna misericordia esset. Ps. 85. Misericordia tua magna est super me, &c. Et omnia illa sunt sine fine. Aristot. Finiti ad infinitū nulla est proportio, ergo sis patiens in sustinēdo pœnitentiā. Isid. Si pœnas tuas gehēnæ cōparaueris, nihil est quod pateris. Tertiò, in hoc ꝙ virtutes resuscitat, quas peccatū extinxerat. Ps. 40. Tu autē domine miserere mei, &c. Nā per vnum mortale peccatum omnia bona moriuntur. Eccle. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Ezec. 18. Si auerterit se iustus, &c. Sed in pœnitentia dn̄s faciet misericordiā, vt bona in statu criminoso facta resuscitentur, vt figuratur Luc. 15. in filio prodigo. Qui cùm rediit ad patrē, pater misericordia motus cecidit super collum eius, & iussit afferri primā stolā & dari annulū in manu eius. Occursus est receptio à Deo patre, amplexus est plena recōciliatio, vestitus est bonorū participatio. Prima stola est innocentia, quā peccādo perdiderat: & dare annulū est gratiā operandi præbere, s. vt fiāt dulcia quæ fuerūt prius amara. Iob. 6. Quæ prius nolebat tāgere anima mea, nūc pręꝫ angustia cibi mei sunt. Et impletur illud Ro. 5. Vbi abūdauit delictū, superabundauit & gratia.

gratia. Et calceamenta in pedibus eius significant patientiā in aduersis. Luc. 21. In patientia vestra, &c. De hac pœnitētia dicit Aug. Pœnitētia non solùm dimittit peccata, sed etiā restituit ablata. ❡ Tertiò, miseretur turbæ iustorum & bene operantiū. Et hoc tripliciter. Primò in hoc, quia eos in bono cōseruat, ne recidiuent: quia nisi dn̄s hominē in bono cōseruaret, citò recidiuaret. Greg. Citò bonū amittitur, nisi à largitore omniū bonorū custodiatur. Nā nullus potest per se esse in bono aliquo sine eius misericordia. Ps. 93. Si dicebā, motus est pes meus, s. ad bonū, misericordia tua adiuuabit me. Ideo Aug. Misericordiæ tuæ deputo, ꝙ bona ago, & mala refuto. De quo Ber. Quis nō videat, sicut & in multa peccata cecidi, ita in plura alia cecidissem nisi omnipotētis misericordia me cōseruasset? Ideo Ps. 14. In misericordia tua disperdes oēs inimicos meos. Secūdò, miseretur turbæ iustorū, ꝙ dat eis dulcedinē, & cōsolationē, quæ est quasi arra spiritussancti. Eccle. 24. Spiritus meus super me dulcis, quia deuotio est, spiritualis dulcedo excedit omnē carnalē delectationē, & est signū præsentiæ spiritussancti in homine, vt dicit Aug. Qui semel inebriatus est spiritusancto, ad omnia bona hilarescit: Si laborat, nō lassescit: si dolet, nō sentit: si deridetur, nō aduertit. Quia secundum Ber. Gratia Dei est cibus animæ dulcissimus, habēs in se omnē suauitatē & delectamentū saporis, vt cū gaudio quis bona faciat. Tertiò, miseretur turbę iustorū in hoc, quia dat iustis regnū cœleste ex sua misericordia. Bern. Non sunt talia merita propter quę datur vita ęterna, nisi ex Dei gratia: quia homo nō meretur ex cōdigno. Nā si aliqua bona facimus, plus tenemur Deo. Imò cū oēs vires corporis & animæ cōsumpsimus in seruitio Dei, adhuc dicere debemus illud Luc. 17. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Ad Titum 1. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

❡ Dominica octaua post Trinitatem.

Per quos fructus atque indicia cognosci queant falsi prophetæ atque hæretici, cognitique cur sint fugiendi. ENARRATIO I.

Attēdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiū, &c. A fructibus eorū cognoscetis eos. Mat. 7. ❡ In summa Euā. duo innuūtur. Primò, falsitatis notitia, quæ est intuēda, ibi, *Attēdite.* Secūdò, pœna peruersitatis, quę est eis dāda, ibi *Omnis arbor.* De primo di. *Attēdite.* Addit ecclesia, *In illo tēpore*, si

cùm dixit arcta est via,&c.& pauci,&c.Et ratio est error veritatis,doctrinę & vitę.Boet.3.de cõsol.phil. Omnis mortaliũ cura quãuis diuerso calle incedit,ad vnũ tamẽ beatitudinis finẽ nititur peruenire.Et licet naturalis inclinatio adducit,tñ varius error abducit.Ideo *attẽdite*.Chry.Magna virtus boni malos cognoscere, firma cautela salutis est scirę quod fugias.Phil.Malũ nõ euitatur nisi cognitũ.Ideo *attẽdite à falsis prophetis*.Nota,falsarij sunt multiplices,aliqui literarũ,aliq monetarũ,&c.Primi falsarij literarũ regaliũ sunt hæretici,qui falsificãt sacrã scripturã, literas summi regis Christi,qui eas per quinq; sigilla,i.quinq; vulnera cõfirmauit.24.q.3.hęresis.Qui sacrã scripturã aliter intelligit,quã sensus spiritus S.efflagitat,est hęreticus. Sic ipsi dicentes, nihil debere seruari aliud quàm quodChristus instituit,nõ attẽdẽtes illud Io.16.Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modò,sed cùm venerit spiritus veritatis, &c.Io.vlt.Christus multa fecit & docuit,quæ non sunt scripta in libro hoc.Ideo 1.Io.4.Nolite omni spiritui credere, &c.Iob 13.Prius vos ostendens fabricatores mendacij & cultores peruersorũ dogmatũ.Vnde 24.q.1.quæ dignior,dicit Ambr. Hæreticorũ cõsortia sunt à catholicis fugienda: & simile habetur 2.Io.vnico c. Si quis venit ad vos, & hãc doctrinã nõ affert,nolite eũ recipere in domũ,nec aue ei dixeritis:qui enim dicit illi aue,cõmunicat operibus eius malignis. Hoc fecerat S.Io.qui noluit in balneo manere vbi erãt hęretici Ebeõ,Cerinthus & Marciõ. 2.ad Tim.6.Prophanas vocum nouitates deuita.Secũdi sunt falsificatores clauiũ Ecclesiæ,dicẽtes,nõ posse ligare & soluere nisi illos qui vitã Apostol. sequũtur.Hoc est falsum, Luc.11.Væ vobis legisperitis,qui tulistis clauẽ scientiæ,ipsi nõ introistis, & eos qui introibãt prohibuistis. Nã habere potestatẽ non gratia gratũ faciẽs est,sed gratis data.1.Pet.2.Subiecti estote,&c. nõ tantùm bonis & modestis,sed etiã dyscolis.Mat. 23.Quæcunq; dixerint vobis,facite.Vnde de hæreticis cap. dubius.Dubius in fide infidelis est.Nec eis omnino credendũ est,qui fidẽ veritatis ignorãt. Tertij falsarij monetarũ. Moneta Dei sunt virtutes & opera bona, falsarij sunt eorũ hypocritæ:quia ieiunia, orationes,eleemosynas falso modo faciũt:quia in his nõ intendũt honorem Dei, sed fauorem populi:de quibus Matt. 23. Omnia opera faciunt, &c. Idcirco à Deo præmiũ nõ habebũt,Matt.6.Amen dico vobis,

bis, receperũt mercedẽ suã. Quarti sunt falsarij, iudicium Dei falsificãtes. Quod cõmisit sacerdotibus, dicẽtes nõ debere cõfiteri cõfessione sacramẽtali, sed tantùm spirituali, quod falsum est. Aug Cur dixit Iesus: Quorum remiseritis peccata, remittũtur eis? Et cur dixit Mat. 16. Quodcunq; solueris super terrã, &c. Dicit Boet. Si opus medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas. Et loquitur de cõfessione. Et Amb. Nemo poterit iustificari, nisi anteà fuerit cõfessus sacerdoti. Et hoc si copiam sacerdotum habuerit. Ideo dicit Aug. Agite pœnitentiã, qualis agitur in Ecclesia. Nemo dicat, ꝙ apud se pœnitentiã agat. Nam dicit S. Tho. in 4. dist. 14. In cõfessione gratiã quis cõsequitur, si obex nõ opponitur: Nam absolutio proficit ad augmentũ gratiæ. De omnibus talibus falcificatoribus potest dici, *Attendite à falsis prophetis.* ¶ Sed diceres: Quare sunt cauendi? Respõdetur triplici de causa. Primò, quia sunt simulatores, secũdò raptores, tertiò, persecutores. Primò sunt simulatores, quia *veniunt in vestimentis ouium*, s. sub specie religionis & ornata eloquẽtia. Psal. 54. Molliti sunt sermones eius super oleũ, & ipsi sunt iacula corda innocentiũ vulnerãtia. Vnde Rom. 16. Per dulces sermones & benedictiones seducũt corda innocentiũ. Nam populis adulatoriè loquũtur & eos lætificãt. Isa. 3. Popule meus qui te beatũ dicũt, ipsi te decipiũt. Nam nõ propinatur venenũ, nisi melle fuerit mixtum. Quales sunt ipsi, de quibus 2. Tim. 3. Speciẽ pietatis habentes, virtutẽ autem eius abnegantes, fingunt mansuetudinẽ, humilitatem, pietatẽ, & moliuntur deceptionẽ; sicut auis columba vel alia, quæ ad deceptionẽ est instructa aliarum auiũ, quæ se sociat aliis & ad rete eas adducit, & prima intrat rete aucupis, & se cũ eis inuolui permittit, sicut latrones se sociãt peregrinis. Idcirco nõ attẽde vestimentũ ouiũ, i. bona verba & grisea vestimẽta: sed dic cum Psal. 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meũ, i. verba linita nõ intrẽt rationẽ. Secũdò, attẽdite, quia sunt inimici & persecutores, quia *intrinsecus sunt lupi rapaces*, quia rapiũt veritatẽ ab intellectu, charitatẽ ab effectu, q. d. nõ curate exteriorẽ conuersationẽ, sed attẽdite interiorẽ intẽtionẽ. Nam est Prouerbiũ: Lupus mutat pilũ, sed nõ vitiũ: & sic ipsi hęretici verba, sed nõ opera. De his lupis Act. 20. Ego scio, quoniã intrabũt post discessionẽ meã lupi rapaces in vos, nõ parcentes gregi. ¶ Nota, hæretici dicuntur lupi. Primò, quia lupus obseruat pastoris

dormitionẽ.Mat.13.Cùm dormirẽt homines, venit inimicus eius,& superseminauit zizania. August.24.q.3.ideo diuina: Ideo diuina prouidẽtia multos diuersi erroris hęreticos esse permittit, vt cũ interrogãt nos, ea quæ nescimus, sic discutiamus pigritiã,& diuinas scripturas cupiamus.Ideo 1.cor. 11.Oportet hęreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. Ideo bonus pręlatus debet esse vt colũba quę sedet ad fluẽta & speculatur auiũ rapaciũ aduentũ.Secũdò, q̄a lupus intendit gregis dispersionẽ.Io.10. Lupus rapit & dispergit oues:& sic hęretici ab vnitate Ecclesię.Vnde Greg.12. Mora Hęretici & hypocritę nullũ dicũt habere timorẽ dñi, nisi eũ quẽ ad suæ cõfessionis stultitiã possunt trahere.Et Ezec.22. Lupi in medio eius rapientes prædã.Tertiò, lupus ouẽ lacerat ad interfectionẽ. Soph.3.Iudices huius lupi vespere nõ relinquebantur in mane, quia oues occidũt in nocte. Et sic hæretici.Quartò, contra cœlũ facit vlulatũ,& sic hæreticus cõtra cœlestes, quia hęretici dicũt religiosos à Diabolo introductos, & faciũt vt fures lumẽ extinguentes.Mat.5. Vos estis lux mũdi.Itẽ tertiò fugiẽdi sunt, q̄a raptores, cùm dicit: *Lupi rapaces*, rapiũt enim primò scripturæ veritatẽ ab intellectu.Iob 13.Prius ostẽdens vos fabricatores mẽdacij.Et 1.Tim.6.Si q̄s aliter docet,& nõ acquiescit sanis sermonibus,&c.superbus est:nihil sciẽs:sed lãguẽs circa quęstiones & pugnas verborum.Gal.1.Sed si nos, aut angelus de cœlo euãgelizet vobis, præter quàm q̄d euãgelizauimus vobis. anathema sit.Secũdò, homini salutẽ, quia fidẽ.Marci vlti. Qui nõ crediderit,&c.Tertiò, creatori gloriã impediẽntes Dei seruitiũ. Item comparãtur viperæ, quia vipera curuata graditur,& sic ipsi humiliãdo.Prou.26.Cùm submiserit vocem suã, ne crediderit ei, quoniã v i i.nequitiæ sunt in corde illius.Secũdò, vipera terram comedit,& sic ipsi terrena quęrũt.Psal.71.Inimici eius terrã lingent. Tertiò, vipera cũ difficultate parit,& sic hæreticus opera bona.Luc.3. Genimina viperarũ, q̄s ostẽdit vobis fugere à vẽtura ira? ¶ Quomodo autẽ sint cognoscẽdi, subdit: *A fructibus eorũ cognoscetis eos*, id est, operibus.Sed diceres, Quæ sunt illa? Respon.primò, qui detrahũt bonis, vt ipsi videantur meliores, & bona facta bonorũ in peius interpretantur:alios maculãt, vt ipsi mũdiores appareãt:alios accusant, vt se excusent:de quibus Ber. Mordaces vt canes, dolosi vt vulpes, superbi vt leones. Ideo Luc.12.Attẽdite à fermento Pharisæorũ, q̄d est hypocrisis.

crisis. Glo. Sicut fermentũ facit eleuare pastã, sic hypocrisis animũ. De pœn. dist. 1. Taciturnitas: Vbi autẽ superbia regnat vel hypocrisis, humilitas locũ habere nõ potest. Ideo quando audis vel vides vnũ in habitu spirituali, ꝗ detrahit proximis, & libẽter audit mala de eis, scias hypocritã esse. Secundũ signũ, aliorũ peccata iudicãt grauia, & propria leuia: alios reprehẽdunt, & seipsos nõ emendãt. Cõtra quos Luc. 6. Quid vides festucã, &c. Ideo Bern. Hypocritæ volũt esse sine autoritate iudices, sine visu testes, postremò falsi accusatores. Tertiũ signũ, ꝙ sunt impatiẽtes, quia pro vno verbo cõmouẽtur, & hoc ex superbia oritur. Hier. Qui laudẽ nõ appetit, cõtumeliã nõ sentit. Greg. Qualis vnusquisque apud se lateat, illata cõtumelia probat, & tales nõ sunt veri religiosi, sed hypocritę, quia nihil volũt pati propter Christũ. Ber. Hypocritæ volunt esse humiles sine despectu, pauperes sine defectu. Quartũ signũ, dicũt de se vilia, sed ab aliis nolunt audire. Dicũt enim, Ego sum peccator malus. Sed si eis alij dicũt, contradicũt, & hoc est signũ superbiæ. Greg. in Mora. Superbię vitiũ est, vt quod de se fateri vnusquisq; spõte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dedignatur. E-cõtra Ber. Verè humilis vult vilis reputari, nõ humilis prędicari. ¶ Dixi, Secũdò subiũgitur pœna peruersitatis, quę est dãda eis, ibi: *Omnis arbor quæ nõ facit, &c.* Vnde triplices sunt arbores, s. syluestres, cãpestres, & hortẽses. Primæ syluestres habẽt solùm folia, sed nõ fructus, & sic aliqui tantùm bona verba. De quibus. 1. Cor. 4. Nõ in sermone est regnũ Dei, sed in virtute. 1. Io. 2. Nõ diligamus verbo, sed opere & veritate. Secũdæ arbores sunt cãpestres, habẽt flores & folia, sed nõ bonos fructus: & sic aliqui habẽt voluntatem bonã, sed nõ opera. Amb. 86. dist. Nõ satis: Nõ satis est bene velle, nisi adsit benefacere. Greg. Nõ satis est mala nõ agere, nisi quisque studeat bonis operibus insudare. Tertiæ sunt arbores hortẽses. Illæ habẽt flores & fructus. Sic homo Christianus debet habere fructus bonorũ operũ. Luc. 6. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonũ. De quo dicitur hîc, *Omnis arbor bona fructus bonos facit.* ¶ Pro quo sciendũ, ꝙ bona arbor debet in se multa habere, siue cognoscitur multis modis: & sic bonus homo. Primò, ad bonã arborẽ requiritur radicis integritas, sic ad bonũ hominẽ intẽtionis, veritas, ꝗ dicitur Heb. 4. Discretor cogitationũ, & intentionũ cordis est Deus. Nam secũdũ Greg. Itẽtio imponit nomẽ operi no-

ſtro. Et meritò cõparatur radici, q̃a ſicut radix occultatur, ſic intẽtio hominibus eſt occulta, Deo nota. De hac radice, Ro. 11. Si radix ſancta, & rami: eò ꝙ dicit Ber. Intẽtio praua vitiat bona opera. Nã Deus nõ reſpicit quantũ, ſed ex quanto: Ideo ſi bona agis, nõ pro trãſitoriis, ſed pro æternis age. Secundò, ad bonã arborẽ requiritur radicalis humiditas, i. Dei gratia. Nã ſicut arbor ſine humiditate fructificare non poteſt, Iob 8. Nunquid viuere poteſt ſcirpus abſq; humore? aut creſcere carectũ ſine aqua? q. d. nõ, ſic nec homo poteſt ferre fructũ boni operis ſine Dei gratia. Aug. Hominis bona ſunt ex Dei gratia. Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere, ſ. meritoriè. Greg. neq; in veteri, neq; in nouo teſtamẽto placuerũt homines ſine gratia domino. Et Pſa. 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Idcirco humiditas diuinæ gratiæ requiritur ad ſingula opera meritoria. Sine gratia cooperãte nec ſufficimus ad veritatis cognitionẽ, nec ad virtutis amorẽ, nec ad boni operationẽ. Tertiò, ad bonã arborẽ requiritur omniũ ramorũ fertilitas, ſic ꝙ non in vno ſolo ramo, ſed in omnibus ferat bonos fructus, ſic homo in omnibus membris debet fructificare bona opera. Col. 1. Deo per omnia placẽtes, in omni opere bono fructificãtes, ſ. ꝙ homo in corde Deũ diligat, iuxta illud Mat. 22. Diliges dominũ Deũ tuum, &c. Itẽ vt ore Deũ laudet. Dicẽdo cũ Pſal. 50. Et os meũ annũciabit laudẽ tuã. Nam dicit Greg. in Hom. Non eſt perfectus in opere, cui contradicit prauitas linguę. Itẽ in manibus eleemoſynã pauperi erogare debet. Prouer. 21. Manus ſuas aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperẽ: quia dicit Greg. Nõ eſt ſermo laudabilis, qui hoc quod loquitur ore, nõ oſtẽdit opere. Itẽ aurib. debet verbũ Dei audire. Prou. 1. Audi fili diſciplinã patris tui. Nã ſicut Deus totũ hominẽ creauit, & non eſt membrũ ꝙ non habeat à Deo: ſic cum omnibus membris debet ſeruire Deo. Pſal. 102. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Ex quo habetur, ꝙ nõ in vno mẽbro, ſed in omnibus debemus ferre fructũ boni operis. Quartò, ad bonã arborẽ requiritur, vt fructuũ põdere deprimatur, & quantò plus fieret fructus, tãtò declinetur plus ad terrã: ſic & homo quãtò plura facit, tãtò debet ſe humiliare. Luc. 17. Cùm feceritis oĩa quæ pręcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus. De quo Caſſiod. ſup Pſal. 72. Humiles iugiter Deũ laudãt, ſemper ſe accuſant: intelligẽtes bonum

eſſe

esse alienũ, propriũ verò malũ. De talibus dicit Fulg. Altius contemplãtur diuinitatẽ, qui se deiiciunt per humilitatem. Quintò, ad bonam arborẽ florum odorositas requiritur: sic ad bonũ hominẽ volũtas bona & deuotio odorifera. Iuxta illud 2. Cor. 2. Bonus Christi odor sumus, s. per bonã voluntatem. De quo Ansel. lib. cur Deus homo: Volũtas bona est quæ Deo subiecta est: & hoc est quando homo vult illud quod Deus vult. Nã dicit Chrys. Sicut opus sine voluntate peccatũ nõ facit, ita iustitia sine opere nõ cõsummatur, nisi volũtas affuerit. Sextò, ad bonã arborem requiritur florum delectabilitas, sic ad bonũ hominẽ verborũ vtilitas. Isid. Sit sermo tuus irreprehensibilis, & audientibus vtilis. Sed heu aliqui habẽt folia pungitiua, vt cardo, i. verba detractoria. De quibus Ier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorũ. Aliqui habent folia fœtentia, vt sambucus, i. verba luxuriosa, de quibus Ephes. 5. Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis. Chrys. super Matth. Cùm audieris hominẽ loquentẽ malè, multò ampliorem æstimes nequitiam quàm verba demonstrãt. Nam quod exterius dicitur ex superfluentia eius quod intus est. Matt. 12. Ex abũdantia cordis os loquitur. Ideo 1. Pet. 4. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Septimò, ad bonã arborẽ requiritur fructuum suauitas, sic ad bonũ hominem operũ charitas. Iuxta illud 1. Cor. 6. Omnia opera vestra in charitate fiãt. Aug. Frustra cętera assũt, si charitas desit. Et Hil. Frustra erit omnis operatio, nisi assit Dei dilectio. Dicit nãq; Ber. vbi est amor, nõ est labor, sed sapor: non est grauitas, sed leuitas & suauitas.

¶ De arbore mala excidenda Quodque postposita voluntate nostra mala, Dei voluntatem amplecti & exequi debeamus.

ENARRATIO II.

O*Mnis arbor quæ non facit fructũ bonũ, excidetur.* ¶ In ista secũda parte duo innuũtur. Primò, pœna reproborum, ibi: *Omnis arbor quæ non facit fructũ bonũ.* Secundò, subiũgit pręmiũ bonorũ, ibi: *Qui facit voluntatẽ, &c.* De quo primo dicit: *Omnis arbor quæ non facit fructũ bonũ*, i. omnis peccator homo excidetur multis modis. Primò, per mortẽ à præsenti vita. Et figuratur Mat. 21. Iesus vidit arborẽ fici, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantũ, & maledixit ei, & continuò arefacta est. Sic homo peccator iuxta illud Psal. 54. Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabũt dies suos. Secũdò, excidetur à tẽporalibus consolationibus, s. à diuitiis & à gloria. Psal. 48. Cùm interierit,

rierit,nõ ſumet omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius. Iuxta illud Sap.11.Per quæ quis peccat,per hæc & torquetur,ſ.per hęc tráſitoria quę nimiũ amabat.Ariſ.Separari ab amicis miſerabile eſt,& à delectationibus cõſuetis. Tertia ſeparatio vel exciſio eſt amarior,ſ.à cõſortio beatorũ.Mat. 13.Exibũt angeli,&c.& Matt.25.Separabit eos ab inuicẽ ſicut paſtor ſeparat oues ab hœdis.Quarta exciſio eſt amariſſima à ſpe miſericordiæ,gratiæ,& ſalutis.Prou.10.Spes impiorũ peribit:ſic ꝙ amplius nunquá poſſunt de gratia ſperare, etiá ſi B.Virgo & oẽs ſancti orarẽt pro vno dánato:& hoc propter duas cauſas.Prima,quia ſunt extra ſtatũ gratię & in ira Dei,Mat.22. Ligatis manibꝰ & pedibus,&c. In tenebras exteriores,i.extra ſtatũ miſericordiæ. Ideo Luc.16. Inter nos & vos magnũ chaos firmatum eſt. Secunda, quia Deus eſt æterna veritas,qui fortiſſimũ iuramentũ præſtitit, quod nunquá miſericordiá conſequentur in veteri & nouo Teſtam.In veteri,Ier.15. Si ſteterint Moſes & Samuel corá me,nõ eſt anima mea ad populũ iſtũ. In nouo Teſta.Mat.5. Non exies inde,donec reddas nouiſſimũ quadrantẽ.Quinta, per amariſſima æternaliter ſeparari à diuina viſione. Chryſ.Omnes pœnę nõ poſſunt cõparari huic pœnæ,ꝙ dánati nõ poſſunt faciẽ Dei videre,cũ dicetur eis illud Matt. 25.Diſcedite á me maledicti in ignẽ ęternũ.¶Ideo ſubdit in textu:*Non omnis qui dicit mihi,Domine,domine,&c.* Super quo dicit Orig.Audite deſides,audite negligẽtes, audite inutiles, qui ſic ſperatis ꝙ in hoc ſaluari poſſitis ꝙ Chriſtiani appellamini & Chriſtianorũ opera non facitis,dicitis,*Domine,domine*,ſ.cogitatione & locutione,ſed non operatione. Vel ſic: Dicitis,*Domine,domine*,ſpe & fide,ſed non charitate:hoc eſt, charitatiua operatione.Chry.Qui non cõuerſatur ſecundũ Chriſti verbũ,non intrabit in regnũ cœlorum,*ſed qui facit voluntatem patris mei,hic intrabit,&c.*Et hoc eſt membrũ ſecundũ, in quo,vt dixi,innuitur præmiũ bonorum. Nam qui faciũt voluntatẽ patris, præmiũ eorum quòd intrabũt in regnum cœlorũ.Pro quo ſciendũ,quòd debemus meritò facere voluntatem patris triplici de cauſa.Primò,quia ipſe fecit voluntatem noſtram,ſ.redimẽdo nos per Filiũ ſuum. Rom.8. Proprio filio ſuo non pepercit Deus. Et hoc fuit de voluntate noſtra:quia deſiderauimus.Iſa.53. Deſiderauimus eum deſpectũ & nouiſſimũ virorum,virũ dolorum & ſcientẽ infirmitatem. De hoc deſiderio clamauit Iſa.64. Vtinam dirumperes

rumperes cœlos & descenderes. Similiter Psal.143. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me, ipse exaudiuit desideriũ nostrũ, & factus est pro nobis pauper, humilis, & doloribus plenus. De paupertate, 2.Cor.8. Scitis enim gratiã domini nostri Iesu Christi, quoniã propter vos egemus, factus est, cũ esset diues. De sua humilitate, Phil.2. Exinaniuit semetipsum, &c. Itẽ de plenitudine dolorũ. Isa.1. A plãta pedis vsque ad verticẽ non est in eo sanitas. Ratio, Isa.53. Quia vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Secũdò, quia adhuc hodie ipse facit voluntatẽ nostrã preces nostras exaudiendo. Io.16. Petite, & accipietis. Vbi Aug. Non hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet & exaudire. Et hoc promisit Io.9. Si quis cultor Dei est, & voluntatẽ eius facit, hũc exaudit. Tertiò, debemus facere voluntatẽ suam: quia ipse faciet voluntatẽ nostram. Psal.144. Volũtatem timentiũ se faciet, & deprecat. eorum exaud. s. dãdo regnũ cœlorũ. Luc.12. Nolite timere pusillus grex, quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ. Ideo dicit: *Qui fecerit voluntatem patris mei, ipse intrabit in regnum cœlorum.*

¶ Pro quo nota, quòd per diuersas vias legimus sanctos ad regnum cœlorũ peruenisse. In his verbis vna nobis proponitur via, in qua omnes viæ ad regnũ cœlorũ tendentes plenissimè includũtur, quæ est diuinæ volũtatis operatio. Quãtò enim perfectius fecerimus Dei voluntatẽ, tantò verius tangimus viam ad cœlestem hæreditatẽ. Quod considerans Dauid, orauit dicẽs, Psal.142. Doce me facere voluntatem tuam, &c. & Col.1. Non cessamus pro vobis orãtes, & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, nõ voluntatis propriæ, quã describit Ber. in serm. de Naaman: Volũtas propria est, quæ nõ est cõmunis Deo & hominibus: sed nostræ tantũ, quando quod volumus nõ ad honorẽ Dei, nõ ad vtilitatẽ proximi, sed quòd solũ satisfaciamus propriis motibus animorũ. Cui rectè contrariatur charitas, quę non quærit quæ sua sunt, sed aliorũ. Ideo Eccl.18. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Oseæ 10. Confundetur Israel in voluntate sua. Nã propriã voluntatẽ sequũtur duo mala. Primò, malũ culpæ, videlicet, ꝙ omnia bona ex voluntate propria facta, licet per se de genere boni sunt, simpliciter sunt nõ bona, Isa.58. In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Et sequitur: Nunquid tale est ieiuniũ quod elegi? 15.q.1. Non est. Ex volũtate procedit peccatum.

catum. Aug. Nihil peccatũ nisi voluntarium. Secũdum malum, est malum pœnæ, hoc est, damnatio protrahens ad infernũ. Ber. Quid odit Deus, aut quid punit nisi propriã voluntatem? Cesset ergo propria voluntas, & infernus nõ erit. Ansel. in lib. de similitud. Sicut volũtas Dei est origo omnis boni, sic propria volũtas est origo omnis mali. ¶ Idcirco bonum est abrenũtiare volũtati propriæ, & se subiicere obedientiæ. Primo, ideo quia per abnegationẽ propriæ volũtatis vitium fugatur, & virtus custoditur. Ber. Vbi nõ timetur reprehẽsor, secur⁹ accedit tẽtator, & licẽtius iniquitas perpetratur. Secundò, per eam meritũ augmẽtatur, non solùm quò ad actũ, sed etiã quò ad potestatẽ: quia de cætero non potest aliud facere. Nam dedit dño Deo radicẽ, qui propriæ voluntati renũtiauit, vt dicit Ansel. Qui dat arborẽ cũ fructibus, plus dat quã qui solũ fructus. Sic qui propriæ volũtati renũtiat, suum liberũ arbitriũ propter Deum frangit: & ergo maius meritũ habebit. Dicit enim Ansel. Talis nõ priuatur mercede, s. continuè ad bona properat, licet faciat ex necessitate. De quo August. Felix necessitas, quę ad meliora cõpellit. Et subdit: Nõ te pœniteat, imo gaudere debes tibi non licere, quod cũ detrimẽto licuisset. Tertiò, per abrenũtiationẽ propriæ voluntatis victoria in tẽtationibus datur. Aug. super Psal. 131. Votũ voui Deo Iacob, di. Qui te hortatur vt voueas, ipse te adiuuet vt impleas, & tentationẽ vincas. 2. Pet. 2. Nouit Deus pios de tẽtatione eripere. Quartò, facit maius bonũ & minus bonũ parit, vt si proponeres facere maius bonũ abrenuntians propriæ volũtati ad iussum illius cui debes esse obediẽs, hoc esset plus meritoriũ. Aug. Melior est vna obediẽtia, quã oẽs virtutes, i. omniũ virtutũ opera cõtra obedientiam sunt vitia. Quintò, culpa & pœna remittitur. Vnde S. Tho. 2. 2. q. 189. dicit ꝙ per ingressum religionis cõsequitur quis remissionẽ omnium peccatorũ. Si enim aliquib⁹ eleemosynis factis homo satis potest facere pro peccatis suis. Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime: multò magis in satisfactione pro omnibus peccatis sufficit ꝙ aliquis se totaliter diuinis obsequiis mãcipet, abrenunciãdo propriæ volũtati. Nã dãdo propriã volũtatẽ amplius dat, q̃ substantiã terræ. ¶ Sed dic: Ego facerẽ volũtatẽ Dei, sed nescio in quo cõsistit, & quæ sit Dei volũtas. Resp. Dei volũtas est multiplex. Prima, vt verã fidem teneamus, Io. 6. Hæc est volũtas patris mei, qui misit me, vt omnis qui
vid

videt filiũ,& credit in eũ,habeat vitã æternã.Heb.9.Impossibile est sine fide,&c.Greg.Nõ virtutibus ad fidẽ peruenitur,sed fide ad virtutes pertingitur. Aug.24.q.1. Vbi sana. Vbi sana fides nõ est,nõ potest esse iustitia.Secũda vt verè pœniteamus.Ezec.18. Nũquid volũtatis meæ est mors impij?Nolo mortẽ peccatoris,&c.Psal.5.Non Deus volẽs iniquitatẽ tu es.Ideo in prima prędicatione post ieiuniũ,Mat. 4.dicit:Pœnitentiã agite,&c.& Luc.13.Nisi pœnitentiã habueritis,&c.& Prou.1. Vocaui & renuistis.Tertia,vt mandata impleamus.Deuter.6.Audi Israel præcepta dñi,&c.Et Mat.19.Si vis ad vitã ingredi,&c.Ideo Saul à regno expulsus est,quia nõ obediuit.1.Reg.15.Nũquid Deus vult holocausta?melior est enim obediẽtia q̃ victima. Idcirco rogamus:Fiat voluntas tua.Aug.Cur postulas quod promisit,& nõ facis quod cõmisit?Quarta,vt mũdi maneam⁹.1.Thess. 4.Hæc est volũtas dei,sanctificatio vestra. Nõ enim vocauit vos deus in immunditiã, quæ est impedimentũ salutis. Apoc.21.Nihil coinquinatũ,&c. Quinta,vt misericordiam exhibeam⁹,s.proximo,Oseæ 6.Misericordiã volo,& nõ sacrificiũ Sexta,vt ardentẽ dilectionẽ habeamus.Luc.12.Ignẽ veni mittere in terrã,quid volo nisi vt accẽdatur? ¶ O homo attẽde eius dilectionẽ,in creatione vltra omnẽ creaturã nos dilexit. Vnde vt homo dei dilectione inflãmetur,ad hoc valet meditatio beneficiorũ dei.Psal.38.In meditatione mea exardescet ignis,s.dilectionis.Beneficia autẽ dei licet sint infinita,tamẽ cognosci possunt in tribus. Primò,in dignitate creationis,quia in hoc ostẽdit ꝙ nos plus dilexerit,quã aliquã creaturã mũdi.Et hoc in duob⁹. Primo,quia fecit hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã,Gen.1.Faciamus hominẽ,&c.Secũdò,quia eum omniũ creaturarũ dñm constituit.Gen.1.Dominamini piscib⁹ maris,Psal.8.Omnia subiecisti,&c. Secũdò,in opere incarnationis hominẽ plus dilexit quã angelum. Et hoc tripliciter. Primò,in honore, quia hominũ naturã assumpsit,non angelorũ.Hebr.2.Nusquã enim angelos apprehẽdit,sed semẽ Abrahæ.Secundò, in amore,quia hominẽ proprio sanguine redemit,& nõ angelos.1.Cor.6.Empti estis pretio magno.Tertiò,in visione & cõtemplatione humanitatis,maiori gaudio quã angelus homo perfruitur in patria,quia ibi videbit diuinã naturam suæ naturæ vnitã,quod non videbit angelus.Iob 19.In carne mea videbo,&c. Tertiò in tolerantia passionis,& in hoc osten

oſtenditur ꝙ nos plus dilexit quàm ſeipſum, quia pro homine expoſuit corpus & animā. Io. 15. Maiorē hac dilectionem nemo habet, &c. & ſic Deus dilexit hominē ſuper oīa: ergo illa dilectio incendere debet hominē in eius amorem. Hugo de arra animæ, Nihil poſſumus Deo pro beneficiis impēdere q̄ reamare. Et Aug. lib. 8. de Trinit. Quātò ardentius Deum diligimus, tātò ſerenius eū videbimus. Septima volūtas Dei eſt, vt cū eo regnemus. Io. 12. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & vbi ego, &c. Similiter Ioā. 17. Pater, quos dediſti mihi, volo, &c. & 1. Tim. 2. Vult Deus oēs homines ſaluos fieri. ¶ Et hoc oſtenditur in multis. Primo, in eius nomine quod eſt Ieſus, i. ſaluator. Luc. 1. Dixit angelus, Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet, &c. Act. 4. Nō eſt aliud nomē ſub cœlo datū hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Secūdò, patet ex eius opere, eò ꝙ peccatores recepit. Luc. 19. Murmurabāt quia ad hominem peccatorē diuertiſſet. Quibus ait dn̄s. Venit filius hominis quærere & ſaluū facere quod perierat. Nā legitur Marc 6. Quotquot autē tetigerāt fimbriā veſtimenti eius, ſalui fiebāt. Tertio patet ex prædicatione, quia cū cœlos aſcēdit, dixit diſcipulis, Mat. vlt. Ite, docete oēs gentes, Qui crediderit, &c. Quartò, oſtēditur in hoc, ꝙ cōmunia beneficia dedit omnibꝰ hominibus. Mat. 5. Solē ſuū facit oriri ſuper bonos, &c. Quintò, ex hoc, quia inſtituit omnia remedia, ſ. ſacramēta, in quibꝰ cōfertur gratia, & eadē ſacramēta quilibet poteſt accipere. Si quis enim perdidit gratiā innocētiæ baptiſmalis, recuperat per pœnitētiā. Mat. 11. Venite ad me oēs qui laboratis, &c. Sextò, promiſit cōmunia præmia pœnitentibus, & innocētibus. Mat. 20. Acceperūt ſingulos denarios nouiſſimi cū primis. Gl. i. æternitatis gloriā. 1. Tim. 1. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.

¶ Dominica nona poſt Trinitatem.

¶ Quòd præmiſſa legitima citatione, obiectiſque accuſatoribus, omnium quæ fecit homo exactiſſimam redditurus ſit rationem apud tribunal Chriſti.

ENARRATIO I.

F*Acite vobis amicos de mămona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Luc. 16. ¶ In ſumma Euāgelij duo innuūtur. Primò, ſeruitoris malignitas in diſpēſando, in principio Euangelij. Secundò, ſubiungitur procuratoris

ſagaci

ſagacitas in ꝓuidẽdo,ibi: *Ait villicus intra ſe*. De primo dicit, *In illo tẽpore*,ſ.cùm Ieſus vidit parcitatẽ Iudæorũ,tunc volẽs eos inducere ad largitatẽ,dixit, *Homo quidã erat diues*.Fulgẽtius,Hic homo eſt Deus omniporẽs q dicitur homo ꝓpter excellentẽ charitatẽ,& dicitur diues miſericordia.Ephe.2. deus q diues eſt in miſericordia. nã miſericordiæ ei⁹ nõ eſt numerus.Itẽ diues eſt in cognitione.Ro.11.O altitudo diui tiarũ ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei! Itẽ diues in omni poſſeſſiõe. Pſ.88.Tui ſunt cœli & tua eſt terra, Nã gloria & diuitiæ in domo eius.*Qui habebat villicũ*,&villicus eſt omnis homo qui deputatus eſt ad cuſtodiã ſuiipſius.Eccl.15.Deus ab initio conſtituit hominẽ,& reliquit eũ in manu cõſilij ſui,ſ.liberi arbitrij,& cõmiſit ei villã propriæ vitę & cordis,hãc debet cuſtodire.Iuxta illud Pro.4. Omni cuſtodia ſerua cor tuũ, quia ex ipſo vita procedit,& dedit ei in ea quinq; manſiones,i.quinq; ſenſus exteriores & interiores ad gubernãdũ, & cõmiſit illi bona tradita : ſ.bona naturæ,fortunæ & gratiæ. *Et ille diffamatus*, i.accuſatus eſt apud illũ.❡Sed diceres, Quis accuſat hominẽ corã Deo? Reſp.Multi ſunt accuſatores.Primus eſt remorſus conſcientiarũ.Ro.2. Teſtimoniũ reddente illis cõſcientia ipſorũ.Et Amb.lib.de offic.Vnuſquiſq; reus in ſeipſo erit redargutus.Nã ſecundũ Iſid.Omnia poteſt homo fugere præter cor ſuũ. Nã quocũq; homo vadit,cõſcientia eũ nõ derelinquit.Ideo Aug.O homo ſi times iudiciũ,corrige conſcientiã.Nã habetur 11.q.3.in cunctis.Quẽ cõſcientiã defendit , liber eſt inter accuſationes: & liber ſine accuſatione eſſe nõ poteſt,ſi ſola quæ interius adiacet cõſcientia accuſet.Hoc cõſiderauit Gre.dicẽs,Vtinã ſic vixiſſem vt in me propriã cõſcientiã accuſatorẽ nõ haberẽ.Secũdus accuſator eſt magnitudo culparum,quale fuit peccatũ Sodomiticũ.Gen.1.Clamor Sodomorũ & Gomorrhæorũ multiplicatus eſt,& peccatũ eorũ aggrauatũ eſt nimis.Nã tale peccatũ eſt flagitioſum,ſecundũ Aug.32.q.7. flagitia.Flagitia quæ ſunt cõtra naturã,vbiq; & ſemper repudianda & punienda ſunt:nã excedit omnes ſpecies fornicationis, & omniũ peccatorũ carnaliũ peſſimũ eſt peccatũ, quod eſt contra naturã.Nã ꝓpter hoc peccatũ Deus diſtulit incarnari.Quia per hoc violatur ipſa ſocietas quæ cum deo nobis eſſe debet,cũ eadem natura cuius ipſe autor eſt, libidinis peruerſitate polluitur.Vnde tale crimen peſtilentias & tẽpeſtates,inducit,& clamat vindictã & accuſat per-

ſonã,ſicut patet de Cain, Gen.4. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.Dicit Greg.5 Moraliũ: Omnis iniquitas apud ſecreta Dei iudicia habet voces ſuas, vbi peccator q eã cõmiſit accuſatur.Tertius eſt merces laborũ iniuria & læſio proximorũ.Iac.5. Ecce merces operariorum q meſſuerũt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis,clamat:& clamor eorũ in aures Dñi Sabaoth introiuit. Eſt.n. peccatũ cõſimile ſanguinis effuſioni. Ecc.34. Qui effundit ſanguinẽ &qui fraudẽ facit mercenario,fratres ſunt.Quartus accuſator eſt clamor pauperũ oppreſſorũ,viduarũ & pupillorũ.Eccl.35.Nónne lachrymæ viduæ ad maxillã deſcendũt,& exclamatio eius ſuper deducẽtẽ eas?à maxilla enim aſcẽdunt vſq; ad cœlũ,& Deus exauditor non delectabitur in illis.Sed implebitur illud Pſ.11.Propter miſeriã inopũ & gemitũ pauperũ,nũc exurgã dicit dñs.& Pſ.9. Deſiderium pauperũ exaudiuit Dñs.Pro.22. Non facias violentiã pauperi,quia pauper eſt:neq; conteras egenũ in porta, quia iudicabit Dominus cauſam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius.Hæc ſunt quatuor peccata hominem accuſantia & in cœlum clamantia. Verſus:

Clamat in cœlum vox ſanguinis, vox Sodomorum,
Vox oppreſſorum, merces retenta laborum.

¶Tunc ſubdit: *Quaſi diſſipaſſet bona illius.* Hæc dictio quaſi eſt nota veritatis nõ ſimilitudinis:eodẽ modo ſicut Io.1. Cuius gloriam vidimus quaſi vnigeniti à patre.Et dicitur notãter *bona illius*,quę ſũt triplicia,ſ.naturæ,fortunæ & gratiæ.Bona naturæ ſunt ſanitas,pulchritudo, fortitudo:per quæ obligamur ad ſeruiẽdũ Deo:vt quãtò quis ſanior aut fortior eſt, tãtò ad ſeruiẽdũ eſt obligatior.Ro.12.Obſecro vos vt exhibeatis corpora veſtra,dicẽdo cũ Pſ. 58.Fortitudinẽ meã ad te cuſtodiam. Sed hæc bona naturæ diſſipãt luxurioſi & auari,amatores mũdi qui his abutũtur,dicentes illud Sap.2.Venite fruamur bonis quæ ſunt,& vtamur creatura tanquã in iuuẽtute celeriter,nõ prætereat nos flos tẽporis.Hi ſunt qui abutũtur oculis ad videndũ illicita,de quibus Mat.5. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendũ,&c.Abutũtur auribus ad audiendũ.Act.7.Dura ceruice & incircũciſi corde & auribus,&c. Abutuntur lingua ad loquendũ.Ier.9. Extẽderunt linguã ſuã quaſi arcũ mendacij.Abutũtur omnibus ſenſibus ad peccandum. Ier.9.Aſcendit mors per feneſtras noſtras. Abutuntur toto corpore.Ier.5.Saturauit eos & mœchati ſũt.Ideo dicit Gre.

in Ho

in Homi. Malè bona Dñi diſpenſamus,quãdo ea quæ ad vſum virtutũ accepimus,ad vſum vitiorũ cõuertimus. Et dicũt ſe excuſando,Ego grauiter acquiſiui,volo igitur bonis vti ſecundũ voluntatẽ meã.reſpõ.his, ꝙ non,quia ſunt diſpenſatores.1. Cor. 4.Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti,&c.Hîc iã quæritur inter diſpenſatores , &c. ſ.qui expendit bona tẽporalia ad Dei honorẽ, propriã neceſſitatẽ & proximi vtilitatẽ,quia dicit Gre.Deus diuites nõ abiicit,ſed eorũ põpoſitatẽ abhorret & voluptatẽ:Idcirco , Secunda bona ſunt bona fortunæ,quæ ſunt nobis cõmiſſa vt eis vtamur, & quod ſupereſt nobis pauperibus tribuamus. Tob.4.Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynã,& noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere.Dicit nãq; Baſil. Si fateris ea tẽporalia diuinitus tibi eueniſſe,cur tu abundas& ille mẽdicat, niſi vt bonæ diſpenſationis meritũ cõſequaris,ille verò decoretur patiẽtiæ brauiis?Eſt famelici panis quẽ tu tenes,eſt tunica nudi tinea demolita.His bonis fortunę abutũtur primo ſuperbi.De quibus Ber.Clamãt nudi,cõquerũtur famelici,extẽditur in perticis,plicatur in manicis,trahitur in vicis ꝙ ſubtrahitur nobis.Secũdũ diſpenſantes bona tẽporalia ꝑ abuſionẽ ſunt auari tenaces pauperib⁹ nõ impartiẽtes. De quibus Iac.5.Agite nũc diuites, plorate vlulãtes in miſeriis veſtris quæ adueniẽt vobis.diuitiæ veſtræ putrefactę ſunt,& veſtimẽta veſtra à tineis comeſta ſunt:aurũ & argẽtũ veſtrũ æruginauit,& ærugo eorũ in teſtimoniũ vobis erit.Nã tales ſunt quaſi fures.De quibus Hier.Aliena rapere conuincitur,qui ſuperflua tenere ꝓbatur.Sed di.Tamen Dñs habebat loculos?Reſp. Aug.12.q.1.Habebat Dñs loculos à fidelibus oblata cõſeruans,vt inde ſuorũ neceſſitatibus & aliis indigẽtibus tribueret.Nã ſecundũ Chry.Illa pecunia bene ſeruatur,quæ in manu pauperis collocatur.Tertia bona ſunt bona gratię & ſpiritualia,quę nobis ſunt collata, vt per ea vitã æterna conſequamur. Nemo enim ſine gratia ad illã perueniẽt.Ioã.6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater q miſit me traxerit eũ,ſ.per gratiã.Illa bona diſſipantur per quæq; peccata mortalia.Beda,Quicunq; ſuam naturã in peccatis exponit,ſua temporalia malè conſumit, & gratiã Dei ꝑ peccatũ tollit.Et talis diſſipat bona Domini ſui. Aug. 14. q.4. Quid dicam?Male poſſidet qui male vtitur,vt patet de diuite epulone, Luc.16.qui propter abuſum temporalium fuit punitus in inferno.¶Tunc ſubdit in tex.

Et vocauit illũ, ſ.per citationẽ.Vnde citatio ex iure fit tripliciter,per ſcriptũ ſiue literæ miſſionẽ, & ſic citamur per ſacrã ſcripturam.Prou.9.Sapientia miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcẽ.Sapientia ſacra ſcriptura dicitur,in qua cõſiſtit fons ſapientiæ.Hier. Literas ignorat qui ſacras neſcit: miſit ancillas ſuas,i.omnes artes liberales ad vocandũ, ad arcẽ ſummæ ciuitatis Hieruſalẽ,miſit oẽs ſcientias ſpeculatiuas ad cognitionẽ primi veri boni, & oẽs ſcientias practicas ad apprehenſionẽ ſummi boni. Omnes enim ſciẽtiæ finẽ vltimũ habẽt beatitudinẽ, & beatitudo cõſiſtit in cognitione primi veri,& apprehẽſione ſummi boni.Illam ergo beatitudinẽ quam alij à remotis ſpeculãtur iſta facultas diuina pro ſubiecto immediato tenet,&qui nõ cõparuerit huic citationi,nõ iuſtificabitur.Pro.28. Qui declinat aures ſuas,ne audiat legẽ,oratio eius erit execrabilis.Luc̨ 9. Qui me erubuerit & ſermones meos,hũc filius hominis erubeſcet.Secũdò,citatio fit per nuntios.Lu.14.Miſit ſeruos ſuos.Primò,Moſen.Exo.5.Deus Hebræorũ vocauit nos, vt eamus viã triũ dierũ in ſolitudinẽ,& ſacrificemus dño deo noſtro.Tertiò,per publicũ edictũ ſiue ſolennẽ vocationẽ,ſ. omniũ creaturarũ.Ro.4.vocat ea quæ nõ ſunt tanquam ea quæ ſunt.Ipſe enim deus vocat ea quæ nõ ſunt,i.peccatores à ſe auerſos,tanquã ea quæ ſunt,per omniũ creaturarũ nutus:bonitas creaturæ vocat ad bonitatẽ creatoris, & pulchritudo creaturæ ad pulchritudinẽ creatoris. diuini enim nutus ſunt omniũ creaturarũ decus.Sed quid prodeſt,ꝙ clamat omnis creatura,& dicit omnis ſcriptura, & tamẽ peccatores venire contẽnũt?Cãt.1.Vocaui & nõ reſpõdit mihi. Pro.1.Vocaui,& renuiſtis,extẽdi manũ meã ad creationem creaturarũ.omne conciliũ meum,ſ.nuntiorum deſpexiſtis. ¶Pręter iſtas tres citationes citat deus quartò per mortẽ, & ibi oportet cõparere.Heb.9.Statutũ eſt omnibus hominibꝰ ſemel mori.de hac vocatiõe habetur Iob 14.Vocabis me,& ego reſpõdebo tibi.Et ad hãc vocationẽ,velis nolis, oportet cõparere.Poſt mortẽ.n.vocabit nos ꝑ tubã.1.Cor.15. Canet enim tuba,& mortui reſurgẽt incorrupti.Tũc dicet vni cuiq; noſtrũ, *Quid hoc audio de te?* Hic inculpat eũ.q.d.Quid audio ꝙ bonorũ corporis es peſſimꝰ diſſipator?Audio de te ꝙ bonorũ animæ es ꝓdigꝰ diſpẽſator. Audio de te ꝙ bonorũ tẽporaliũ ſis ſuperfluus dilapidator.de hoc auditu di.Pſ.77 Audiuit dominus & diſtulit, ſ.vſque ad vocationẽ iudicij.

Tunc

Tūc dicet, *Redde rationē villicationis tuæ.* O verbū districtū, verbū aurib. durum, & tremebundū, redde rationē. Licet em̄ infinitæ sunt creaturæ, tamen à solo homine quæretur ratio: qa solus homo in anima immortalis & rationalis est vt habetur in can. 15. q. 1. Meritò par. ex eo. Homines, quia rationales sunt facti & de se & de omnibus rebus, quas in vsum vitæ præsentis acceperūt, rationē reddituri sunt Deo: & pro suorū actuum qualitate recipient aut gloriā aut pœnā. Sacræ tamē legis autoritate animalia iubentur interfici non propter conscientiā peccati, sed quia refricāt memoriā facti, & sic solus homo reddet rationem, iuxta illud 2. Cor. 5. Omnes em̄ nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; ꝓpria corporis, prout gessit siue bonū siue malū. Ibi aperiētur libri consciētię. Apoc. 2. Aperti sunt libri, & iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta erāt in libris secundū opera eorum, & mare dedit mortuos qui erāt in eo, & mors & infernus dederūt mortuos suos qui in ipsis erant: & iudicatū est de singulis secundū opera ipsorū dicēdo, Redde rationē. Ansel. O iuste iudex, signasti quasi in sacculo pecuniam, & siluisti, & patiēs fuisti. Væ mihi, demùm quęres & nō silebis, cùm dices, Redde rationem, à maximo vsq; ad minimū. ¶ Primò, à prælatis quæretur ratio de ingressu, ꝓgressu, & cōgressu. Primò, de ingressu, s. quomodo intrasti: an per portam Simonis vel Christi dei & hominis? Quis introduxit te veritas vel falsitas? Deus vel diabolus? gratia vel munus? caro vel spiritus? Si per fraudulentiā intrasti in locū sanctitatis? Si per violentiā in locū libertatis? Si per carnalē copulā in locū spiritualitatis? Si per pecuniā in locū gratitudinis? Quomodo intrasti? Nam dicitur Io. 10. Qui nō intrat per ostiū in ouile ouiū, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro. Secundò, redde rationem de progressu. quomodo vixisti? Isa. 22. De Sobna pręposito tēpli quęretur, Quid tu hic? aut quasi quis hic? i. qualiter vixisti? sicut sacerdos vel rusticus homo vel pecus? nam habetur, 1. q. 1. vilissimus. Vilissimus cōputādus est nisi pręcellat sciētia & sanctitate, qui est honore pręstātior. Greg. Prelati tot mortib. digni sunt, quot malis exēplis subditos ad vitia trahūt. Tertiò, quęretur de cōgressu, s. quomodo rexisti? sicut rector animarū vel collector pecuniarū? Nā dicit Aug. 8. q. 1. sunt in Ecclesia. Sunt in Ecclesia quidā prępositi de quib. Paulus dicit: Sua quęrētes, nō quæ Iesu Christi. Quid est sua quęren-

tes?nõ Christũ gratis diligentes, sed Deũ non propter deũ quærentes, tẽporalia cõmoda sequentes, lucris inhiantes, honorẽ ab hominibus appetentes:his dicetur illud Ier. 13. Vbi est grex datus tibi?Etiã quæretur à prælatis. Quomodo expendistis ad honorẽ Dei & salutẽ animarũ? vel ad voluptatẽ corporis?Dicit enim Hier. Quicquid habent clerici pauperũ est.12.q.2.aurũ.Aurũ Ecclesia habet,nõ vt seruet, sed vt eroget & subueniat pauperibus in necessitatibus. Similiter in capite seq.gloria:vbi dicit Hier.Gloria episcopi est pauperũ opib' prouidere:ignominia sacerdotis,est propriis studere diuitiis.Natus in paupere domo & in tugurio rusticano qui vix milio & cibario pane rugientẽ ventrẽ saturare poterã,nunc similã & mella fastidio.Itẽ quæretur de regibus & principibus,iuxta illud Sap.6.Audite reges & iudices terræ, quoniã data est vobis potestas à Dño & virtus ab altissimo,qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur.Sequitur:Horrendè & citò apparebit vobis,quoniã iudiciũ durissimũ in his qui pręsunt fiet,cùm dicetur eis: *Redde rationẽ*,s. vtrũ fuisti tutor pauperũ vel excoriator,si præcessisti vel destruxisti.Nã habetur 23.q.5.regũ.Regum propriũ est facere iudiciũ & iustitiã,eripere de manu calumniantiũ vi oppressos. Et implebitur in eis illud Bern. Veniet ad iudiciũ dura allegatio pauperũ,clamor viduarũ, & gemitus pupillorũ, & tunc exiguo cõcedetur misericordia,sed potẽtes potẽter tormẽta sustinebũt.Sap. 6. Tertiò, quęretur ratio de omnibus in potestate cõstitutis capitaneis,iudicibus,consulibus,& vnicuiq; dicetur : *Redde rationem*,scilicet quomodo iudicasti?Nam dicitur 11.q.3.qui rectè.Qui rectè iudicat, & præmiũ remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat,quia iustitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Dicitur etiam 11.q.3.non licet.Non licet iudici vendere iustum iudicium, &si liceat aduocato vendere iustum patrocinium. O quot sunt tales venditores & personarum acceptores in iudicio, non habentes Deum præ oculis, non iusta iudicia sed munera?Quod conqueritur Innoc.dicens:clamat pauper, nullus audit:loquitur diues,quilibet applaudit.Et quod peius est, dicit Isido.11. quæst.3. pauper. Pauper dum non habet quod offerat,nõ solùm audiri contemnitur,sed etiã contra iustitiã & veritatem opprimitur. De talibus Isaiæ 5.Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo

ab eo. Quartò, quęretur ratio de mercatoribus, ſ.quomodo emiſti, vel vẽdidiſti? Si verè vel doloſè. Nã dicit Leo Papa, Difficile eſt inter emẽtes & vẽdẽtes nõ interuenire peccatũ: vt impleatur illud Eſa.47. Negotiatores tui ab adoleſcẽtia tua vnuſquiſq; in via ſua errauit: res enim ꝓprias vitioſas laudãt, alienas vituperãt. De hoc Prou.20. Malũ eſt, malum eſt, dicit omnis emptor: & cùm receſſerit, tunc gloriabitur. *Redde rationẽ*, ſi carius vẽdidiſti propter tẽporis dilationem, quia eſt vſura: niſi homo eſſet dubius, an tẽpore ſolutionis eſſet tãti valoris, extra de vſuris, c. in ciuitate. Itẽ redde rationẽ, ſi decepiſti ꝓximũ in põdere & mẽſura vel numero. Nã habetur Leu.19. Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mẽſura. Nam dicitur extra de empt.& vẽd. vt mẽſuræ. Vt mẽſuræ & põdera iuſtè fiant, ſi quis iuſtas mẽſuras & iuſta põdera lucri cauſa mutare prę-ſumpſerit, 30. diebus in pane & aqua pœniteat. Ideo Apoſt. 1.Theſ.4. Ne quis ſupergrediatur neq; circũueniat in negotio fratrẽ ſuũ, quoniã vindex eſt dominus de his omnibus. Itẽ redde rationẽ, ſi in feſtiuitatibus emiſti vel vẽdidiſti, q̃a inhibitum eſt, vt extra de fer. Omnes dies dominicos debemus obſeruare, vt in eis mercatũ nõ fiat. Et de cõſe.diſt.1. Ieiunia. Die dominico nihil aliud eſt agendũ, niſi deo vacãdum. Nã tales emptores & venditores, qui violãt feſtũ diei dominicę peccãt in patrẽ, in filiũ, & ſpiritumſanctũ Primò, in patrẽ, cuius potẽtia mundus iſto die creatus eſt. Secũdò, in filium, cuius ſapiẽtia mundus redẽptus, in iſto die ſurrexit à mortuis. Tertiò, in ſpiritumſanctũ, qui tali die mũdo miſſus eſt: & per cõſequens ingrati ſunt creatori, redẽptori, & cõſolatori: nã legitur Num.15. De eo qui ligna collegit in ſabbato, neſciẽtes qua pœna punire deberẽt, recluſerunt in carcerẽ. Dixit dominus ad Moſen: Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidib. omnis turba extra caſtra. Et Deut. 28. Si audire nolueris quæ ego præcipio tibi, veniẽt oẽs maledictiones iſtæ ſuper te. Maledictus eris in ciuitate, &c. Quintò, quæretur ratio de cõiugatis, quomodo cõtraxiſti, quomodo vixiſti in cõiugio tuo, quomodo prolẽ docuiſti, ſi exẽpla bona vel mala ei tribuiſti? Sap.4. ex iniquis parentibus omnes filij qui naſcũtur teſtes ſunt nequitiæ. Idcirco *redde rationẽ*, ſi humaniter vel beſtialiter vixiſti? Nã habetur Tob.6. Qui ita cõiugiũ ſuſcipiũt, vt Deũ à ſe & à ſua mente excludant, vt ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mu-

lus,quib.nõ est intellectus,habet potestatẽ dæmoniũ super eos.Itẽ nõ solùm à prædictis quæretur ratio, sed de omnibus hominib.in generali,& de eorũ cogitationib.verbis & operib.Primò,de cogitationib.Sap.1.In cogitationib.impij interrogatio erit.Greg.Sic Deus vias nostras considerat,vt minutissimę cogitationes indiscussæ nõ maneãt. O qui tot luxuriosas cogitationes vel etiã vindicatiuas aut alias volũtariè in mẽte gerũt,quomodo respõdebũt? Idcirco quilibet debet custodire cor suũ. Aug.Quicq̃d pudet dicere,pudeat cogitare:hoc cogitare crimẽ est, quod dicere nephas est.Quicquid homo veretur dicere corã hominib. vel facere,debet vereri corã Deo cogitare : q̃a homo videt ea quæ parẽt, deus autẽ intuetur cor.1.Reg.16.& Prou.4.Omni custodia serua cor tuũ.Secũdò redde rationẽ de verbis. Matt. 12.Omne verbũ otiosum,&c.Hier.Otiosum verbũ est,quod sine vtilitate audiẽtis & loquẽtis profertur. Si enim de tali debet reddi ratio,q̃d tũc de verbis adulatoriis,detractoriis, maledicis?Ideo Isid.discerne quid loquaris.Talis sermo ꝓcedat de ore tuo,qui expedit,& nõ impedit.Et subdit: Sermo vanus vanæ mẽtis signũ est.Qualis ẽm sermo auditur, talis animus ꝓbatur.Eph.4.Omnis sermo malus ex ore vestro nõ ꝓcedat.Et Mat.12.Ex verbis tuis iustificaberis,& ex verbis tuis cõdẽnaberis Aug.Loquela ẽm rationabilib.data est,vt sit rationabilis.Prou.10.Qui moderatur labia sua,prudẽtissimus est. Nã qui cõsiderat rationẽ reddẽdã de omnib. verbis,nõ displicet sibi silẽtiũ.Nã per hoc posset homo seruare animã suã.Prou.13. Qui custodit os suũ, custodit animam suã.Tertiò,dicetur vnicuiq;, redde rationẽ de operibus.Eccl.12.Cũcta quæ fiũt,adducet Deus in iudicium pro omni errato,siue bonũ siue malũ sit:& de omnib. gressibus pedũ,visionib. tactibus & auditionib.illicitis.Mat.16.Reddet vnicuiq; secũdũ opera sua. Aug.de pœ.Peccata siue parua sine magna,nõ possũt esse impunita. Hoc cõsiderãs Iob 9.dixit: Verebar oĩa opera mea,sciẽs q̃d nõ parce.&c. Super hoc dicit Gre.ĩ Mora.Deus parcit pœnitẽti, sed nõ peccãti.

¶ De comparandis amicis spiritualibus per exhibitiones corporalis subsidij,qui suis meritis ac oratione destitutos sustineant. Quódque sententiã Christi irreuocabilem præmissis quibusdam nuntiis auteuertere & vtile sit & necessarium.

ENARRATIO II.

F*Acite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Luc.16. ¶ Ista est secũda pars principalis istius Euãg.in qua innuitur procuratoris

curatoris sagacitas in prouidēdo, cùm subdit, *Tūc ait villicus intra se*, s. turbatus. Primò propter tēporaliū ab eo remotionē: secūdò, quia debuit reddere rationē: tertiò propter honoris priuationē, quia ab officio destitui debuit, quia dominus dixerat, iam nō poteris villicare. *Tūc ait villicus intra se*, nō extra, ad amicos: quia ibi amicitia locū nō habet, sed implebitur illud Gal. 6. Vnusquisq; onus suū portabit. Et Eze. 16. Pater nō portabit iniquitatē filij. Ideo dixit: *Quid faciā?* non quid dicā. Quia nō est regnū Dei in sermone, sed in virtute. 1. Cor. 4. Nā excusatio locū ibi nō habebit. De quo Hier. 23. q. 2. in præsenti. In præsenti seculo scimus siue orationibus, siue cōsiliis inuicē posse nos adiuuari: cùm autē ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, i. coniugatos, nec Daniel, i. cōtinētes, nec Noe, i. prælatos rogare posse pro quoquā, sed vnumquenq; portare onus suum. Idcirco insinuat hic statum suū periculosum, cùm dicit, *Quid faciā?* Et cōsiderat defectū nutrimēti, cū subdit: *Fodere non valeo, mēdicare erubesco*. Vnde pauperes homines hîc in mūdo duob. modis se nutriūt, s. labore & mēdicatione: quorū neutrū ibi habebit locū. Nō labor, quia omnis labor aut est virtuosus, aut mediocris, aut malus: modò nullus labor locū ibi habet, quia ibi nec est meritū nec detrimentū: sed vnusquisq; recipiet meritū seu præmiū prout gessit. Ideo Apost. Gal. 6. Dum tēpus habemus, operemur bonū. Ber. Vbi non erit corpus, ibi nō erit actus. Ideo Greg. Ante prolationē irreuocabilis sententiæ prouidendū est reo, ante clausionē ostij festinādum est peregrino, ante terminū vitæ subueniendū est infirmo, quia post mortē nō est culparū remissio. Sic de nobis vnusquisq; est procurator domini sui, quia infinita bona à Deo recepimus & modica soluimus promissa in baptismo renūtiantes diabolo, in hoc nos mēdaces inuenimur, de beneficiis acceptis gratias nō agimus, peccatis nostris Deū offendimus, ipsum ad iracundiā prouocamus. Istis omnib. perlustratis, & in libra cordis pōderatis cū anxietate mētis, pōt vnusquisq; dicere: Quid faciam, cùm surrexerit ad iudicandū dominus? Iob 31. Ideo subditur Eccl. 18. Ante iudiciū interroga teipsum, & in cōspectu dei inuenies propitiationē. Recogita præsentis vitæ spoliationē, quia dominus aufert à te villicationem, recogita de pauperatione, quia fodere nō vales, s. corpus tuū per contritionē, & mēdicare erubescis, quia non dabitur, vt de diuite. Luc. 16. Sed implebitur

illud Apoc. 14. Opera illorũ sequũtur illos. Nã ibi erit omnis subsidij alienatio: Ideo subdit consilium gratiosum, dicens: *Scio quid faciã, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domo sua. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dimisit vni quinquaginta cados olei, alteri quintã partem debiti, s. viginti coros tritici & laudauit dominus villicũ iniquitatis quia prudẽter egisset.* Nõ laudauit eũ de fraude facta, sed de prouisione sua: nõ laudatur opus villici in se, sed in suo signato, quia significat, ꝙ quicquid habemus domini Dei nostri est. Vnde si de bonis domini nobis collatis largiẽdo eleemosynas prouidemus in posterũ, laudamur ab ipso. Vel sic: Nõ cõmẽdauit dominus absolutè prudẽtiã villici, sed in cõparatione ad prudentiã sanctorũ, quia prudẽtior ipse fuit ad fraudulentiã, quàm iusti ad iustitiam. Et hoc est quod subdit, *Filij huius seculi*, i. amatores mundi, qui sic intendũt secularibus, quasi ad nihil aliud sint geniti, nisi vt ipso seculo fruãtur, *prudẽtiores sunt filijs lucis*, i. electis & sanctis dei, quorũ opera nõ sunt in tenebris, sed in lumine gratiæ, *in generatione sua*, i. nõ absolutè, sed in secularibus negotiis. Attẽdamus quomodo seculares prudentiores sunt ad lucra tẽporalia, qualiter carnẽ pascũt, corpus vestiũt, quo ingenio fauores principũ acquirũt. Itẽ prudentiores ad hęc mũdana acquirẽda, quàm multi iusti ad cœlestia. Vnde Mat. 26. Apost. dormiebãt, quãdo Iudas circumibat hinc inde vt traderet Christũ: sic dormiẽtibus religiosis seculares lucra secularia quærũt, & terrã & mare mille periculis pertranseunt. Itẽ videmus seculares armis instructos ad defensionẽ, & ad expugnandum inimicos, magis, q̃ multi iusti prudentes sint tentationibus diaboli resistere & illum expugnare. Itẽ videmus mulieres se magis ornare vt placeãt mũdo quã multi iusti vt placeãt Deo, propter quod Abbas Macharius, cũ vidit ornatã fleuit, eò ꝙ ipsa magis satagebat mũdo placere quàm ipsi Deo. ¶ Ideo adducit salubre documẽtũ, dicẽs: *Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis*, s. ipsos pauperes. Dicit enim Aug. Mãmona diuitiæ vocantur secundũ Hebręos. Pro quo sciendũ, ꝙ nõ pręcipit dominus facere eleemosynas de malè acquisitis: quia habetur Eccl. 34. Dona iniquorũ nõ ꝓbat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorũ, quia qui offert sacrificiũ ex substãtia pauperum, quasi qui victimat filiũ in cõspectu patris sui. Sed si sunt malè acquisitæ, tũc faciẽdi sunt amici eis restituendo, inde pristina amicitia reparatur, licet restitutio nullius fit meriti

meriti. Si verò diuitiæ nō sunt de malo acquisitæ, tamē adhuc dicuntur mammona iniquitatis. Primò, quia non sunt veræ diuitiæ, imò paupertate plenæ & casibus obnoxiæ. Si enim veræ diuitiæ essent, securitatē pr̨starēt. Secūdò, dicūtur mammona iniquitatis, eò ꝙ iniqui cōstituūt sibi spem in eis, de quibus dicit Psal. 48. Cōfidūt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarū gloriantur. Tertiò ideo dicūtur mammona iniquitatis, quia vt plurimū iniquè acquirūtur. Cōmune est prouerbiū: Non est cumulus sine puluere. Quartò ideo, qui aliquādo iniquè cōtinentur, s. in auaritia magna. est enim nequitia retinere ea, quæ distribui pauperibus debēt iuxta illud Prou. 11. Qui abscondit frumēta, maledicetur in populis. Et Amb. Pasce fame morientē, si nō pauisti, occidisti. Quintò, dicūtur mãmona iniquitatis, quia iniquè expenduntur in luxuriis, comessationibus, superbiis & aliis superfluis. De quo Eccl. 11. Si fueris diues, non eris immunis à delicto. Sextò, dicūtur mammona iniquitatis, i. inæqualitatis, quia inequaliter possidētur. De his subdit: *Vt cùm defeceritis*, s. per mortē. Cùm homo moritur & deficit ei vita, deficit mundus, deficiunt amici, deficiunt opes, deficit possibilitas ad bene operandū. Dicat ergo hic vnusquisq;: *Quid faciā? Scio quid faciā*, ad ipsam Dei misericordiam confugiā, cùm in me ipso penitus deficio, iactās cogitatū meū in domino, & omnem solicitudinē in ipso ponā, præmittámq; nūtios antequā tempus rationis aduenerit, & placabo eum muneribus, si forsan respiciat afflictionem meam dominus, & reddat mihi bonū pro malo. Hāc enim mutationē dextr̨ excelsi de sua benignissima pietate cōsueuit frequētius exhibere. ¶ Ad hāc ergo cautelā de nunciis pr̨mittēdis præmonuit nos Saluator, Luc. 14. quibusdam parabolis dicēs: Quis ex vobis volens turrim ædificare, nōnne prius sedēs cōputat sumptus, qui necessarij sunt si habeat ad perficiendum, ne postquā posuerit fundamentū & non potuerit perficere, omnes qui vidēt, incipiāt illudere ei dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & nō potuit cōsummare? Et quid per turrim quæ in altū erigitur, lapidem super lapidem ponendo intelligitur, nisi cumulus beneficiorum Dei? Et quid velle ædificare turrim, nisi præsumere rationē de eisdē ponere? qđ qui pr̨sumpserit, nō immeritò illudēt ei homines dicētes: Hic homo cœpit, i. pr̨sumpsit reddere rationem, & nō potuit cōsummare? quia ait Iob 6. Si voluerit cōtēdere

cum

cum Deo,ſ.rationẽ ponẽdo, nõ poterit ei reſpõdere vnum pro mille.Poſtquã ergo inſtructi ſumus in hac parabola,ꝙ impoſſibile eſt nobis poſſe ponere rationẽ,ſtatim ſubiungit aliã parabolã, per quã nos inſtruit ꝙ poſt talẽ impoſſibilitatem reddẽdi rationẽ cautius ſit agẽdum,dicẽs: Aut quis rex iturus cõmittere bellũ aduerſus aliũ regẽ,non ſedens prius cogitat,ſi poſſet cũ decẽ milibus occurrere ei qui cũ viginti milibus venit ad ſe?Alioquin adhuc illo longè agẽte,legationẽ mittẽs rogat ea quæ pacis ſunt. In hac ergo parabola inſtruimur,ꝙ cũ viderimus ꝙ nõ poſſumus ei occurrere debitã rationẽ reddẽdo,præmittamus legatos ſeu nũtios,dum rex adhuc lõgè eſt,& quæramus pacẽ. Quod etiã Ecc.18.monet,cũ di.Ante iudiciũ interroga teipſum,ſ.vtrũ poſſis rationẽ ponere,& in cõſpectu Dei inuenies propitiationẽ.Item Prou.14.Oculi tui recta videãt,& palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.Per oculos autẽ noſtra cõſideratio accipitur,quã præmittimus diligẽter pẽſando,ſi ſufficiẽter poſſemus ponere rationẽ,quod cũ facere nõ poſſimus , nihil reſtat aliud, niſi vt nũtios præmittamus. Sunt autẽ tres nuntij pręmittẽdi,ſ.per verã pœnitentiã nõ diiudicãdo,per clementiã proximis miſericorditer cõpatiẽdo, per plenam ignoſcentiam peccãtibus in nos integraliter remittẽdo.Hi ſunt legati qui præmitti debẽt & rogare pacẽ,dicẽtes:Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe,Pſal.142.Si tamẽ ponere cogimur rationẽ,primus nuntius præmittẽdus eſt pœnitẽtia,ad cuius legationẽ Deus miſericordia flectitur & omittit ponere rationẽ:Quod nobis promittitur:Miſereris omniũ Deus, quia omnia potes:& diſſimulas peccata hominũ propter pœnitentiã:Eccl.2.Si pœnitentiã nõ egerimus,incidemus in manus domini,& non in manus hominum,ſ.vt cõpellamur ponere rationẽ, quod adhuc apertius dicitur, Ier.18.Si pœnitentiã egerit gẽs iſta de malo ſuo,agã & ego pœnitentiã ſuper malum quod cogitaui vt facerem ei.Item Ezec.33.Si dixero impio,morte morieris,& egerit pœnitẽtiã à peccato,&c.vitã viuet & nõ morietur.Omnia peccata eius quæ peccauit,non imputabũtur ei.Et hoc eſt quod ait dominus,Luc.13.Niſi pœnitentiã habueritis,&c.1.Cor.11.Si nosipſos diiudicaremus,nõ vtiq; iudicaremur.Quod exponẽs Ber.di.Nihil Deus quantũ in ſe à nobis exigit amplius quã vt diiudicãtes nos & pœnitentiã agẽtes , dicamus iniquitates noſtras,& ſuſcitabit nos gratis,vt gratia commẽdetur.

detur. Diligit enim Deus animã quæ in conspectu eius sine intermissione seipsam diiudicabit. Idq; iudiciũ nõ nisi propter nos à nobis exigit, vt quãdo nosmetipsos iudicamus, nõ à dño iudicemur. De hoc legato dicitur Psal. 47. Veniēt legati ex Aegypto. Quid per Aegyptũ quæ tenebræ interpretatur, nisi cor peccatoris quod tenebrosum est ex peccatis, accipitur? De hac Aegypto venient legati ad Deum, qui sunt pœnitētia, diiudicatio, gemitus, suspiria, luctus & similia, quæ apud Deũ tollũt omne debitũ quo tenemur. Hunc legatũ misit Maria Magdalena cõscia sibi multorũ malorũ debitorũ ad dñm, & audire meruit: Dimittũtur tibi peccata tua, vade in pace. In qua legatione assumpta dixit Simoni in parabo. dicens: Habeo tibi aliquid dicere: Duo debitores erãt cuidã fœneratori: vnus debebat denarios quingẽtos, & alius quinquaginta. Nõ habẽtibus illis vnde redderẽt, donauit vtrisq;. Sic facit nobis Deus cognoscẽtibus ex corde, quòd nõ habemus vnde reddamus, liberaliter condonabit.
¶ Secũdus nũtius cũ primo præmittẽdus est ad Deum, s. clemētia siue misericordia, quẽ tunc quasi nuntiũ ad Deũ mittimus, cũ ex propria miseria instructi omniũ miseriarũ tam corporũ quã animarũ ex corde intimo miseremur. De hac dicitur Mat. 5. Beati misericordes, &c. Ac si diceret: Si vestrã misericordiã super vestras miserias & proximorũ præmittitis, meã misericordiã sine dubio impetrabitis. De hac misericordia monemur Ios. 2. Vobiscũ feci misericordiã, sic & vos faciatis. Itẽ Tob. 4. Quomodo potueris, ita esto misericors? Quod autẽ ex hoc nũtio adiuncto primo omne debitum dimittitur, euidẽter innuitur. Mat. 18. in parab. Simile est regnũ cœlorũ homini regi, qui voluit rationẽ ponere cum seruis suis, & cùm cœpisset rationẽ ponere oblatus est ei vnus qui debebat ei decẽ milia talẽta. Cùm autẽ nõ haberet vnde redderet, iussit eũ dñs eius venũdari, & vxorẽ & filios & omnia quæ habebat, & reddi. Procidẽs autẽ seruus ille, orabat eũ, dicẽs: Patiẽtiã habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autẽ dominus serui illius, dimisit eũ, & omne debitũ dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille inuenit vnum de cõseruis suis, qui debebat ei cẽtum denarios, & tenẽs suffocabat eum, dicẽs: Redde quod debes: Et procidẽs cõseruus, &c. Ille autẽ noluit, sed abiit, & misit eum in carcerẽ, donec redderet vniuersum debitum, &c. In qua parabola instruimur, ꝙ ille secundũ legatũ cum primo nõ misit: ideo prima gratia

gratia remota est,& missus est in carcerem;donec redderet vniuersum debitũ. Cùm autẽ dicitur, Omne debitũ dimisi tibi,insinuat hoc primo nũtio esse factũ.Sed secundũ cum primo nõ miserat:ideo remota est gratia quã accepit. Vnde Iac.2.Iudiciũ sine misericordia fiet illi qui nõ facit misericordiã. Quod est dicere, cũ plena ratione reddet omne debitũ in die iudicij,qui non miserebitur proximorũ miseriis.De hac misericordia require in serm.Estote misericordes.Tertius nuntius æquè necessitatis est,s.ignoscentia, vt sicut nobis debita dimitti cupimus, sic & nos nostris debitoribus dimittamus.Vnde Eccle.28.Relinque proximo tuo nocẽti te,& tũc deprecãti tibi peccata soluẽtur.Quod apertius innuitur Mat.6.Si dimiseritis hominib' peccata eorũ, dimittet & vobis pater vester cœlestis peccata vestra.Si autẽ nõ dimiseritis hominibus,nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.Dicitur enim Eccl.28.Homo homini seruat irã,& à Deo quærit medelã.Licet autẽ offensarũ dimissio difficilis supramodũ videatur, sunt tamẽ duo quæ cõsiderata ad remissiones offensarũ facillimè nos inducũt,Dei videlicet cõplacentia,& nostrarũ offensarũ indulgẽtia.Primò,dico ad iniurias dimittẽdas summè valet consideratio diuinæ cõplacentiæ:Nam in omni obsequẽdi modo nil tãtum Deo placet in filiis gratiæ,quàm lædẽtibus esse placabilẽ.Vnde Stephano pro inimicis orãte, virtute illius orationis apertũ est cœlum,& vidit Iesum sedentem à dextris virtutis Dei.Secũdum cõsideratum ad facilẽ remissionem, est offensarũ nostrarũ indulgentia.Cùm enim culpę nostræ tam ratione eius quẽ offendimus qui est infinitus,quàm ratione culparũ,quibus offendimus sint infinitę,hanc tamen infinitatẽ facillimè nobis deus remittit,si nos videt nostris offensoribus dimisisse.Tertium potest dici,quia non offendimus tantùm inimicũ,quinetiã in infinitum nosipsos grauius offendamus,& stultus esset qui seipsum vellet occidere, vt inimicum instauret.Quartũ potest adiungi prędictis, quia supramodũ in præsenti auget gratiã, & cumulat gloriam in futuro : nam in aliis obsequiis se & sua offert homo.In hoc autẽ obsequio intimã vim & medelam omnis virtutis suæ offert Deo,Quod nobis præstet,&c.

¶ Dominica decima post Trinitatem.

Quot modis Christus fleuisse legatur. Ac quàm salubre sit pœnitenti lachrymas fundere.

ENAR

VIdens Iesus ciuitatem fleuit super illam. Luc.19. ¶ In summa Euang. duo innuuntur. Primò, aspectus diuinæ miserationis, ibi: *Videns Iesus*. Secundò, defectus Iudaicæ excæcationis, ibi: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacē tibi, &c.* De primo dicit, *In illo tēpore*, s. in die Palmarū, cùm obuiauerunt ei cum honore, & cum appropinquasset Hierosolymā. Nota, Christus multipliciter appropinquauit. Primò, sicut lumē æternum ad tenebras peccatorū & ignorātiæ. Nā licet in Hierusalem erat fons scripturarū, s. Scribæ & Pharisæi: attamē veritas erat extincta in eis, & obscurati erant intellectu. Ideo Christus ęternū lumen appropinquauit, volens eos illuminare per cœlestē doctrinā, vt patet in fine Euang. Erat quotidie docēs in tēplo. Sed quid factum est? illi peruersi & auari & superbi æstimātes se sapiētes cùm verè essent insipiētes, oderunt Christum æternū lumen, & fontē totius sapientiæ. Et hoc cōqueritur, Io.3. Lux venit in mundū, & dilexerūt homines magis tenebras, quàm lucē. O quot sunt hodie tales verbū Dei renuētes? Psal.118. Lucerna pedibus meis verbū tuū, & lumen semitis meis. Ber super Can. Quęrit anima verbū, vt illuminetur ad cognitionē, inflāmetur ad dilectionē. Ps.118. Ignitū eloquiū tuum vehementer. Secūdò, venit sicut legatus cœlestis patris ad peragendū opus dilectionis & æternę redēptionis. Io.10. Ego veni, vt vitam habeāt. Sed heu, vitā occiderunt. Io.5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illū accipietis. Tertiò, appropinquauit sicut propugnator ad saluādū. Isa.63. Ego qui loquor iustitiā & propugnator sum ad saluandū. Ipse enim elegit sibi noua bella. Iud.5. Vt moriēdo mortē nostrā destrueret, & resurgēdo vitā repararet. Ergo dicit, *Cùm Iesus*, i. Saluator. Matt.1. Ipse enim saluum faciet populū suum. *Vidit ciuitatē*, vidit oculis corporis & mētis, sed aliter & aliter. Oculis corporis firmissimè cōstructā, alta mœnia habentem, pulchra ædificia, altis turribus muratā. Sed oculis mentis siue diuinitatis plenā peccatoribus, atq; plenā auaritia, superbia, luxuria, & omnibus vitiis. Psal.54. Vidi inquitatē & contradictionē in ciuitate. Item futurā præuidit calamitatem, sed heu ipsi læti. Isa.22. Vocauit dominus ad fletum & planctum, & ecce lætitia & gaudium, occidere vitulos, &c. Fleuit super illam. Primò, quia ciuitas sanguinaria & interfectionis, quæ erat domi-

num & apostolos occisura. Matt.23. Hierusalē, Hierusalem quæ occidis prophetas, &c. Isa.1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? plena iudicij iustitia habitauit in ea, nūc autē homicidæ. Ezec.24. Væ ciuitati sanguinum: cuius ego grādem faciā pyrā, i. congeriē lignorū ex igne. Ier.33. Abscondi faciē meā à ciuitate hac propter omnē malitiā eorū, idcirco deserta. Isa.1. Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tuguriū in cucumerario, sicut ciuitas quæ vastatur. Idcirco Christus fleuit non destructionē domorum & murorū, sed animarū. Secundò, erat ciuitas perfidiæ & rebellionis, & in perfidia permāsura. De qua ciuitate loquitur Ier.33. Abscōdi faciē meam à ciuitate hac, quia doctrinā Christi nō suscepit. De quo Mat.23. Quoties volui cōgregare filios tuos, queādmodū gallina cōgregat pullos suos sub alis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Tertiò, fuit ciuitas repulsa & desolationis. Vnde Thr.1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, &c. Ideo Ier.15. Quis miserebitur tui Hierusalē? aut quis cōtristabitur pro te? aut quis ibit ad rogādum pro pace tua? q.d. nullus. Ideo Ier.21. Posui faciē meā super ciuitatē hanc in malum & non in bonū. ¶ Et notāter dicit *fleuit super ciuitatem.* Nam nō videtur Iesum fleuisse super villā, sed super ciuitatem. Et hoc, quia ciuitates sunt in maiori periculo quàm pagi. Et hoc, quia in eis magis regnat prudētia mūdi quàm sapiētia Dei. Et hoc est periculosum. Greg. in Moral. Difficile est, vt is qui sapientē se æstimat, mentē ad humilitatē reducat, & rectè prædicātibus credat. 1. Cor.5. Sapiētia huius mūdi stultitia est apud Deū. Secūdò, quia in ciuitatibus plus regnat prudētia carnis. Ro.8. Sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei nō est subiecta, nec enim potest: qui autē in carne sunt, Deo placere non possunt, & sic in ciuitatibus magis sunt ambitiosi, voluptuosi, luxuriosi, quā in pagis, qui dāt occasionē peccādi. Ier.5. Saturaui eos & mœchati sunt. Bern. In delitiis periclitatur castitas, in diuitiis humilitas. Similiter in ciuitatibus sunt otiosi. Senec. Otiū est sentina omniū vitiorū, sed in pagis sunt in cōtinuis laboribus, & sic carnē suā domāt, & occasionē peccādi abscindunt. Quod isti in Hierusalē nō fecerūt. Idcirco Iesus defleuit eorū malitiā. ¶ Pro quo sciēdum, ꝙ Christus quinquies fleuit, vt reperitur in sacra scriptura, nobis in exemplum iuxta illud, Iudic.9. Quod me videtis facere, omnes facite.

Nam

Nā ipse dixit, Io.13. Exēplū dedi vobis, vt queādmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. Primò, fleuit ex passione nostræ miseriæ, nō suæ. videlicet in sua natiuitate, cùm ex vtero virginis candor lucis æternæ in hunc mundū natus fuisset. De quo canit Ecclesia: Vagit infans inter arcta positus præsepia. Et potuit dicere illud Sap.7. Primā vocē similem omnibus emisi plorās: fleuit ibi omnē miseriā humanæ cōditionis, in quā homo venit p peccatū Adæ. Eccl.40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus & iugū graue super filios Adā à die exitus de ventre matris vsq; in diē sepulturæ. Aug. Vox omnis hominis à ploratu incipit. Antequā loqui potest, miseriā suā prophetizat, quæ est triplex. Primò in ingressu, qa vt peccatores & nudi nascimur. Secūdò in pgressu, quia in peccatis viuim⁹ & culpabiles cōuersamur. Tertiò, in egressu, Iob 1. Nud⁹ egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. de his trib⁹ Apoc.8. Vę vę vę habitātibus in terra. Itē Innoc. in lib. de miseria humanę cōditionis: Quis dabit oculis meis fontē lacrymarum vt defleā miserabile cōditionis humanę ingressum, culpabilē pgressum, desolatū egressum? Idcirco Ier.15. Vę mihi mater mea, quare genuisti me virū rixæ, virū discordiæ in vniuersa terra? O quā detestabilis ingressus! Homo nascitur ad laborē, ad dolorē, ad miseriā vsq; ad mortē. De primo Iob 5. Homo nascitur ad laborē, & auis ad volatū. Secūdò ad dolorē. Eccl.2. Cūcti dies eius doloribus & ærūnis pleni sunt. Tertiò ad mortē. Ps.88. Quis est homo qui viuet, &c. Secūdò de pgressu, Ge.8. sensus enim & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescētia sua. Innoc. Homo agit praua quib⁹ deū offēdit, seipsum & proximū. Tertiò, de egressu Ier.10. Væ mihi super contritione mea. ¶ Verè amara cōtritio, cùm in morte spiritus inuitus egrediatur de corpore & reuertatur puluis in terrā suā, vnde erat. Vnde Innoc. Erit dolor super dolorē, qñ exibit spiritus nō voluntarius sed inuitus, quoniā cū dolore amittit quod cū amore possedit, ac velit nolit cōstitutus est terminus qui præteriri nō poterit. Aug. Væ q̄ tremēda hora, quā districtū examē, cùm iudex ad iudicandū venerit. 1. Pet.4. Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Ber. Fleuit Christus non vt cæteri, sed cur non vt cæteri? illi ex passiōe, sed Christus ex cōpassione nostræ miseriæ. Ideo possum dicere: *Si cognouisses & tu*, s. fleres. Ber. Si Deus qui miser nō existit pro nobis

flere voluit, multò magis nos qui verè miseri sumus, flere debemus. Deu. 32. Vtinā saperēt & intelligerēt, ac nouissima prouiderēt. Saperēt & intelligerēt, s. miseriarū multiplicitatē. Dicit enim Isid. Homo si innocenter viueret, ignis eum nō vreret, aqua nō submergeret. Gre. Nulla esset aduersitas, si nō adesset iniquitas. Sed heu nūc impletur illud Iob 14. Homo natus de muliere breui viuēs tēpore repletur multis miseriis. O vtinā intelligerēt, s. peccati multiplicitatē. De quo cōqueritur Ps. 39. Multiplicatæ sunt super capil. capitis mei. Similiter Manasses cōqueritur 2. Paral. vlt. Peccaui super numerū arenæ maris. *Si cognouisses & tu* fleres, vt fleuit dicēs Ps. 118. Exitus aquarū deduxerūt oculi mei, quia nō custodierūt legē tuā. Fleuit & Ezechias rex. Isa. 38. Vertit faciē ad parietē, & fleuit dicēs, Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. Ideo Ber. Si Christus qui miser nō existit in se, ꝑ nobis flere voluit: multò magis nos qui verè miseri sumus, flere debemus. Nā nostra miseria incipitur à natiuitate, & cōtinuatur vsq; ad mortē. De qua Hie. Vita humana fluuio cōparatur. Nā fluuius à principio & fine habet amaritudinē, q̄a à mari oritur & ad mare ꝓgreditur, & in medio labitur: sic miserabilis vita hominis. Idcirco habetur Deu. 32. Vtinā nouissima prouiderēt, i. mortē amarā. De qua Ecc. 41. O mors, quā amara est memoria tua! Si memoria mortis est amara, quid nūc passio mortis? Secūdò, fleuit Christus ex dilectiōe, & hoc sup Lazarum mortuū. Io. 11. Cùm vidit Mariā plorantē & Iudæos, lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce q̄uo amat eū. In hoc dedit nobis exēplū, ꝙ ex dilectione possemus mortuos naturali cōpassione deflere. De quo Chry. in can. 13. q. 2. vbicūq;, parag. hoc autē: Pietatis affectu & humanitatis intuitu mortuos lugere nō ꝓhibemur. De quo Eccl. 22. Modicū plora super mortuū, quoniā requieuit. Et dicit notāter modicū, quia nō debemus tristari incōsolabiliter, sicut hi qui spē nō habēt: nā mors bona est porta ad æterna gaudia, vt dicit Hier. Mors imponit finē miseriæ huius mortalis vitæ. Itē in hoc ꝙ Christus defleuit Lazarū, dedit nobis exēplū vt defleamus proximū tribulatū. De quo Iob 30. Flebā quondā super eo qui afflictus erat & cōpa. a. m. pau. quod docet Apost. Ro. 12. Flete cū flentibus: nā qui hîc non habet cōpassionē pauperū, illius nō miseretur dominus. Iac. 2. Iudiciū sine misericordia fiet illi, qui nō facit misericordiam. Ideo

Eccl.

Eccl.7.Non desis plorantibus in consolatione,& cũ lugentibus ambula.Dicit enim Apost.2.Tim.2.Si sustinebim' & cõregnabimus.Similiter 2.Cor.1.Scientes, quoniã sicut socij passionũ estis,sic eritis & cõsolationis.Tertiò, Christus fleuit super ciuitatẽ Iudęorũ, quia malitia eorũ excæcauit eos.Sophoniæ 1.Ambulauerũt vt cæci,quia dño peccauerũt. Reuera cæci,quia non cognouerũt eũ esse Deũ,& diffinierũt eũ crucifigere, Matt.23.Væ vobis qui ædificatis sepulchra prophetarũ,& ornatis monumenta iustorũ, & dicitis, Si fuissemus in diebus patrũ nostrorũ,nõ essemus socij eorũ,&c.Vos impleuistis mensurã patrũ occidendo dñm prophetarũ:sic nos sumus supercrucifixores Dñi. Heb.6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ Dei.Ber.Quia plus cruciant dñm nostra crimina quã sua vulnera:quia vulnera recepit volũtariẽ,peccatũ autẽ nõ vult.Ps.5.Quoniã nõ deus volẽs iniquitatẽ tu es.Aliqui crucifigũt dñm in seipsis.Augu.Sicut anima est vita corporis,sic vita animæ est charitas.Et sic deus est charitas.Aug.Charitas & mortale peccatũ opponũtur.nõ possunt simul stare.Itẽ homines audẽt talia facere ꝑ quibus Christus est crucifixus. Nã si homo nõ peccasset,Christus crucifixus nõ fuisset. Et dicit S.Thom. part.3.q.1.arti.4.Non solùm venit ad delendum originale, sed etiã omnia superaddita.Ro.5.Vbi abundauit delictũ, superabundauit & gratia.Sed ꝙ nõ omnia delentur, hoc est ꝑpter defectũ hominũ,qui Christo nõ inhærent, Io.3.Lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucẽ.Et hoc flendũ est à nobis.Ier.2.Quis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontẽ lachrymarũ & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei,s.super illos qui sunt mortui in peccatis, interficiendo semetipsos. Ber.Sũtne in te viscera Christianæ cõpassionis, qui plãgis corpus à quo recessit anima,& nõ animã à qua recessit deus? Et sic fleuit Ieremias.Ier.13.Oculus meus deducet lachrymas, quia capt' est grex Dñi.Quartò,Iesus fleuit super Iudã, quamuis hoc non est expressum in Euangelio:tamen B. Aug.in quodam sermone dicit:Dominus noster Iesus Christus super delictũ Iudæ lachrymatus est.Et potest trahi ex Euangelio, Ioã.13. Turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. O mira res!prodendus pro proditore turbatur.Et elicitur ibi, quòd Christus fleuit.Nam Iudas cum aliis apostolis electus erat

in prælatũ. Idcirco docuit nos flere de casu prælatorũ quia periculosus. Isid. de summo bono: Quãtò in altiori statu, tãtò in maiori q̃s stabit periculo. Philo. in probl. Lapis ab alto cadẽs sępius antè medius scinditur, quã ad terrã puenit: sic homo prius scindatur mẽte, q̃ corpus tradatur sepulturæ. Est cõmune prouerbiũ, Cùm caput ægrotat, cætera mẽbra dolent? & sic hìc: nã eorũ casus quãdoq; est occasio nostri casus. Isa. 24. Sicut populus, sic sacerdos. Gre. Causę ruinæ populi sunt sacerdotes mali. Quintò, fleuit in cruce ingratitudinẽ multorũ, ꝙ eius passio amara in multis perderetur. Heb. 5. Qui in dieb' carnis suę preces, &c. cũ clamore valido & lachrymis offerẽs exauditus est ꝓ sua reuerẽtia. Nota, Christ' fleuit in cruce multis de causis. Primò, vt acerbitatem mortis exprimeret. Vnde. Thre. 1. O vos oẽs qui transitis per viã, attendite & videte, si est dolor sicut dolor me'. Secũdò, vt nos ad cõpatientiã excitaret. Vnde Ber. Ascẽdit in altũ vt ab hominibus videretur, clamauit vt ab omnibus audiretur, fleuit vt homo cõpateretur. Ad hãc cõpassionẽ hortatur nos Hier. di. Quis potest trãsire siccis oculis, ꝙ lãcea militis pforauit latus Saluatoris? Tertiò, fleuit in cruce, vt patrẽ ad miserandũ ꝓuocaret. Quartò, vt ingratitudinẽ nostrã demõstraret. Vnde Amb. Doles dñe non tua vulnera, sed mea: quibus vulneratus sum in anima. Quintò fleuit vt nostrã fiduciã excitaret, ꝙ scelera nostra dimittere vellet: sicut Ioseph, Ge. 44. Cõmota sunt viscera Ioseph super fratre suo, & erũpebãt lacrymæ: & nõ poterat se cõtinere. Vnde Aug. Nõ hortaretur nos vt peteremus, si nõ dare vellet: sic nõ fleret nostra peccata, nisi ignoscere vellet. Sextò, Christus fleuit in cruce, vt nobis exẽplũ pręberet nos debere flere, cùm portamus crucẽ pœnitentiæ. Vnde Lu. 23. Filiæ Hierusalẽ nolite flere super me, &c. Vnde Ber. Si Christus q̃ miser in se nõ existit, flere ꝓ nobis voluit: multò magis nos q̃ verè miseri sum', flere debemus, vt docet Aug. de pœ. dist. 5. Cõsideret. Cõsideret pœnitẽs qualitatẽ & quãtitatẽ criminis, vt immoretur singulis secũdũ modũ criminis, purgãs lacrymis omnẽ qualitatẽ vitij, defleat & virtutẽ qua interim caruit: dolendũ est enim & dolore purgandũ nõ solũ ꝙ peccauit, sed ꝙ se virtutẽ priuauit. Itẽ peccator debet flere, quoniã iniustè Deũ offendit dñm patrẽ & creatorẽ & redẽptorem suũ, vt fecit Manasses 2. Paral. vlt. dicẽs peccaui super numerũ arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates

tes

tes meæ, excitaui iracundiā tuā, & malū corā te feci. Item deflere debet nō solùm ꝙ Deum offendit, sed peccatis suis Deū negauit. Vnde ad Tit.1. Cōfitentur se nosse Deū, factis autē negant. De quo Hier. in can. 11.q.3. Existimant. Existimant quidā in eo tātùm Deū negari, si in persecutionē quis à Gētibus cōprehēsus se cōfiteri renuerit esse Christianū. Et sequitur ibidē, Quotiescūq; vincimur à vitiis atq; peccatis, toties Deū negamus. Et ecōtrario, quoties bene quid agimus, toties Deū confitemur. Itē defleat ꝙ vltrò peccatis se obtulerit, nec expectauit tentationē, sed præuenit. Itē defleat, ꝙ tandiu in peccatis perseuerauit, & ꝙ ab impugnatione victus fuerit. Itē defleat, ꝙ proximū malo exēplo corrupuit & scādalizauit, & ꝙ incidit in illā maledictionē, de qua Mat.18. Væ homini, per quē scandalū venit. Ideo Amb. Ablue te lacrymis, laua te fletibus: si tu teipsum defleueris, alius te nō deflebit. Si Saul peccata sua defleuisset, Samuel eū non planxisset. ¶ O quā salubris est lachryma in cruce pœnitētiæ effusa! Primò, animā mūdat. Vnde Isid. Pœnitētis lachrymæ apud Deum reputantur pro baptismate. De quo Calixt. Papa, in cano. 50.d. pōderet. Lachryma amarissima Petri peccatū negatiōis deleuit iuxta illud Ezec.18. In quacūq; die peccator cōuersus fuerit & ingemuerit, omniū iniquitatū eius non recordabor amplius. Aug. Lachrymæ sunt testes doloris & veræ pœnitētię. Ideo Ber. vocat lachrymas sanguinē animæ quæ crebrius fusæ reputātur ꝑ sanguinis effusione. Secūdò, lachrymæ impetrant, vt habetur de Anna, 1.Reg.1. Quæ fletu impetrauit Samuelē à dn̄o. Similiter de Sara, Tob.5. Quæ flens impetrauit ab ea auferri opprobriū. Ideo scribitur ibidē. Post lachrymationē & fletū exultationē infundis. Et subdit, *In illo tēpore*, exauditę sunt preces amborū in cōspectu gloriæ summi Dei, & missus est angelus domini s. Raphaël, vt curaret eos ambos. Ideo Chry. Nemo flēs ad deū accessit, q nō impetrauit quod postulauit. Tertiò, lachrymę angelos lętificāt. Vnde Ber. Lachrymę pœnitētiū sunt vinū angelorū. Quartò, lachrymæ hominē saluāt. Vnde Amb. Da mihi dn̄e lachrymas Petri, nō lætitiam peccatorū. Nā lachryma regē Manassem ad regnū restituit, Niniuitas à subuersione liberauit: lachryma Ezechiæ regi ter quinos annos adiecit. Hester per lachrymas populū suū seruauit, Hester 7. Si Cain & Iudas virtutem lachrymarum sciuissent, desperare non debuissent. Dicit nanque Bernar.

Neq; mūdus diluuio periſſet, ſi ad lacrymas cōfugiſſet: eō ꝙ dicit Aug. Qui lacrymás miſerū ſe fatetur, illi Deus miſeretur. Ideo pōt dici cuilibet peccatori: *Si cognouiſſes, & tu*, ſ. virtutē lacrymarū, fleres. Nā ſecundū Aug. Quocunq; oculos mētis vertimus, materiā plorādi inuenimus: ſi ſurſum, videmus Deū quē offendimus: ſi deorſum, videmus infernū quē meruimus: ſi retrorſum, cernimus peccata quæ cōmiſimus: ſi antrorſum, videmus diſtrictū iudiciū quod timemus: ſi introrſum, intuemur cōſcientiā noſtrā quā peccatis fœdauimus: ſi extrorſum, videmus mundū quē amauimus: propter omnia iſta dicit, *Si cognouiſſes & tu*, ſ. fleres. Sed heu Iudęi nō fleuerūt, vt dicit Greg. Ipſi nō flebāt, ſed exaltabāt. Sicut frenetici gaudēt, cùm amici flent: ſic ipſi quaſi frenetici gaudebāt in peccatis tribus, quæ ſuperabundabāt in Hieruſalē, ſ. ſuperbia, auaritia, luxuria. De quib. 1. Io. 2. Omne qđ eſt in mūdo, aut eſt cōcupiſcētia carnis, aut cōcupiſcētia oculorū, aut ſuperbia vitę. De eorū ſuperbia ſcribitur Iſa. 3. Pro eo ꝙ eleuatæ ſunt filiæ Siō, & ambulauerūt extēto collo, & nutibus oculorū ibāt, & plaudebant, & ambulabāt, & pedibus ſuis cōpoſito greſſu incedebāt, decaluabit dñs verticem filiarū Siō. De ſuperbia verò virorū ſcribitur, Iſa. 5. Væ qui ſapiētes eſtis in oculis veſtris, & corā vobiſmetipſis prudentes. Itē de auaritia eorū habetur Iſa. 1. Principes tui infideles, ſocij furū, oēs diligūt munera, ſequūtur retributiones, pupillo nō iudicāt, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Iſa. 3. Rapina pauperis in domo veſtra. Et Iere. 6. A minore vſq; ad maiorē oēs auaritiæ ſtudēt. Item erāt voluptuoſi, & crapuloſi, Iſa. 5. Cithara & lyra & tympanū & tibia & vinū in cōuiuiis veſtris, & opus domini nō reſpicitis. Vę qui cōſurgitis mane ad ebrietatē ſectandā & potandū vſq; ad veſperá, vt vino æſtuetis. Væ qui potētes eſtis ad bibendū vinū, & viri fortes ad miſcēdā ebrietatē. In his gaudebant, & euenit eis illud Iob. 21. Tenēt timpanū & cytharā, & gaudēt ad ſonitū organi. Ducūt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcēdūt: ibi erit fletus & ſtridor dentiū, iuxta illud Luc. 6. Væ vobis qui ridetis nūc qa lugebitis & flebitis. Idcirco cùm in lacrymarū valle ſimus, pro peccatis flere debemus. Quia dicit Chryſ. ſuper Mat. Nihil ita nos cōglutinat & vnit deo, ſicut pœnitētis lacrymę. Dicit eñi Hugo li. 3. de clauſtro animæ, Sicut ſol poſt pluuiā clarior fulget, ſic Chriſtus poſt lacrymarū effuſ. benignior nobis apparebit.

¶ *Quas*

Quas ob causas Hierusalem à Romanis sit euersa, multisque calamitatibus Christo præcedente, quassata. Item quo loco Iudæi superstites sint à Christianis habendi. ENARRATIO II.

Venient dies in te, & circundabunt te inimici, &c. Luc. 19. ¶Ista est secũda pars principalis istius Euangelij, s. defectus Iudaicæ excæcationis. De quo subdit: *Et quidẽ in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi*, s. prosperitatis, vt vaces liberius tuis voluptatibus. Et dicitur dies tua, quia nõ vteris ad dei cultũ, sed expẽdis ad tuã voluptatẽ. *Nunc autẽ abscondita sunt ab oculis tuis*, s. mala, quæ vẽtura sunt. Nã præsens prosperitas facit ne consideretur & timeatur futura aduersitas. Propter quod dicitur Prou. 27. Ne glorieris in crastinũ, ignorans quid superuẽtura pariat dies. Quia scribitur Eccl. 9. Nescit homo finẽ suũ, sed sicut pisces capiũtur hamo, & aues laqueo cõprehendũtur, sic capiũtur homines in tẽpore malo. Idcirco Eccl. 7. Memorare nouissima tua, &c. Quę sint autẽ illa subdit: *Veniẽt dies in te*, i. cõtra te. ¶Hîc prædixit v i. miserias ciuitatis Hierusalẽ. Quarũ prima est obsidio, cũ dicit: *Venient dies in te*, Sed post XLII. annos ab ascẽsione domini venerũt isti dies subuersionis. Ecce tẽpus prosperitatis significauit in singulari per vnũ diem cùm dixit: *In hac die tua*. Sed tẽpus aduersitatis pronũtiauit in plurali, *Venient dies*. Quia modica erat prosperitas in cõparatione aduersitatis. Prou. 10. Timor domini apponet dies, anni impiorũ breuiabũtur. Glos. Breuiabũtur in culpa, vt dilatẽtur in pœna. Ps. 54. Viri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabũt dies suos. Et isti sunt dies super hãc ciuitatẽ prænũtiati. Ezec. 22. Ciuitas effundens sanguinẽ in medio sui, vt veniat tẽpus eius, & quæ fecit idola cõtra semetipsam, vt pollueretur in sanguine tuo, qui à te effusus est deliquisti, & in idolis tuis quæ fecisti polluta es, & appropinquare fecisti dies tuos, s. vltionis. *Et circũdabunt te inimici tui*, s. Titus & Vespasianus Romani principes. De quibus prædixit Balaã, Num. 24. Veniẽt in trieribus de Italia, superabũt Assyrios, & vastabũt Hebręos. Vnde dominus expectauit vindictã peccati Iudæorũ x l i i. annis, & cùm noluerũt pœnitere, tũc præmisit multa signa, sicut refert Iosephus, ꝙ stella flammea orta est tãquàm gladius & stetit per totum annũ super ciuitatem Hierusalem. Itẽ post hoc circa festũ azymorũ visi sunt currus in omni regione per aerẽ ferri, & armorum cohortes misceri. Itẽ post hoc in festo tabernaculorum quidam nomine Iesus, Ananię filius clama-

uit: Væ, væ, vę Hierusalẽ, vox ab Oriẽte, vox ab Occidẽte, vox à quatuor vẽtis, vox super Hierusalẽ, super tẽplũ, vox super vniuersum populũ, vir ille capitur, cęditur, verberatur, ad iudicẽ ducitur, diris tormẽtis afficitur, & nihil aliud dicere potuit q̃ væ Hierosolymis. Cùm noluerũt intelligere, & superbia Tiberio Cęsari rebellarẽt, tũc misit Vespasianũ cũ copioso exercitu qui venit in die paschę cùm copiosa & infinita multitudo ibi esset, & ante hoc admoniti fideles per spiritũs. recesserũt, quod lõgè antè ꝓphetatũ fuit per Dauid dicẽtẽ, Ps. 59. Dedisti metuẽtibus te significationẽ, vt fugiãt à facie arcus, & liberẽtur electi tui. Et tres aggeres fecit & eos reclusit. Vespasianus post obitũ Tiberij electus in Cæsarẽ reliquit filiũ suũ Titũ ibi, qui biennio eos obsedit, & tãta fames erat, ꝙ parẽtes filiis, & filij parẽtibus, viri vxorib. & ecõuerso, cibos, nõ tantũ ex manib. sed etiã ex dẽtibus recipiebant: & tãta fames erat ꝙ corrigias & calceamẽta mãducabãt, iuuenes fortes vt simulachra apparebãt, & qui mortuos sepeliebãt, super ipsos cadebãt exanimes & moriebãtur. Ita ꝙ nõ potuerũt sepelire, sed solùm proiiciebãt de muro. Sed Titus circũiuit semel & vidit valles plenas cadauerib. & terrã corruptã fœtore, fleuit dicẽs in cœlum: Domine deus tu facis hoc, & nõ ego. Vnde legitur in Schol. historia, ꝙ quædã mulier habuit puerũ quẽ lactauit, & cùm nõ amplius habuit lac ad nutriendũ, occidit ꝓpriũ filiũ dicẽs: O mi nate esto cib. matri, & de occiso dimidiũ coxit, & alterã partẽ occultauit. Prædones verò odorantes carnes, ad domũ ipsius cucurrerũt, & minãdo pro carnibus inquisierũt, quæ ostẽdit eis mẽbra infantis partis editæ, & aliã medietatẽ reseruatã. At isti inhorruerũt, & nõ potuerũt loqui. Factũ est secũdo anno imperij Vespasiani, Titus cœpit ciuitatẽ & euertit ita, ꝙ lapis super lapidẽ nõ remansit. Quod testatur trãspositio, quia sepulchrũ Christi prius erat extra ciuitatẽ, nũc in medio. Et sicut Christum pro triginta denariis emerũt, ita 30. Iudæi erãt vẽditi pro vno denario, sicut narrat Iosephus, nonagitanouem milia vẽditi sunt, & vndecies cẽtena milia perierũt, totidẽ gladio perẽpti sunt. Et Egesippus dicit: Nonagintaseptẽ milia in captiuitatem ducti. Iosephus dicit: Quotidie de nocte quingẽti de Hierusalem exierũt fugiẽdo, & captiuati in die crucifigebantur, donec deficiebãt cruces & loca. Et hoc est quod dicit: *Veniẽt dies in te*, i. cõtra te, *& circumdabũt te inimici tui vallo*, i. catenatura

facta

facta de lignis. Nã Romani obsidẽtes Hierusalẽ tres aggeres circa eã fecerũt, & valles munitas, vt nemo egredi aut ingredi posset. De quo Eccl. 9. Venit cõtra eã rex magnus & vallauit eã, extruxitq; munitiones per gyrũ, & perfecta est obsidio. Hęc autẽ circũdatio huius ciuitatis fuit ĩ vindictã: qa caput Christi circũdederũt Iudæi corona spinea, & etiã, quia circũdederũt Christũ in tẽplo. Ideo dicit secũdariò, *circũdabũt te*, s. pręsentia corporali: & hoc iterũ in vindictã, qa circũdederũt Iudęi Christũ in horto cũ gladiis & fustibus. Eccl. 51. Circũdederũt me vndiq;, & nõ erat q adiuuaret. Respiciẽs erã ad adiutoriũ hominũ, & nõ erat. Et hęc est secũda aduersitas siue miseria: ꝙ nõ erãt solùm circũdati vallo: sed etiã multitudine exercituũ hominũ fortiũ. ¶Tertia aduersitas erat angustatio istius ciuitatis, de qua dicit, *Et coangustabũt te vndiq;*. Coãgustati enim erãt ꝙ nulla erat euasionis via: exeũtes enim ciuitatẽ incidebãt in gladiũ, manentes verò in ea fame peribãt. Et hoc prædixit eis Moses, Deut. 28. Obsideberis intra portas tuas, & in omni terra tua quã dedit tibi dominus Deus tuus, & comedes fructũ vteri tui & carnes filiorũ tuorũ & filiarũ tuarũ, quas dabit tibi dominus Deus tuus in angustia & vastitate, qua opprimet te hostis tuus. Et hoc fiebat in vindictã, qa Christũ potabãt aceto, & cibabãt felle, iuxta illud Ps. 68. Dederũt in escã meam fel, & in siti mea potauerũt me aceto. Hæ tres aduersitates præcesserunt captionẽ ciuitatis, sed alię tres miseriæ sequebãtur destructionẽ ciuitatis. Quarta miseria post captionẽ ciuitatis fuit ipsius euersio & prostratio. De qua in text. *Et ad terrã prosternẽt te*. cũcta nanq; ędificia, turres & munitiones ciuitatis deiecerũt ad terrã. Vnde Thre. 2. Pręcipitauit dñs, nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terrã. Et hoc ꝓphetauit Moses, Deut. 28. Destruẽtur muri tui firmi atq; sublimes, in quib. habebas fiduciã in omni terra tua. Et hoc fuit in vindictã: quia Corpus Christi mortuũ oportuit sepeliri in terrã. Quinta miseria ipsorũ Iudæorũ fuit occisio. De quo subdit, *Et filios tuos qui in te sunt*, i. Iudęos à te genitos prosternẽt occidẽdo sine misericordia & ad terrã proiiciendo. De quo Thre. 2. Iacuerũt in terra foris puer & senex, virgines meæ & iuuenes mei ceciderũt in gladio, interfecisti eos in die furoris tui: ꝑcussisti nec misertus es. Et hoc cedebat in vindictã: qa Christũ occiderũt & clamauerũt: Sanguis eius

ſup nos & ſuper filios noſtros. Et ſic euenit eis iuxta optatũ, Sap.11. Per quę q̃s peccat, per hęc & torquetur. Sexta miſeria fuit omnimoda ipſius deſolatio. De qua in tex. *Nõ relinquetur in te lapis ſuper lapidẽ.* Et hoc prophetauit Mich.c.3. Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalẽ quaſi aceruus lapidũ erit, & mõs tẽpli in excelſa ſyluarũ. Et hoc factũ eſt cùm Titus euertit ciuitatẽ, quã omnes Iudęi qui fugerũt, poſt eius receſſum cœperũt ædificare. Tũc Romani miſerũt Heliũ Hadrianũ, qui ſic ciuitatẽ euertit, vt nõ remaneret lapis ſuper lapidẽ, & ſic tunc in perpetuũ vſq; nũc diſperſi ſunt. Et hoc in vindictã, quia noluerũt ſub alis Chriſti cõgregari, vt habetur Mat.13. Quoties volui cõgregare filios tuos, ſ. in fide & vnitate Eccleſiæ, ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Propter qđ in orbẽ diſperſi ſunt, & relinquitur domus eorũ deſerta. Tũc ſubiũgit generalẽ rationẽ, *eò quòd nõ cognouiſti tẽpus viſitationis tuæ*, ſ. per incarnationẽ, quia ex malitia & inuidia noluerũt Chriſtũ agnoſcere, ꝙ corporali præſentia eos viſitauit. De quo cõqueritur dñs Iere.8. Miluus in cœlo cognouit tẽpus ſuũ, turtur & hirũdo & ciconia cuſtodierũt tẽpus aduẽtus ſui, populus autẽ meus nõ cognouit iudiciũ domini. Similiter Iſa.1. Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autẽ me nõ cognouit. Itẽ viſitauit eos non ſolùm per incarnationẽ, ſed etiã per doctrinã & informationẽ. Vnde Pſ.94. Dixi, ſemper hi errãt corde, ipſi verò nõ cognouerũt vias meas, quib. iuraui in ira mea, ſi, i. non introibũt in requiẽ meã. Ideo dicit Saluator, Io.15. Si nõ veniſſem, & eis locutus fuiſſem, peccatũ nõ haberẽt, ſ. tantũ: nũc autẽ excuſationem nõ habẽt de peccato ſuo, qa qui me odit & patrẽ meũ odit. Tertiò, viſitauit eos per paſſionẽ in cruce. Luc. 1. Per viſcera miſericor. Dei noſtri, in quib. viſitauit nos oriẽs ex alto. In hac viſitatione cognouerũt eũ cœli & terra, nã ſol in cœlo obſcuratus eſt, terra tremuit, ſed Iudaica plebs eũ cognoſcere noluit. Ideo dicit Pſ.141. Cõſiderabã ad dexterã & videbam, & nõ erat qui cognoſceret me. Ideo implebitur in eis illud Pſ. 9. Cognoſcetur dñs iudicia faciẽs, in operibus manuũ ſuarũ cõprehẽſus eſt peccator. Idcirco viſitauit eos in gladio duro & forti eos extirpãdo. De quo Exo.32. Cerno ꝙ populus iſte durę ceruicis ſit. dimitte me vt iraſcatur furor meus, &c. Et hoc factũ eſt per principes Romanos. De quo Aug. ſuper Pſal. Romani iſtã victoriã à Deo habuerũt, licet diis aſcri-

pſerunt

pserunt. Nã in hoc Romani sunt facti instrumentũ Dei irati & facti sunt securis Dei, qua excisi sunt Iudæi. ❡ Sed diceres, Quare Christus noluit eos penitus extirpare, sed dispergere? Resp. Plures sunt causæ: Primò, propter reuerentiã Christi & Apostolorũ, qui ex isto populo fuerũt secundum carnẽ. Io. 4. Salus ex Iudæis est. Secũdò, ꝑpter honorẽ prophetarũ & patriarcharũ, ex quibus populus iste processit. Tertiò, quia in fine mundi conuertẽdi sunt. Vnde Isa. 10. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ cõuertẽtur ex eo, Io. 10. Erit vnus pastor & vnũ ouile. Quartò, quia sunt librarij nostri. De quo Aug. super Ps. Ne dicãt Pagani ꝙ Christiani cõposuerũt literas. Ideo ecclesia sustinet Iudæos, quia penes se habẽt libros auth. ex quib⁹ testimonia proferimus de Christo. Quintò, ecclesia obseruat nobis eos in duplex exẽplũ. Primò, in exẽplũ recordationis, s. dñicæ passionis. Vnde Ps. 58. Deus ostẽdit mihi super inimicos ne occidam eos, ne quando obliuiscãtur populi mei, s. passionis meę. Secũdò, in exẽplum credulitatis, ne simus increduli sicut illi, qui ita sunt flagellati ꝑpter incredulitatẽ eorũ. Sed inter istas causas potior causa est, ꝙ adhuc sunt credituri. De quo Ps. 58. Cõuertẽtur ad vesperã, Ier. 23. & 33. In diebus illis saluabitur Iuda. Sed quia nescimus determinatẽ hoc tẽpus, ideo ecclesia nõ eradicat Iudæos. Sed diceres, quomodo Christiani se habere debent quò ad Iudæos? Resp. Non debẽt cũ eis mãducare, vt habetur in can. 28. q. 1. nullus. Nullus cũ eis azyma mãducet. Rationẽ ponit Bart. Briccienſis in Gl. quia inter epulas quis faciliter decipitur. Secũdò, Christiani nõ debẽt Iudęos vocare ad se in suis infirmitatibus, nec ab eis sumere medicinã. Tertiò, nec Christiani cũ eis in eisdẽ balneis balneare debẽt, vt patet ibidẽ ca. nullus, similiter in ca. seq. omnes. Quartò, nõ debẽt permitti inter Christianos officia publica habere, de Iud. ca. cũ sit. Cũ sit nimis absurdũ vt blasphemus Christi in Christianos vim potestatis exerceat. Ideo iubemus & mãdamus, ꝙ Iudæus susceptũ officiũ cũ pudore dimittat, quod irreuerẽter assumpsit, & suscepta à Christianis restituat pauperib⁹. Quintò, nouas synagogas nõ ædificẽt, sed veteres reparẽt & reædificẽt, & nõ exaltẽt nec ampliores q̃ antea fuerũt, faciãt: vt habetur de Iudæ. ca. Cõsuluit, & est Alexan. tertius. Sextò, nõ debẽt habere famulos nec famulas Christianos, nec nutrices pueros eorum nutrientes. De Iud. ca. Ad hæc,

Ratio

Ratio,quia faciliter ad suã perfidiã animos simpliciũ inclinarẽt, & si qui Christiani eis famularẽtur in domib', debẽt excõmunicari.Septimò,in diebus lamentationis dominicæ passionis non debẽt in publicũ prodire:sed in die Parasceues debẽt habere ostia clausa, vt habetur de Iudæ. & Sara. cap.quia super his. Octauò,cogẽdi sunt talẽ habitũ defferre quod cognoscãtur distinctè à Christianis,vt habetur de Iudæ.& Sara.ca.in nõnullis.Nonò,Christiani nõ debẽt locare domos ad exercẽdũ vsurã in eis,aliàs rei erũt peccatorũ Iudæorũ quæ ipsi Iudæi in domibus suis cõmittũt, quia est vnum de alienis peccatis hospitare malos & peccata in domibus suis permittere perpetrari,quia di.Apo.Ro.1. Nõ solùm qui ea faciunt, sed etiã qui cõsentiunt faciẽtibus,digni sunt morte.De quo etiã Isi.in can.11.q.3.Qui consentit peccãtib' & defendit aliũ delinquẽtẽ,maledictus erit apud Deũ & homines.Decimò,Christiani nõ debẽt retinere dona vel munuscula à Iudæis eis data.Sed di.An licet recipere dona vel munuscula à Iudæis?Resp.ꝙ sic,tali tamẽ modo ꝙ ipse recipiẽs nõ velit aliquid facere ꝑpter talia quod sit cõtra Deũ,& tunc licitè potest recipere.Sed nõ debet sibi retinere,nisi fortè essent talia quæ ab eo vel antecessoribus suis ipsi Iudæi per vsurã recepissent.Vnde di.S.Tho.in quadã epist.ad ducissam Lotharing.Cùm ea quæ Iudæi per vsurã extorserũt,nõ possũt licitè ab ipsis retineri,cõsequẽs est,vt si nos licitè ab ipsis recipimus,nec nos licitè retinere possumus,nisi fortè essent talia quæ à nobis vel antecessoribus nostris extorserũt.Si qui verò dãt quæ extorserũt ab aliis,debẽt restitui eis quib.Iudæi restituere tenẽtur,si sunt: alioquin in pios vsus secũdũ sui diœcesani cõsiliũ sunt talia dona & munuscula erogãda.O quid ad hęc dicturi sunt qui recipiũt propinas & dona à Iudæis,qui non habẽt nisi vsurariã pecuniã?oĩa talia sunt erogãda pauperibus & non sunt hæreditãda ad posteros. Nã si vnus hæres sciẽter talia bona possideret,talis dãnaretur. & ex hoc prouenit ꝙ tales cõmuniter sunt infortunati in his bonis quæ à Iudæis recĩpiũt,quia tales rarò vel nũquã ditãtur. Vndecimũ est,quòd Christiani nõ debẽt sentẽtiare nec aliquẽ cogere ad soluẽdum vsuras siue Iudæis siue Christianis vsurariis,nã potestates,rectores,cõsules,iudices,officiales,q statuta faciunt per quę cõpellitur quis soluere vsuras vel nõ repetere iam solutas,aut qui obseruãt talia statuta & secũdũ ea iudicãt, tales

tales ipso facto oẽs incurrerunt sentẽtiã maioris excõicationis,& tales nõ possunt absolui à peccatis nisi velint desistere,& antea sint à sentẽtia excõicationis absoluti, vt habetur de vsurar.ca.ex graui,in clem. Et dico notãter,prius debẽt absolui ab excõicatione,quia absolutio à sententiis debẽt precedere absolutionẽ à peccatis.¶Sed di.Vtrũ pueri Iudæorũ inuitis parẽtibus sint baptizãdi?Resp.S.Tho.2.2. Nõ licet ante annos discretionis, sed quãdo ad annos discretionis peruenerint,possunt fidẽ suscipere etiã inuitis parẽtibus.Sed tamẽ si quis puerũ Iudæorũ baptizaret in agone mortis,statim puer euolaret,si sic moreret. Sed di.Vtrũ pueri Iudæorũ sunt similes pueris Christianorũ si sine baptismo decedũt de hoc seculo?Resp.ꝙ sic. Quia habẽt culpã,s.peccatũ originale & nullũ actuale,ergo habẽt æqualẽ pœnã,s.dãni.Sed quãdo infideles ad annos discretiõis peruenerint,si nõ suscipiũt fidẽ ipso facto peccãt mortaliter nõ suscipiẽdo fidẽ, & nullã excusationẽ potest habere infidelis,quia fides Christiana prædicata est ꝑ vniuersum mũdũ. Vnde Christus dixit discip.suis,Mat.vlt. Euntes in vniuersum mũdũ prædicate euangeliũ omni creaturæ. Et Ps.18.In omnem terrã exiuit sonus eorũ.Et sic nõ est aliqua infideli excusatio,sed æterna dãnatio.Mat.vlt.Qui crediderit & baptizatus fuerit,saluus erit,&c.¶Item,nota istud secundum membrum potest exponi moraliter de quolibet peccatore: *Veniẽt dies in te*,i.cõtra te,s.dies mortis post diẽ præsentis vitæ:nã pręsens vita est quasi vnus dies respectu æternitatis. Iob 7.Nihil enim sunt dies mei.Et Gre.Breue & momentaneũ est quod delectat,&c.Ideo dicit:*Veniẽt dies*.s.æternitatis in pœna inferni,pro die trãsitorio voluptatis.Vnde Iob 30. In memetipso marcessit anima mea,& possidẽt me dies afflictionis. Agonizãte enim homine peccatore in exitu animæ à corpore graues patitur aduersitates.Primò,*circũdabũt te inimici tui*,i.dæmones triplici vallo peccatorũ,s.cogitationis,locutionis,& operationis, ita ꝙ anima videat vndique profunditatẽ suorũ scelerũ.Ionę 2.Circũdederunt me aquę vsq; ad animã,abyssus vallauit me.Secundò,etiã dæmones circundant animã sua præsentia horribili. Sap.17.Personæ tristes apparentes pauorẽ illis præstabunt.Aug. Præsto erit diabolus,obiiciẽs omnia quæ fecimus.Tertiò,coangustiatur anima vndiq; & in arcto cõcluditur,coãgustiatur enim inter vitã & mortẽ,inter culpã & pœnã. Etenim tunc inter

finem

finem culpæ & initiũ pœnæ cõstringet eũ pœna consequẽs mortẽ & vitæ terminus, ita ꝙ nesciat quid faciet, coarctatur à corporis infirmitate, à iudicis seueritate, à dæmonis crudelitate, iuxta illud Sap.5. Præ angustia spiritus gementes. Quartò, homo in terrã prosternitur, cùm corpus in terram proiicitur. Eccl.41. Omnia quæ de terra sunt in terram reuertẽtur, anima verò prosternetur ad infernũ, quod est in medio terræ, Ier.22. Dabo te in manu quærẽtium animam tuam, & in manu quorũ tu formidas faciẽ. Quintò, *filios tuos qui in te sunt*, i. omnes actus & opera ad terrã deiiciunt, quia tunc nulla adest bene operãdi facultas. Eccl.9. Quodcũque potest facere, manus tua instãter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Omnis enim animę consideratio sic est ad terram prostrata, vt nihil occurrat tunc nisi pœna infernalis. De hoc di. Aug. O q̃ angustæ erũt viæ reproborũ vndique! Superius erit iudex iratus, inferius horrẽdum inferni chaos, à dextris peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonia ad supplicia æterna trahẽtia, intus vrẽs cõsciẽtia, foris mũdus ardens, retrò vita detestabilis, ante iudiciũ sine misericordia. O quò tũc diuertet peccator sic deprehẽsus vel quò fugiet? Apparere erit intolerabile, latere impossibile. Vnde dñs dicit per Amos prophetã 9.c. Nõ erit fuga eis, & qui fugerit ex eis nõ saluabitur. Si descẽderint vsq; ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascẽderint vsq; in cęlum, inde detrahã eos: & si abscõditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutãs auferã eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundũ maris, ibi mãdabo serpenti & mordebit eos. Ecce quomodo reprobi coangustiabuntur vndique. ¶ Sextò, *Non relinquitur lapis super lapidem*, i. nil virtutis in anima damnata relinquitur ex qua potest esse spirituale ædificiũ. Thren. 4. Quomodo obscuratũ est aurũ, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides eius sanctuarij in capite platearũ? Vel sic: *Non relinquent lapidem super lapidẽ*, quãdo funditus euertitur quod cõstructum est à peccatoribus. Nam peccatores construunt, vt dicit Isid. de sum. bono. Primò, locãt pro fundamento malã cogitationẽ: mala cogitatio parit prauã delectationẽ, praua delectatio cõsensum, consensus actionem, actio consuetudinẽ, cõsuetudo prauã necessitatẽ, necessitas desperationẽ, desperatio æternã mortem. Hanc malã constructionẽ destruent dæmones, cùm de singulis accusabunt

peccat

peccatricē animā ante districtū iudicem, & de singulis specialiter cruciabuntur in flamma inferni, vnde dominus per Iere. dicit cap. 45. Ecce quos ædificaui, ego destruo: & quos plātaui, euello. Nam structura malorū nō stabit, sed bonorum. Ideo Galat. 6. Dum tēpus habemus, operemur bonū, ad omnes. dicit Ber. Nemo nostrū paruipēdat qualiter tempus consumitur in verbis otiosis. volat verbū irreuocabile, volat tempus irremediabile. Discat insipiēs quid amittat. O si tēpus hoc prætereat, quādo agis pœnitentiam & obtinebis veniā, quādo acquiris gratiā obtineas gloriam? O si cognouisses & tu fleres, nam hæc omnia mala euenient tibi, quia non cognouisti tēpus visitationis tuæ, s. tempus gratiæ. De quo 2. Cor. 6. Ecce nunc tēpus acceptabile, de quo Ber. Nil pretiosius tempore. Ideo Apost. Ephes. 5. Redimentes tēpus, quoniam dies mali sunt. & Eccles. 4. Fili conserua tempus, deuita à malo: nam secundum Bern. Omne tempus tibi impensum, quæretur à te quomodo sit expensum.

¶ *Dominica vndecima post Trinitatem.*

De variis hominum generibus, qui vel naturæ benignitate abusi, vel fortunæ incertis fauoribus inflati, sibiipsis plus æquo confidunt. cùm ne in iustitia quidem sua quenque confidere deceat.

ENARRATIO I.

NOn sum sicut cæteri hominum. Luc. 18. In sum. Euāg. duo innuuntur. Primo, Pharisæi elatio infatuata, ibi: *Duo homines ascend.* Secundò, Publicani humiliatio cōmendata, ibi, *Stans autē Publicanus.* De primo dicit. *In illo tempore,* s. cùm Christus dixit quoniā oportet semper orare & non deficere: Dicit S. Tho. Licet dominus præparauit regnū electis, tamen disposuit mediū per quod datur. Et est oratio, per quā gratia descēdit ad nos & ad gloriā perducit, vt di. Gre. in can. 23. 4. q. obtineri. Obtineri nequaquam possunt quæ prædestinata nō fuerint, sed ea quæ viri sancti efficiūt ita prædestinata sunt, vt precibus obtineātur. Nā ipsa quoq; perēnis regni destinatio ita est omnipotēti deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniāt: quaten⁹ postulādo mereātur accipere, quod eis omnipotēs deus ante secula disposuit donare. Idcirco di. Oportet semper orare, vbi Aug. i. iustè & piè viuere. Vnde oratio impetrās gratiam debet esse humilis & nō superba, qa dicit Ps. 101. Respexit in orationē humiliū. Et hoc ostēdit in parabola præsenti. Et meritò hoc Euāgel. sequitur præcedēs, nam in dominica præcedēti dictū est de

ciuit

ciuitate Iudęorũ & pœnalitatibus eorũ eò ꝙ occiderũt prophetas,& dñm prophetarũ.In Euang.verò præsenti ostendit radicẽ & originalẽ causam malitiæ eorũ, s. superbiam: quia di.Gre.21. Mor.Omniũ vitiorũ regina est superbia.De qua di.Dixit Iesus ad quosdã,s.singulares,de quibus dicitur in can.Iudæ.Hi sunt qui segregãt semetipsos,s.ab aliis in elatione cordis.Dicit em̃ Gre.in Mor.Superbi cũ cernũt se florere in hoc mũdo,& in multis honorari, tũc ęstimant se tãtũ valere corã Deo,sicut corã hominibus, & sic surgũt in præsumptionẽ, i. præacceptionẽ alicuius sanctitatis vel dignitatis quã nõ habẽt.De quo subdit in tex. *Qui cõfidebant in se tanquã iusti.* Vnde multa genera hominũ sunt qui fiduciã suã non ponũt in Deum,sed in terrenis rebus. Ideo reprobantur à Deo , cui maximè displicet humana præsumptio.Cõfidunt em̃ aliqui in sua sapiẽtia,aliqui in potentia, aliqui in sui cõsilij prudẽtia,aliqui in longa vita, aliqui in diuitiarũ abũdantia,aliqui in verborũ eloquẽtia, aliqui in ingẽti amicitia,aliqui cõfidunt in meritorũ opulẽtia. Primi cõfidunt in sua sapiẽtia,vt philosophi fecerũt huius seculi, qui perscrutati sunt cursum cęli, gyrum planetarũ in sphæra sua,virtutes lapidũ & herbarũ,cõfidebant in sua sapiẽtia nimiũ.Ideo sapientiã diuinã quæ de cęlestibus & æternis bonis est,plenè nõ cognouerũt,& defecerũt in vanitate sua.De quibus di.Aug.in Soliloq.Audiuimus & vidimus multos sua sapientia cœlos ascẽdisse & animas in abyssos periisse,quod vtiq; sine timore nõ recolo,& sine magno tremore nõ cõfiteor. Vnde idẽ Aug.super Ps.140. Absorpti sunt iũcti petræ iudices eorũ.Manifestè dicit,ꝙ Aristot.omniũ philosoph.philosophus sedet in inferno,vbi est stridor dentiũ & fletus oculorũ:quia di.Apo.1.Cor.1. Quod stultũ est Dei, sapiẽtius est hominibus:& quod infirmũ est Dei,fortius est hominibus.Videte ergo vocationẽ vestram fratres,quia nõ multi sapiẽtes secundũ carnẽ,nõ multi potentes, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus,vt cõfundat sapiẽtes, &c.vt nõ glorietur omnis caro in cõspectu eius.Ex ipso autẽ vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapiẽtia & iustitia & sanctificatio & redẽptio,vt quẽadmoàum scriptũ est,Ier.9.Qui gloriatur,in domino glorietur,&c.Nam sapientia carnis inimica est Deo. Rom.12.Nolite esse prudentes à vobismetipsis,& Lucæ 11. Vide ergo ne lumen quod in te est , tenebræ sint. Et sic illi

ita mi

ita miserabiliter dánati sunt & dánantur, quia ita abiectis multis vitiis & terrenis rebus diligéter inquisierút & inqui rút sapientiá rerú,quæ delectabilis est valde,eò ꝙ nimis cõ fidebát in sua sapiétia , quid túc æstimas de illis de quibus dñs,Ier.4.cõqueritur:Sapiétes sunt vt faciát mala, bene au té facere nescierút. Adulteri sapiéter excogitant modú per qué ad adulterium peruenire possunt, sicut dicitur Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginé dicens, Non me videbit oculus,& operiet vultú suú.Perfodit in tenebris domos,sicut in die condixerát sibi.Sic auari sapiéter excogitát modú acquirendi diuitias multas.Sicut scribitur Baruch 3. Filij quoq; Agar,quæ dicitur aliena,auari sunt,qui alieni sút ab æterna felicitate & vnitate fideliú Christi,qui exquisierunt prudentiá, quæ de terra est,qúo vnus aliú circúueniat in negotio suo,negotiatores terræ & fabulatores & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ:viá auté sapientiæ, s.Dei nescierút,neq; cõmorati sunt semitas eius.Secúdi cõfidunt in sua potétia,vt potétes huius múdi, qui in multa fortitudine gloriátur,qui cõfunduntur,sicut Sennacherib rex Assyriorú,Isa.36.& 37. Qui in multitudine exercitus sui & potétia cõfidebat,& subiugauit sibi reges & principes multos & eleuatú est cor eius superbia,ascédit ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cæpit eas:post hoc ascédit in Hierusalé,vt faceret sibi nomé magnú,& subiugaret sibi regé Ezechiá,& blasphemauit dñm in superbia sua, sicut ibidé patet.Quo audito, rex Ezechias scidit vestiméta sua & accepit literas sibi missas à rege Sennacherib, in quibus verba blasphemiæ scripta erant:Ezechia nõ seducat te De⁹ tuus, &c.Itaq; cùm accepisset Ezechias literas de manu núntiorú & legisset eas,ascendit in domú Dñi,expádit eas corá dño, & orauit in conspectu dñi.sicut etiá diffusius habetur eadé historia,4.Reg.18.& 19.Sed quid factú est? Cùm rex Sennacherib ascendisset cú multitudine exercitus in superbia sua & confidens in potétia sua, in nocte illa Deus misit angelú suú,qui percussit exercitú Assyriorú,& interfecit 185. milia hominú. Cúmq; diluculò surrexisset, vidit omnia corpora mortuorú,& recedens abiit &reuersus est Sennacherib rex Assyriorum & mansit in Niniue. Cúmq; adoraret in téplo Nesiach Deú suum,Adramalech & Sarasar filius eius percusserunt eum gladio. Ecce qualiter iste propter blasphemiam & confidentiam in sua potentia humiliatus est. Hoc

cognouit beatissima Virgo maria, s. confusionē potētiæ huius mūdi. Ideo dixit in cantico suo, Luc. 1. Deposuit potētes de sede. talibus enim, qui cōfidunt in fortitudine sua, & opprimunt pauperes, & viduas perturbant, dn̄s minatur æternū væ, Isa. 31. Væ qui descēdunt in Aegyptū, & auxilium in equis sperantes & habētes fiduciā super quadrigis, qa multæ sunt, & super equitibus, quia prçualidi nimis, & nō sunt cōfisi super sanctū Israël, & dn̄m non requisierunt. Ipse autē Dn̄s sapiens adduxit malū, s. pœnæ super eos, & verba sua nō abstulit, & cōsurget cōtra domū pessimorū, & cōtra auxiliū operātiū iniquitatē. Ideo de talibus Sap. 6. Potētes potenter tormēta patientur. Et qui potētes hîc sunt opprimēdo pauperes & vim faciēdo viduis & orphanis, erūt in inferno amentes, & à vilissimis dæmonibus torquebuntur, vt dicunt sancti, ad confusionē malorū potentiū huius seculi: dum moriuntur, capere eorū animas ad æterna supplicia, nō veniūt nobiliores dæmones & potētiores, sed viliores. Malis autē potentibus huius seculi, qui exercent pompas suas in superbia quid euenturū sit post finē vitæ audi Baruch 3. Vbi sunt principes gentiū & qui dominātur super bestias quæ sunt super terrā? exterminati sunt & ad inferos descēderūt, & alij loco eorū exsurrexerunt. Tertij sunt qui cōfidūt in suo prudenti cōsilio. Multi enim sunt qui sciunt dare astuta consilia qūo pauperes deprædentur, viduarū & orphanorū bona auferātur, & qūo multi opprimātur iniustè: sedent enim in latibulis suis in abscōdito, & excogitant mala cōsilia cōtra proximos, qūo auferant eos qui cōtrarij sunt illis. Sicut scriptū est Ps. 9. Sedet in insidijs cū diuitibus in occultis, vt interficiat innocentē Oculi eius in pauperē respiciūt. Et talibus minatur æternū væ, Isa. 29. Vç qui ꝓfundi estis corde, vt à dn̄o abscōdatis cōsiliū, quorū sunt in tenebris opera, & dicūt, Quis videt nos, & qs nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio quasi si lutū cōtra figulū cogitet. Et quāuis astuti sunt, vt sciāt excogitare mala cōsilia in quib' cōfidūt, maximè tamē confundētur & in patibulo suspēdētur, vt figuratur 2. Reg. 17. de Achitofel, q tūc tēporis dedit cōsilia quasi Deus, ita ꝙ multi quæsierūt cōsilia ab eo. Et cùm Absalon filius regis Dauid venit cū multitudine magna in Hierusalē cōtra patrē suū, & pater ei' Dauid fugit à facie Absalonis cū exercitu suo: Achitofel dedit Absaloni cōsiliū cōtra Dauid iustū & innocentē, vt dimissa multi

multitudine exercitus Dauid interficeret. Quo audito Chusi amic' Dauid reuelauit cõsiliũ Dauid regi q euasit manus Absalonis: & sic cassatũ est consiliũ & cõfusus est Achitofel q confusus laqueo se suspẽdit. Quia Pro. 21. dicitur: Nõ est sapiẽtia, nõ est prudentia, non est consiliũ cõtra dñm. Iob. 5. Qui dissipat cogitatiões malignorũ, ne possint implere manus eorũ qđ cœperãt, qui apprehẽdit sapiẽtes in astutia eorũ, & consiliũ prauorũ dissipat. Vnde Gre. in Moral. De' dissipat cõsilia prauorũ, cùm in eo φ cõtra diuinã voluntatẽ agunt multoties implent eã: non tamẽ illis ad salutẽ sed ad dãnationẽ. Deus enim scit vti cõsiliis ex malis volũtatibus aduersariorũ ad impletionẽ æternæ suæ volũtatis. Nã in eo φ mali bonos persequũtur, & mali cõsilia cõtra eos inueniũt: in hoc præparãt eos ad æternã felicitatẽ. Multoties etiã in hoc seculo boni exaltãtur in cõsiliis malorũ sine velle eorũ. Et hoc probat Gre. multis exẽplis: Primò de Christo de quo põtifices Iudæorũ & principes sacerdotũ inierũt malũ cõsiliũ ex inuidia, cùm viderũt totũ mundũ cũ sequi, & oẽs turbas ei inhærẽtes ꝓpter suã cœlestẽ doctrinã, & miracula, dicẽtes, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eũ, sic oẽs credẽt in eũ, &c. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine cũ esset põtifex anni illius, dixit: Vos nescitis quicquã nec cogitatis, quia expedit vobis, & vtile est vt vnus moriatur homo ꝓ populo, &c. Consiliũ eorũ in hũc finẽ fuit, vt omnis populus separaretur à Christo, & ipse occideretur, ne turbæ eũ sequerẽtur. Sed Deus dissipauit consiliũ eorũ, & apprehẽdit eos in astutia, dũ per eorũ consiliũ occiso Christo innumerabiles turbę vnitę sũt Christo capiti suo per fidẽ, spẽ, & charitatem: & vnde voluerunt Christũ deficere, Christus ꝓfecit, & electi eius qui post resurrectionẽ ipsi coniũcti sunt. Sic etiã habetur. Ge. 37. Fratres Ioseph cũ retulisset eis somnia sua, quo vidisset eos ligare manipulos in cãpo, & suũ stare, eorum autẽ cadere, & suũ adorare: Vidit etiã φ vndecim stellæ & sol & luna adorauerũt eũ, & exinde intellexerũt φ futurus esset dñs eorũ: & exinde odio eũ habuerunt, & cogitauerunt cõsiliũ eũ occidẽdi. Semel verò eo veniẽte ad eos, dixerũt: Ecce sõniator venit, venite occidamus eum, & videamus quid prosint illi somnia sua. Iudas autẽ dixit fratribus suis: Nõ occidamus eum, sed vendamus eum Ismaëlitis, qui ducent eum in Aegyptũ. Quod ita factum est. Ioseph autẽ in Aegypto existens

per prudentiã &prouidentiã suã qua cõseruauit totã regionẽ Aegypti, ꝑ semetipsum à fame, effectus est dñs toti⁹ Aegypti à Pharaone rege. Postea verò fratres eius famẽ patiẽtes venerũt in Aegyptũ emere frumẽta, & veniẽtes ad Ioseph præpositũ totius regionis Aegypti, ceciderũt ꝓni facie in terrã & adorauerũt eũ. Et sic De⁹ dissipauit cõsiliũ eorũ. Ipsi enim cõsiliati sunt vt vẽderẽt Ioseph Aegyptiis, ne cõstitueretur dñs eorũ: & ꝑ hoc disponẽte deo fit dñs eorũ. Sic hodie fit, ꝙ deus dissipat praua cõsilia impiorũ, quãdo excogitãt praua cõsilia cõtra ꝓximos suos, vt nõ ꝓcedãt ad finẽ quẽ ipsi voluerũt: vt etiã factũ est Aman vt habetur in lib. Hester: qui dedit consiliũ regi Assuero, vt Mardocheus iustus & innocens occideretur, cui in domo sua præparauit patibulũ, sed deus eũ apprehẽdit in astutia sua, dissipauit cõsiliũ eius, cũ iubente rege Assuero Aman suspẽsus est loco Mardochei in patibulo, qđ præparauit Mardocheo. Quarti sunt qui cõfidũt in suo sancto proposito, de quib⁹ in præsenti Euang. æterna veritas dicit: *Qui in se cõfidebãt, tãquã iusti, & etiã Pharisæus stans apud se orabat*, vt patebit. Et hoc est abominabile corã Deo. Nã dicit Gre. super Iob: Sordet in oculis Dei, qui fulget in oculis operãtis. Et alibi dicit, Omnis iustitia nostra respectu diuinę iustitię est magis iniustitia quã iustitia. Est.n. species superbæ mẽtis quæ semper de se præsumit, vt superius dictũ est: De talibus qui sic cõfidũt in sua sanctitate vt faciũt hypocritæ, Apo. 18. dicitur sub Metaphora ciuitatis Babylonis, quæ cõfusio dicitur, Væ vę ciuitas illa magna Babylõ, ciuitas illa fortis, quoniã vna hora venit iudiciũ tuũ, & negotiatores terræ flebũt & lugebũt super illã, quoniã merces eorũ nemo emet amplius: merces auri & argẽti & lapidis pretiosi, &c. Vbi Glo. di. ꝙ hypocritæ præsumẽtes de suis meritis simulãt se habere oẽs virtutes designatas per aurũ & argentũ & lapides pretiosos. Tales negotiãtur hîc nõ cœlestia sed terrena in suis virtutib⁹ in quibus confidũt, & ꝓ quibus eos hîc homines amant. In futuro autẽ cognoscẽt eorũ falsitatẽ & pręsumptionẽ. Ideo cũ eis nõ negotiabuntur amplius, videntes eos dãnatos in flãma inferni. Vnde de illis qui confidunt in sua sanctitate dicitur, Eccl. 8. Vidi impios sepultos, qui etiã cùm adhuc viuerẽt, in loco sancto erãt, & laudabãtur in ciuitate quasi iustorũ opera haberẽt. Quinti cõfidunt in diuturnitate vitæ. De quibus B. Gre. 6. Moral. Reproborũ mẽtes erga dies vitæ

tæ præſentis tanto amore cõſtringuntur, vt ſic ſemper hic appetãt viuere, quatenus, ſi valeãt, viuẽdi curſum deſidera rẽt nũquã finire. Cogitare quippe futura deſpiciũt, ſpẽ totã in rebus trãſeũtibus ponũt. Augeri ſibi optãt tẽpora, ſed tamen in illis ſubſiſtere nõ poſſunt: quantò enim plures dies addũtur, tãtò ꝓpiores morti ſunt. Vnde Oroſius ſuper Pſ. 2. Cùm exarſerit in breui, &c. dicit, Cùm æſtimãt adhuc habere lõga tẽpora vitę ſuæ, ſubitanea mors rapiet eos ad æterna ſupplicia. Ideo ſtultũ eſt confidere in diuturnitate vitæ. Sexti cõfidunt in abũdantia diuitiarũ, vt diuites huius mũdi qui tãto amore diligũt trãſitoria, vt totã ſpẽ ſuã ponant in illis. Sed ſpes eorũ peribit. Sicut ſcriptũ eſt Baruch 3. Vbi ſunt qui argẽtũ theſaurizãt, & aurũ in quo confidũt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorũ, qui argentũ fabricãt & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operũ illorũ? exterminati ſunt, ad inferos deſcenderũt. Et Iob 27. Diues cùm dormierit, nihil ſecũ afferet. aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Apprehẽdet eũ quaſi aqua inopia. Nocte ęternę dãnationis opprimet eũ tẽpeſtas, & tollet eũ ventus vrens, ſ. ſententia maledictionis. Et ſunt verba hæc vt dicit Gre. valde notabilia: Diues cũ dormierit, nihil ſecũ. &c. Nã dormire & oculos aperire ſunt in corpore cõtraria, ſed intelligendũ eſt cùm corpus dormierit in moriẽdo oculi eius claudẽtur, ſed oculi animæ tunc aperiẽtur ad intelligendũ ea quæ hìc cõtẽpſit. Quia dũ corpus dormit in morte anima vigilat, & tũc videt ſe anima miſerã & pauperẽ æternaliter damnatã cum diuite in inferno qui hìc in corpore fuit in abũdantia diuitiarũ. Nã diuitibus huius mũdi iſta vita eſt ſicut ſomnꝰ, in quo ſomniãt ſe eſſe felices & habere abundantiã diuitiarũ ſed poſt mortẽ euigilabũt animę eorũ, & cognoſcẽt æternã egeſtatẽ & intolerabilẽ miſeriã. Tunc verificabitur dictũ Pſ. 73. Turbati ſunt oẽs inſi. corde, dormierũt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ in manibus ſuis, ſ. pręmij vitæ æternæ, ſed dãnationis. Septimi cõfidunt in ſua eloquẽtia, vt maximè ſunt hæretici qui in alto ſermone & maximè in eloquẽtia florida, veniũt ad ſimplices, vt mẽtes eorũ facilius attrahãt in amorẽ ſuũ, & inde eos faciliꝰ decipiãt. Ideo hortatur fideles Chriſti, Aug. in li. de vita Chriſtiana, Quantò maior eloquentia in doctore, tantò maior eſſe debet prouidentia in auditoribus, ne falſitas pro veritate capiatur. Sacra ſcriptura non eſt ornanda verbis, ſed veritate,

& authoritate sanctorũ. Et di. 86. para. in doctrina, & c. seq. cũ multa. Vbi etiã prohibetur ne episcopus vel sacerdos or net verba sacræ scripturæ, sed simpliciter pronũciet. Nã sa cra scriptura domina scientiarũ non vult fulciri sententia Iouis & poëtarũ, sed autoritatibus sanctorũ. Hinc venit qđ dicit scriptura, Pro. 23. Pone modũ sapientiæ tuæ, ne sapiẽs videaris. Et Isid. in 3. de sum. bo. De superbis doctorib⁹, qui vtũtur eloquẽtia & ornatu verborũ ad ostentationẽ, nõ ad ædificationẽ fideliũ Christi, ꝙ tales confundentur, teste Ps. 30. Muta fiãt labia dolosa. Et 1. Reg. 2. Impij in tenebris cõ ticescent, s. æternæ dãnationis. Nã regnũ Dei nõ est in ser- mone, sed in veritate & virtute, teste Apost. 1. Corin. 4. & 1. Cor. 13. Si Linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ au tẽ, s. Dei & proximi, non habeã, factus sum velut æs sonans aut cimbalũ tinniens. Octaui cõfidũt in multitudine amico rũ & in fauore hominũ qui gloriãtur de multis amicis: & coniungũt se adinuicẽ, vt nemo possit eos diuidere. & ideo alios perturbãt & opprimũt vbi possunt. Taliũ amicitia pe riculosa est, vt dicit Isid. in 3. de sum. bo. Sicut. n. amicitia & vnitas bonorũ est laudãda & vtilis, sic amicitia malorũ ma la est & cõtraria bonis. Vnde de amicitia malorum dicitur Iob 41. Corpus illius quasi scuta fusilia cõpactũ squamis se premẽtibus, vna vni coniũgitur, & ne spiraculũ quidẽ ince dit per eas, vna alteri adhęrebit, & tenentes se nequaquam separabũtur. Hĩc vt dicit Gre. notãtur mali qui sunt corpus diaboli, qui firmiter radicãtur in hoc mũdo per amicitiam multorũ qui sunt firmi quasi scuta fusilia, & per multitudi nẽ amicorũ qui sibi inhærent tanquã squamæ in pisce, & te nentes se non possunt diuidi, & tales faciũt vim aliis impu gnantes veritatem. Et si vnus in aliquo apprehenditur, oẽs accurrunt & eũ defendunt etiã contra veritatem: sed ipsi confundentur, cùm amicitia eorũ in odiũ æternæ damna- tionis vertetur. Nã Gre. super Io. Qui hîc sunt socij in cul- pa, erũt socij in pœna. Ex his omnibus patet, quã periculo- sum sit & dãnabile spẽ ponere in aliquo plus quã in Deo. Si gnãter cõfidentia securitatis periculosa est, s. cùm homo ni mis confidit de propriis meritis & propria iustitia, & credit se securũ. Contra quos dicit Aug. in 10. Confess. Nemo se- curus debet esse in via ista, quæ tota tẽtatio nominatur. V- trũq; enim fieri poterit, s. ex deteriori melior, & ex meliori deterior. Nam de talibus dicit Isido. de summ. bo. Securi- tas parit negligentiam, negligentia trahit ad vitia. Propter

quod scribitur Prou.14. Sapiēs timet & declinat à malo:nā de confidētia securitatis dicit Aug. Multū strenuus est, qui illuc ire cōtēdit, vbi multos meliores se corruisse cōspicit. Quis Lucifero clarior? Quis Sāsone fortior? Quis Nabuchodonosor potētior? Petro feruētior? qui omnes propter præsumptionē corruerūt. Ideo Greg.29. Moral. Sæpe quē tētationis certamē superare nō valuit, securitas prostrauit. Exēplū de quodā patre, qui vsq; ad seniū perdurauit in eremo, & cœpit cōfidere de meritis, & dicere post obitū eū dignū ministerio angelorū ad cœlū eū ducentiū. Appropinquāte termino vitæ venit diabolus ducēs eum ad puteū inferni. Ideo Cassio. super Ps.72. Nihil est securius, quàm quod totū Deo cōmittimus, qui nouit præstare congrua profutura suis cultorib. eò ꝙ scribitur Eccl.9. Sūt iusti atq; sapiētes, & opera eorū in manu Dei. Ideo Apost.1.Cor.10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Eccl.7. Non te iustifices ante Deū, &c. quia habetur Iob 15. Cœli nō sunt mūdi in cōspectu eius, quantò magis abominabilis & inutilis homo? Nā Paulus dicit 1.Cor.4. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc nō iustificatus sum. Propter quod dicit Greg. in Moral. Nihil securius, q̄ cū spe semper timere. ¶Sciendū ꝙ cōfidendū nō est in propria iustitia quatuor de causis, quia nostræ iustitiæ sunt incertæ, mixtæ non firmæ, nō approbatæ. Dixi primò cōfidendū nō est, &c. Eccl.9. Nescit homo vtrū amore an odio dignus sit, sed omnia in futurū seruātur incerta. Vnde Iob 9. Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Secundò, iustitiæ nostræ sunt mixtæ. Isa.64. Quasi pannus mēstruatæ omnes iustitiæ nostræ, qui in vna parte est mūdus, & in alia maculatus. Et sic de nobis scribitur, Eccl. 7. Nō est homo iustus in terra, qui faciat bonū & nō peccet. Ideo Prou.20. Quis potest dicere mundū est cor meū, purus sum à peccato? q.d. nullus. Et Ro.3. Omnes peccauerunt, & egēt gratia Dei. Tertiò, iustitiæ nostræ nō sunt firmæ: nā si hodie homo est iustus, cras pōt fieri iniustus. Vnde Iob 15. Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis est. Aspice Petrum, qui existimabat se firmū, di. Mat.26. Si oportuerit me mori tecū, &c. attamē cecidit. Idcirco nō debes in te cōfidere. Quartò, iustitię nostrę nō sunt approbatę, q̄a adhuc debēt examinari dei iudicio, Ps.74. Cùm accepero tēpus, ego iustitias iudicabo, & nemo scit qualis ī iudicio dei futurus sit: propter qđ dicit Iob 9. Si iustificare me voluero, os meū

condemnabit me:si innocentē ostendero,prauum me comprobabit.Et subdit,Verebar omnia opera mea,sciēs q non parceres delinquēti.Ideo Greg.Sæpe nostra iustitia ad examē diuini iudicij adducta iniustitia est.Ideo dicit,*Confidebāt in se tanquā iusti*, non verè iusti,quia dicit Greg. Vera iustitiā cōpassionem habet, sed falsa indignationē.Et sic erant,ipsi qui *aspernabātur*,i.valdè spernebant,*cæteros*.Ecce præsumptio, nō sunt cōtēti de cōfidētia in suis meritis,sed alios habuerūt cōtemptibiles,volentes respicere in corda aliorū,& nō cognouerūt seipsos.Ideo de talib.Eccl.21. Pes fatui facilis in domū proximi.Et Rom.2.In quo alterū iudicas,teipsum condēnas.Et 14.Tu quis es,qui iudicas alienū seruū?Domino suo stat aut cadit.Nā tales habēt se sicut ille qui stat in tenebris & videt alium in luce,& nō econuerso:& sic mali sunt in tenebris peccatorū.Prou.4.Via impiorū tenebrosa, nesciūt vbi corruāt.Boni verò sunt in luce.Ibidē,Semita iustorū quasi lux splendēs.Propter quod mali vidēt bonos & iudicāt eos spernēdo. Iusti verò cernūt seipsos in defectib. eorū neminē iudicādo.De quo Ber.Verus iustus se nunquā cōprehendisse putat, sed in omnibus timet:de quo etiā Leo Papa.Perfectorū vera est iustitia , vt se nunquā præsumant perfectos:& hoc causatur ex eorū humilitate,quam nō habuerūt isti,ergo defuit eis vera iustitia & gratia Quia dicit Greg.Vbi deest humilitas,ibi nō est alicuius gratię veritas.

¶ *De conditionibus requisitis ad orationem. Ac cur Ecclesiæ ministris dandæ sunt decimæ.* ENARRATIO II.

D*Vo homines ascenderūt in tēplū vt orarent.* Luc.18. ¶ In ista parte Euāg.proponit Saluator duas personas in modo orationis realiter differētes. Nā vnus orauit cum mētis elatione, alter cū cordis & corporis humilitate. Et dicit de eis, *Duo homines ascenderūt in templū.*Dicit Greg.Duobus generibus hominū permixta est Ecclesia,s.sanctorū & reproborū:nā omnes ad fidē generat,sed non omnes perducit, sicut habetur in can.23.q.4.hæc autē.Hæc autem vita,quæ inter cœlū & infernū sita est sicut in medio subsistit, vtrarunque partiū ciues cōmuniter recipit,quos tamen sancta Ecclesia & indiscretè suscipit, postmodū in egressione discernit.De quo etiā Aug.de fide,ad Petrū.circa finem dicit, Quandiu durabit Ecclesia militās,in se tenet bonos & malos tanquā paleas cū tritico in area.Sed cùm venerit Christus iudex tenens ventilabrū in manu sua, purgabit aream suam in fine mundi.

mūdi.¶ Sciēdū, ꝙ ad orantē quatuor requirūtur. Primò, ne sit distractus à sensib. interioribus, & notatur in hoc quod *duo homines ascenderūt*, s. ꝙ exterior & interior debet esse simul in oratione: quia dicit Aug. Quid prodest strepitus labiorū, vbi cor est mutū? q.d. nihil. Et Hier. Non verbis, sed corde orādus est Deus. Idcirco dicit S. Tho. 2.2.q.83. Si euagatio mentis sit ex ꝓposito, peccatū est, & impedit orationis fructū. 1. Cor. 14. Nā si orē lingua, spiritus meus orat, mēs autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mēte: Psallam spiritu, psallam & mente. Ideo docet Aug. in regula, Cùm oratis, hoc versetur in corde quod profertur in ore. Si autē euagatio mētis sit præter intētionē orantis, fructū impedit. De quo Basil. Si causa debilitatis orare nequeas, quantū potes teipsum exhibeas, vt deus ignoscat. Idcirco Eccl. 4. Melius est duos esse simul, q̃ vnū: quia bonū est orare vocaliter, melius mētaliter, optimum vocaliter & mētaliter simul. Secūdò, orās debet eleuari in superioribus, & notatur in hoc quod dicitur *ascenderunt*, quia secundū Damasc. Oratio est mētis in deū eleuatio. Ideo Psal. 83. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascēsiones in corde suo dispo suit in valle lachrymarum, in loco quē posuit. Debet enim mēs orātis ascendere per tres gradus. Primò, per fidē summæ trinitatis. Secūdò, per spē æternæ retributionis. Tertiò, per charitatē summi boni. Sed mali nō ascēdūt. De quibus Ps. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terrā. Oculi sunt intellectus & affectus. Hos deprimunt ad terrena desideria. Vnde Ps. 71. Inimici eius terrā lingēt. Propter ꝙ nō exaudiūtur, quia sunt sine charitate ipsius summi boni: propter quod dicit Hugo: Nō clamor, sed amor sonat in aure Dei. Dicamus igitur cū Ier. Thre. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad dn̄m in cœlos. Tertiò, orās debet quærere locū competentē. Et notatur in hoc, cùm dicit *in templum*. Vnde S. Tho. 2.2.q.84.art.3. dicit: Licet vbiq; sit orandū, sicut dicit Ps. 102. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino: potissimùm tamen in tēplo. Primò, propter loci significationē, quia tēplum significat cor fidele quod debet esse templum Dei, iuxta illud 1. Cor. 3. Templum Dei sanctū est, quod estis vos. Hoc templum debet esse Deo dicatū. 2. Cor. 6. Vos estis templū Dei viui. Secūdò, propter deuotionem, quia ex præsentia corporis Christi & intuitu crucis & imaginū augetur deuotio. Vnde Ber. Cùm astat orāti sacra

imago Dei nascẽtis, moriẽtis vel resurgẽtis stringit animũ in amorẽ virtutũ. Tertiò, propter celeriorẽ impetrationẽ, & hoc ratione orationis sacerdotis, qui orat in collecta: Quisquis hoc templũ beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Quartò, propter fideliũ associationem. Vnde Ioel. 2. Vocate cœtũ, cõgregate populũ. Nam ad hoc sunt campanæ propter conuocationẽ populi. Aug. Multi minimi dum cõueniũt, fiũt magni: nã sicut abbas citius exaudit totũ conuentũ, quàm fratrẽ vnicũ: sic secundum Hier. Impossibile est multorũ preces nõ exaudiri. Nã Matt. 18. dicit Saluator: Vbi sunt duo vel tres cõgregati ĩ nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Si duo ex vobis consenserint super terrã de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Et si duo tãtùm impetrare possunt, multò magis si multitudo petit. Quartò, orãs debet ascẽdere in tẽplum vt Deũ quærat deuotius, & hoc innuitur in tex. cùm dicit, *vt orarẽt*. Nõ vt se ostẽtarẽt vt superbi, nec vt murmurarẽt vt vaniloqui, quia dicit Aug. In oratorio nihil aliud agendũ est quàm illud ad quod factũ est, s. ad laudẽ dei. De quo Ps. 28. In tẽplo eius omnes dicẽt gloriã. Et Luc. 19. Domus mea domus orationis vocabitur. ¶ Deinde subiũgitur amborũ oratio, & primò Pharisęi oratio infatuata: *Pharisæus stãs, hæc apud se orabat.* Nam pharisæus in oratione sua habuit quatuor mala, primò habuit corporis irreuerẽtiã, cùm dicitur *stans*, ecce elatio, quia erecto collo orabat, cùm scribitur Isa. 4. Vultu in terrã demisso adorabũt te. Nã Christus adorãs patrẽ procidit in faciẽ, Luc. 22. nobis in exemplũ humilitatis, quia dicitur Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur. Greg. in Moral. Quãtò quisq; sibi vilior, tantò Deo pretiosior. Ideo Ambr. Qui vult in oratione exaudiri debet põpã à se remouere, q̃a Deus superbis resistit, humilib. dat gratiã. Iac. 4. Secundum malum quod habuit Pharisæus est mẽtis cõplacentia. Et notatur cũ dicitur: *Apud se orabat.* Vbi Basil. Nõ apud Deũ, quia rediit ad seipsum, ex quo sibi cõplacuit. Nã dicit Greg. Oratio hominis sibi cõplacẽtis non ascendit ad Deum, quia nihil inuenitur orasse, sed seipsum laudasse & orãti insultasse. Tertiò, habuit oris iactantiã, vt innuitur cùm dicit: *Deus gratias ago tibi.* Vnde Aug. de verbis domini: Nõ reprehẽditur quia gratias agebat, sed q̃a nihil gratię sibi addi cupiebat. Idcirco subdit, O Pharisęe iã plenus es, iã abũdas vt nõ dicas, Dimitte nobis debita nostra,

quasi

quasi nullum peccatũ haberes:cùm tamẽ dicat Chry.super Mat.Quãdo mare sine procellis,tũc nos sine peccatis. Idcirco iste peruertit ordinẽ orationis,quia scribitur Pro.18.Iustus prior est accusator sui:sed ipse nõ accusabat seipsum, sed se iactabat.Quartò,habuit proximi contẽptum.Et notatur in hoc cùm dicitur:*Non sum sicut cæteri hominũ*.Ecce malè prosecutus est,quia alios in communi accusauit,quasi dic. Ego sum solus iustus.Vnde dicit Simon de Cas. Veniẽs ad Dei tribunal in suo tribunali se posuit,se iustificans alios cõdẽnãs,solẽ iustitię credebat apud se lucere solũ, & suorũ oblitus criminũ aliorũ iudicabat,cũ di.*Non sum sicut cæteri hominũ,raptores,iniusti,adulteri.* Reuera ea quę in se esse negauit, in illa incidit.Incidit enĩ in spiritualẽ rapinã, dũ titulũ bonitatis sibi vsurpauit,cũ habeatur Mar.10.Nemo bon⁹ nisi solus Deus.Incurrebat in iniustitiã,dũ ꝓximũ temerariè iudicauit,quia Ro.2.In quo alterũ iudicas,teipsum cõdẽnas. Itẽ incurrebat in spirituale adulteriũ,dũ gloriã Dei quę est spõsa dñi sibi vsurpauit.Vnde Isa.42.Gloriã meã alteri nõ dabo.Idcirco ꝑ superbiã in Pharisæo facta est omniũ virtutũ euacuatio. Dic.Bed.Quid est si tota ciuitas custodiatur, & vnũ foramẽ per quod hostes intrãt,relinquatur?Sic,quid prodest oẽs habere virtutes,si nõ adest humilitas?Ideo subditur eius elatio cũ dicitur:*Velut etiã hic publicanus*.Chry. Nõ enĩ satiauerat cõtemptũ eius tota natura humana, sed etiã aggressus est publicanũ.Moderatius enĩ peccasset si publicanũ excepisset. Ex quo patet ꝙ propriũ delictũ nõ nouit. Quia dicit Ber.Qui peccatũ suum perfectè examinãdo intelligit,nullius peccatũ par suo existimat:& hoc nõ fecerat iste,sed fatuè egit. Nã eleemosynã petere venit,& diuitias suas ostẽdit,s.bona opera, dicẽs:Ieiuno bis in sabbato.Dicit enim Teoph.Pharisæi feria secũda & quinta ieiunabãt, & in hoc religiosiores erãt aliquibus Christianis qui feria sexta nõ ieiunãt:cùm sit vna bona cõsuetudo quæ facit legẽ:sed fatuè egit iactãs se de ieiunio sicut de falsa moneta,ita ꝙ habebat ieiuniũ corporale sine spirituali,quia ieiunauit à cibo,sed nõ à peccato elatiõis.Vn.Pi⁹pa.in cã.di.5. nihil.Nihil ꝓdest homini ieiunare & orare & alia religionis bona agere,nisi mens ab iniquitate,& ab obtrectatione lingua cohibeatur. Et Esa.58.Nũquid tale est ieiuniũ quod elegi?ipse enim abstinuit se à gula & crapula,non autem à superbia.Sed iactabat se non fore auarum,dicẽs:*Decimas do*

omnium

omniũ quæ poßideo. Sed per hoc nõ fuit iuſtus. Quia dicit Gre. Quid ꝓdeſt ſua dare deo, ſeipſum diabolo? q.d. nihil. Quia dicitur Eccl. 34. Dona iniquorũ nõ probat altiſſimus: nã ſecundũ Aug. Nil bonũ niſi ex te bono: attamẽ iuſtior fuit in hoc aliquibus Chriſtianis, qui decimas dare recuſant, nam decimæ à Deo iubẽtur dari in omni lege. Primò, in lege naturæ, vt patet in Abel & Cain, Gen. 4. & in Abrahã, Gen. 14. Abrahã rediẽs à cæde regũ dedit decimas ex omnib. Melchiſedech ſacerdoti. Ideo habetur in can. 16. q. 1. decimas. Decimas à populo ſacerdotibus ac leuitis eſſe reddẽdas diuinæ legis ſanxit authoritas. Secũdò, in lege Moſi, Leuit. vlt. Omnes decimę terræ ſiue de pomis arborũ, ſiue de frugibus, domini ſunt, & illi ſanctificãtur. Tertiò, in lege prophetica, Malac. 3. Inferte omnẽ decimã in horreũ meum. Et S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 2. Radix ſolutionis decimarũ eſt debitum. quia ſeminãtibus ſpiritualia dãtur tẽporalia, & oppoſitum faciẽtibus magna pœna eſt impoſita. De pœnis in Cle. Cupiẽtes. Sed dices, Quid tũc vbi nõ eſt cõſuetudo? Reſpõ. S. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4. Ibi Eccleſia nõ repetit, licet repetere poſſet propter vitare ſcandalũ, nã prius breui manu ſoluerũt. Ideo Eccleſia redonauit eis. Aug. 16. q. 1. decimę. Decimę tributa ſunt egentiũ animarũ: ꝙ ſi decimã dederis, non ſolum abundantiã fructuũ recipies, ſed etiã ſanitatẽ corporis cõſequeris. Cùm enim decimas dãdo & terrena & cœleſtia poſſis præmia promereri pro auaritia duplici benedictione fraudaris. Hæc enim eſt dei iuſtiſſima conſuetudo, vt ſi illi decimã non dederis, tu ad decimã dæmonum reuoceris: dabis impio militi, ꝙ nõ vis dare ſacerdoti. Malac. 3. Quia vos cõfigitis me, & dixiſtis, in quo configimus te? In decimis & in primitiis & in penuria vos maledicti eſtis. Ideo 16. q. 7. maiores. Hoc tollit fiſcus, qđ non accepit Chriſtus.

¶ Ecce ille peccauit in iactãtia, ideo iactãtia vitãda eſt pluribus de cauſis. Primò, quia Deũ offendit. De quo Maximus in ſermone, Nõ poſſumus ſimul pro vno & eodẽ opere fauorẽ mũdi expetere & prẹmium cœleſtis glorię acquirere. nã vbi gloria hominũ quæritur, ibi gratia dei ꝑditur. Eccl. 20. Fatuorũ gratię effundẽtur. Ideo Greg. in Moral. Miſeri ſunt qui hominũ laudes affectãt: nam fructus laborũ ſuorũ diſſipãt. Secũdò, quia talis de ſeipſo teſtimoniũ perhibet, ergo ad talẽ poteſt dici ſicut Chriſto falſò dixerũt, Tu de teipſo teſtimoniũ perhibes, & teſtimoniũ tuũ nõ eſt verum, Io. 8.

Nam

Nam Christus potuit de seipso loqui verum, nos autẽ non. Ideo Hilar. Soli Deo de se credẽdũ est, qui solus nouit. Sed in aliis verũ est quod dicitur 2. Cor. 10. Nõ qui seipsum cõmẽdat ille probatus est, sed quẽ Deus cõmendat. Ideo. Ber. Quid mei vel alterius contentus sum testimonio, cùm Dei sim præsentãdus iudicio? Tertiò, quia qui se iactat, idolũ se facit & seipsum colit, & gloriã sibiipsi tribuit, cùm tamen scribatur 1. Tim. 1. Soli Deo honor & gloria. Ps. 113. Non nobis dñe nõ nobis, &c. ¶ Sed di. Quãdo iactantia est peccatũ? Resp. Seipsum iactare vel laudare primò fit propter bonæ famæ cõseruationẽ: & sic se Samuel laudauit corã filiis Israel, 1. Reg. 12. di. Cõuersatus sum corã vobis ab adolescentia mea vsq; ad hãc diẽ, ecce præsto sum, loquimini de me corã domino, & corã Christo eius, vtrũ bouem cuiusquam tulerim aut asinũ, si quẽquam calumniatus sum, si depressi aliquẽ, si de manu cuiusquã munus accepi, & contemnam illud hodie, restituámq; vobis Et subdit: Testis est mihi dominus, quia nõ inueneritis in manu mea quippiã. Sic simili modo est, cùm quis inculpatus esset iniustè, vel timeret culpari in tali casu. Dicit Aug. Crudelis est, qui nequit defendere famã, imò homo tenetur, vt dicit Aug. 12. q. 1. nolo. Nolo vt aliquis de nobis inueniat male viuendi occasionẽ. Hug. de S. Vict. Nõ sufficit nobis sancta vita, nisi assit bona fama. Aug. Consciẽtia propter te, fama propter proximum est necessaria. Secundò, potest quis se laudare propter spei subleuationẽ. sic se laudauit Ezechias rex. Isa. 38. Cũ ægrotauit vsque ad mortẽ, & venit Isaias, dicẽs: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & nõ viues: & cõuertit Ezechias faciẽ suã ad parietẽ, & fleuit amarè, & dixit: Obsecro dñe memẽto, quæso, quomodo ambulauerim corã te in veritate & corde pfecto, & quod bonũ est in oculis tuis fecerim. Quia valuas tẽpli aperuit, quas Acham pater suus clauserat. Qui statuas cõtriuit quas ille erexit, qui tẽplum mũdauit quod ille polluit, qui sacerdotes honorauit quos ille cõtẽpsit, qui serpentẽ fregit cui populus incẽsum obtulit: & sic cũ homo esset in tẽtatione desperationis tũc posset bona sua ad memoriã reducere ne desperaret, sicut ecõuerso cũ tentaretur de elatione, tũc peccata debet reducere ad memoriã. Tertiò, ad Dei glorificationẽ & proximi ædificationẽ. Et sic fecit bene Paul. 1. Cor. 15. dicẽs: Abũdantius omnibus illis laboraui, & 2. Cor. 11. iactat se de illis quę passus est in ęrũna, labore,

labore,in vigiliis multis,vt alios ad tolerātiā animaret, & vt propter talia passa sua prædicatio nō cōtēneretur. Sic docuit Ro.12. Benedicite persequētibus vos,benedicite & nolite maledicere:& sic nos vt Deus honoretur,&c. Mat.5. Sic luceat lux vestra,&c. Gre. Actio sit in publico,intētio in occulto. Quartò,quādo quis se iactat ꝓpter actū venialis peccati: vt cu quis se iactat de aliquo paruo quod nō est cōtra charitatem dei neque proximi,tali intētione vt nominetur & æstimetur bonus socius,hoc est veniale. Quintò,propter lucrum temporale,vt ex auaritia solent aliqui se laudare, vt hypocritæ:& sic est peccatū mortale,si non indiget eleemosyna,tenetur ad restitutionem. Sextò,cùm quis iactat se in malitiis,& tunc est peccatum tale quale est peccatum de quo se iactat,s.mortale vel veniale:sicut de turpi opere vel tactu illicito vel de superbia in chorizando. Vnde Poëta:

Dupliciter peccat qui se de crimine iactat.

Ps.51. Quid gloriaris in malitia? Ber. Quid magis ꝑuersum quā de culpis gloriari,siue lætari de quib. debemus tristari? Septimò,cū quis se falsè & mēdaciter iactat de his quæ nō sunt vera,& quærit vanā gloriā,& tūc est peccatū secūdum materiā falsitatis, sicut est ea falsitas vel mendaciū de quo se iactat. Octauò,dū quis se iactat in bonis operibꝰ quærēs gloriā quæ debetur honori diuino,& præfert suæ saluti vel dilectioni proximi:& sic est mortale,quia ibi constituit finem,secus autē est vbi finis non est laus. Nam vbi laus est finis,damnatur quis cum bono opere:sicut ille Pharisæus.

¶ *De publicano cunctis pœnitentibus imitandō.* ENARRAT. III.

D*Escendit iustificatus in domum suam.* Luc.18. ¶Ista est secūda pars principalis istius Euangel. s. publicani humiliatio cōmentata,ibi: *Publicanus stāns, &c.* Iste enim gerit typū omniū potentiū:nam omnia quę requirūtur ad verè pœnitentem,habuit iste publicanus in se. Primò,verè pœnitēs debet habere firmā intentionē,s.nō peccādi,quā ille habuit: quod innuitur in hoc,quia stetit & nō iacuit per recidiuationem. Et sic nos, Eccl.2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta,s.in recta intentione. Nam secundū Greg.28. Moral. Intētio præstitit fundamentū operi nostro. Nam sicut fabrica columnis,columnæ basibus fulciuntur:ita vita nostra virtutibus,virtutes intētione subsistunt. Ideo Greg. Vigilanti cura intentio est pensanda:ratio,quia qui rectam intentionē in opere non tenet,totū corpus perdit. Magist. in 3.d.40.

Actus

Actus simpliciter mali sunt, qui peruersam intentionẽ habent. Ber. Intẽde in Deũ & propter Deum. Nam intentio est suauior, & melior illo quod cõcupiscitur. Heb. 4. Discretor cogitationũ & intentionũ cordis est. Secundò, pœnitẽs debet habere timorẽ reuerẽtialẽ, quia dicitur Eccl. 1. Qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Ro. 12. Cùm malũ feceris, time, s. iram Dei: & sic ille stabat à longè cogitãdo, tu es in eius indignatione, tu irritasti eũ peccatis. O vtinã appropinquaret eius gratia, cùm indignus sim appropinquare ei. Vnde Cassiod. super Psal. Nihil securius, quàm cũ spe semper timere. Ratio. Psal. 144. Volũtatẽ timẽtiũ te faciet, &c. Et sic de filio prodigo, Luc. 15. Cùm adhuc longè esset, vidit illum pater illius, & misericordia motus est. Sed heu aliqui ita irreuerẽter se habẽt ad corpus Christi in enormib' peccatis locãtes se super altare, de quibus Eccle. 8. Sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorũ facta habeãt. Cùm tamen Ambr. noluit Theod. Imper. permittere intra cãcellos stare, remandans per Archidiaconũ. di. O Imperator interiora loca sacerdotibus tantũ sunt collata, ꝙ cæteris nec ingredi nec cõtingere permittitur. Purpura nãque Imperatores nõ sacerdotes facit prout habetur de vita & hone. cle. Laici secus altare, quãdo sacra mysteria celebrãtur, stare vel sedere inter clericos nõ præsumãt, sed pars illa quæ cãcellis ab altari diuiditur, tãtũ psallẽtibus pateat clericis. Nã 2. Reg. 6. Extẽdit Oza manũ ad arcã Dei & tenuit eã, quoniã calcitrabant boues & declinauerũt eã. Iratúsq; est indignatione dñs cõtra Ozam, & percussit eũ super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei. Sed debemus facere & dicere sicut Centurio Mat. 8. Domine non sum dignus, &c. Petrus Luc. 5. Exi à me dñe, quia homo peccator sum. Ber. Quãtò quisq; sibi vilior, tantò Deo pretiosior: & sic ille stãs à longe. Tertiò, pœnitẽs debet habere pudorẽ, quia di. Gre. Quãtum displicet impudẽtia, tantũ placet peccatorũ erubescẽtia: & sic ille *non audebat oculos ad cœlũ leuare*, quia iudicabat se indignũ præ verecundia peccatorũ. sicut Manasses, 2. Paral. vlt. dicit: Peccaui super numerum arenæ maris, & liberatus erat, quia dicitur Eccl. 4. Est confusio adducẽs gloriã & gratiã. Aug. Verecũdia est magna pars pœnitẽtiæ. Quantò maior verecũdia fuerit, tãtò clarior diuinis oculis innotescit. Verecundia temperat pœnam, quam quis pro peccato pati debuerat. Quartò, pœnitens debet habere pro peccatis dolo

dolorẽ.De quo Hier.Nulla culpa delebitur,nisi tristitia anxietur,& Hug.de S.Vict.Tunc peccatorũ salus incipit,cùm veraciter pro peccatis ingemiscit:& sic ille *percutiebat pectus suum* propter cõtritionis dolorẽ:nã sub pectore est cor,vnde procedũt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,&c. vt dicitur Mat.5.Cognouit enim iste publicanus illud.Sap.11. Per quæ quis peccat,per hæc & torquetur. Ipse enĩ habuit prius delectationẽ in corde,nunc verò cõtritionẽ,& sic nos Psal.50.Cor contritũ,&c.Dan.3.In animo cõtrito & spiritu humilitatis suscipiamur à te.Beda,Dolor cordis mentẽ purgat,angelos lætificat,Deum placat. Nã posset cõtritio esse tanta,quòd deleret pœnã & culpã,nõ ex valore cõtritionis præcisè,sed ex meritò passionis Christi,quãdo homo in fide Christi detestatur peccatũ,& tunc Deus dimittit ea propter hoc,quia Dei filius pro peccatis istis,sicut ꝓ omnibus peccatis mortuus est. Ideo necessariũ esset, vt homo mane & vesperi,ad cor rediret,& cõscientiã discuteret, & peccatũ deleret,& si dormiẽdo morte prę́uẽtus etiã sine cõfessione decederet, saluaretur,iuxta illud Ps.84. Audiã quid loquatur in me dñs Deus , quoniã loquetur pacẽ in plebem suam,&c.Ezec 18.In quacunq; hora peccator,&c.Ideo non dicit ibidẽ,Confessus,sed cõuersus. Quintò,pœnitẽs debet habere deuotã orationem. Greg.Ea quæ prædestinata sunt precibus obtinẽtur.Et sic ille dixit: *Deus propitius esto mihi peccatori.* Ecce fides,quia confitetur singularẽ eius potestatẽ & bonitatẽ,in eo quod dicit *Deus*,q.d.qui es omnipotẽs.Peccaui per infirmitatẽ contra tuã potentiã,propitius esto fili Dei qui es summè sapiens.Peccaui per ignorantiã, *propitius esto mihi peccatori* Oratio breuis est valde fructuosa quæ impetrat peccatorũ remissionem & infusionem gratiæ & vitæ æternæ collationem.Ecce quinque verba de quibus 1.Cor. 14.Volo quinque verba sensu meo loqui,&c.Ecce diuinum mysterium,quod est peccatorũ conuersio & salus quinque verbis exprimitur,s. *Deus propitius,&c.* Nam sunt quinque libri Mosi in quibus scribuntur decẽ præcepta,quæ sunt vera via ad æternam salutem.Matt.19.Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata.Quinq; sunt verba ordinata à Christo summo sacerdote,quibus primũ cõsecrauit sacramentũ,& dedit autoritatẽ sacerdotibus consecrãdi ad salutem generis humani. Quinque verbis concepit Virgo Christum , Fiat mihi secũdum verbũ tuum. Et sic hæc quinque verba: *Deus*

propit

propitius esto mihi peccatori si cōtritus & deuotus quis dixerit, descēdet iustificatus in domū suā, & Deus propitiabitur ei. De quo Eccl.17. Quàm magna misericordia dñi & ꝓpitiatio illius conuertentibus ad se. Reuertere igitur à diabolo, & cōuertere ad Deum, Ier.18. & 26. & 36. Reuertatur vnusquisq; à via sua pessima, & propitius ero iniquitati & peccato eorū. Ecce quoties monet nos reuerti, ꝙ si audire noluerimus, dicet nobis illud, Pro.1. Quia vocaui & renuistis, &c. Ego quoq; in interitu vestro ridebo. ❡ Subdit in textu, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur.* Exaltauit se Adā & factus est mortalis. Ge.3. plenus defectibus, Ps.48. Homo cū in honore esset, nō intellexit. Exaltauit se Pharao, & submersus est in mari Rubro, Exo.14. Exaltauit se Dathā & Abyrō, & terra deglutiuit eos, Nu.16. Exaltauit se Saul, & dæmoniacus factus est, 1.Reg.16. Exaltauit se Absalon, & crinibus suspēsus est in quercu, 2.Reg.1. Exaltauit se Nabuchodonosor, & in bestiā conuersus est, Dan.5. Exaltauit se superbus Antiochus, & à vermibus cōsumptus est, 2.Mach.9. Aug. Omnibus virtutibus insidiatur superbia & facit perire eas. Ideo dicit Mat.9. Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

❡ *Dominica duodecima post Trinitatem.*

Quæ sint ea quæ peccatorem surdum ac mutum faciant, & quis modus vtrunque sanandi.

ENARRATIO I.

B*Ene omnia fecit.* Marc.7. ❡ In summa Euág. duo facit. Primò, ꝓponit humanū defectū in surdi & muti præsentatione vel adductiōe, ibi: *Exiēs Iesus de finibus Tyri, adducūt ei surdū & mutū.* Secūdò, subiūgit diuinū miraculū in sanitatis restitutione, ibi: *Apprehēdēs, &c.* De quo dicit: *In illo tēpore,* postquā exhibuit mulieri Chananææ misericordiā liberādo ei⁹ filiā à dæmonio, tūc *exiēs Iesus de finibus Tyri.* Tyrus fuit ciuitas nobilissima & opulētissima in terra Chananæorum. De qua scribitur Isa.43. Cui⁹ negotiatores principes, institores eius inclyti terræ, & fuit sita in insula maris. Et tota regio dicebatur Tyrus ab illa ciuitate: illuc cōfluebāt omnia mūdi pretiosa. vt patet Eze.27. per totū. De finib⁹ illis exiuit Iesus, Dicit Theophilus, Noluit facere morā in locis Gētiliū, ne daret occasionē Iudęis, vt eū æstimarēt trāsgressorē legis. ꝙ se Gētilib⁹ associaret. *Tūc venit per Sydonē.* Sydō erat ciuitas minor Tyro, *& venit per Sydonē ad mare Galilææ per medios fines Decapoleos.* Et est nomē regionis decē vrbium, cuius vna pars vltra Iordanē, altera circa mare Galilęę, quod respicit

terminos vtriusq; regionis. Cùm autē ibi esset, in hoc loco *addu. ei surdū & mutū.* Nō fuit surdus & mu⁹ à natiuitate vel ab infirmitate superueniēte: sed à dæmone ipsum obsidente & eius loquelā & auditū impediēte, quia dæmon ex permissione diuina potest hominis mēbra mouere ad nutū suū. Et sic cōpertū est obsessos loqui idiomata incōsueta. Et sicut potest mēbra ad placitū mouere, sic & impedire ab officiis suis. Et ideo impediuit hic mēbra maximè vtilia ad salutē: aures, ne verbū Dei audiret: linguā, ne deū collaudaret. Cōsidera hîc, ꝙ adducētes fuerūt cōmendabiles: Primò, ex misericordia & cōpassione super miseria proxima, cui vellent subuenire, & nō possent propriis viribus. Ideo adducunt ad Iesum naturæ reparatorē. Nā tales cōmēdantur per Ps. 40. Beatus qui intel. super ege. & pau. Secūdò cōmendātur ex fide, de qua subdit in textu: *Deprecabantur eū, vt imponat illi manū,* credētes in mēbris Christi esse diuinā virtutē omniū defectuū sanatiuā, credentes eū esse de quo Isa. 59. Nō est abbreuiata manus dñi, &c. Hæc est illa manus, de qua Ps. 103. Aperiēte te manū tuā omnia implebūtur bonitate, & Psal. 144. Aperis tu manū tuā, & imples omne animal benedictione. Moraliter, per surdū intelligitur quilibet peccator, in mortali peccato, quē diabolus facit surdū & mutū. Nam plura sunt quæ faciūt hominē surdū. Primò, homo efficitur surdus ex defectu intelligibilis attētionis, & sic sunt aliqui mentē eorū dātes ad carnis delitias, nō percipiētes quę spiritus Dei sunt. Vnde 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. De quibus Zach. 7. Noluerūt attendere & auerterunt scapulā recedētes. Ideo Deus clamauit, Isa. 46. Audite me duro corde qui longè estis à iustitia. Magna videtur cordis duritia. Christus ascendit ad arborē crucis, clamauit vt lōgius audiretur, sicut dicit pater ad filiū, Ier. 22. Ascende Libanū & in Basan da vocē tuā, & clama ad trāseūtes, quia cōtriti sunt oēs amatores tui. Ber. Ascendit arborē vt ab omnibus videretur, clamauit vt ab omnibus audiretur, fleuit vt quilibet cōpateretur. O quot hodie surdi qui nō audiunt vocē quā insensibilia elementa audierūt. Audiuit sol, & obscuratus est: lapis, & diuisus est: terra & tremuit: audiuit peccator, & cōpunctus non est. Aug. 1. lib. cōfess. Dñe cœlū, terra & omnia quæ in eis sunt dicunt mihi vt amē te. O nō solùm terra & cœlū, sed sanguis Christi. De quo Heb. 12. Accessistis ad mediatorē testamēti noui Iesum

Iesum, & sanguinis aspersionẽ melius loquentẽ quã Abel. Videte ne recusetis loquentem. Ps. 35. Noluit intelligere vt bene ageret. Secũdò, ex impedimẽto obturationis, s. amore terrenorũ, vt auarus, Ps. 57. Sicut aspidis surdæ & obturãtis aures suas, &c. Aspis secundũ Isid. cùm cœperit pati incãtatorẽ, vnã aurẽ in terrã premit, alterã cauda obturat & operit, atq; ita voces illas magicas non exaudiẽs non exit ad incãtantẽ. Sic auarus aurẽ affectus claudit terrena affectione, sed aurẽ intellectus obturat cauda lõgæuitas vitæ: sic fecerat ille diues q reposuit multa bona in annos plurimos, sed deceptus fuit, vt habetur Lu. 12. Et tales sunt adhuc plures. Ier. 22. Locutus sum ad te in abũdantia tua, dixisti, non audiã. Accipiter enim satur non audit militẽ se vocantẽ, nec gallina tẽpore messis dominã suã: & sic auari diuites nõ audiũt dñm clamantẽ in paupere. Ier. 22. Terra terra terra, audi sermonẽ dñi, vt animum amoueas, à terrena cupiditate. Pro. 21. Qui obturat aurẽ suam ad clamorẽ pauperis, clamabit & ipse, & nõ exaudietur. Zach. 7. Cor suũ posuerunt vt adamantẽ ne audirent. Reuera ita surdi sunt, ꝙ nolunt audire ꝙ sunt mutabiles & mortales, Isa. 42. Quis cæcus nisi seruus meus? & surdus nisi ad quẽ nuntios meos misi? s. creaturas. Omnes creaturæ clamant, mutabiles sumus, vt patet in superioribus, planetæ trãseunt. Eccl. 1. Sol oritur & occidit, in inferioribus oẽs fructus nascũtur & corrumpuntur, aqua trãsit & fluit: & sic nos, 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur. Heb. 13. Non habemus hîc manẽtem ciuitatẽ. Gre. in Moral. Plus trãsitoria quã æterna diligunt: ideo spẽ in eis ponunt. Tunc dicunt, cõmisit filiis. Galat. 6. Vnusquisq; onus suũ portabit. Ezec. 18. Non portabit filius iniquitatẽ patris. Vnde Hier. d. 37. nónne. Nónne vobis videtur in vanitate sensus ingredi, qui diuitias per fas & nefas quærit, qui adulatur regibus, hęreditates captat alienas & opes cõgregat quas in momẽto cui sit relictur⁹ ignorat? Tertiò, quis efficitur surdus ex verme interius existẽte & manẽte, & sic sunt aliqui q propter cõscientiã remordentẽ nolunt audire ne grauentur in cõscientia, & est vermis conscientiæ, Pro. 25. Sicut tinea vestimento & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi, Ecc. 14. Beatus qui non est stimulatus in tristitia delicti, 1. Cor. 14. Ignorãs ignorabitur, Ber. Frustra blandiuntur sibi de ignorantia qui libenter ignorãt, Gre. in can. 38. di. qui ea. Qui ea quæ Dei sunt nesciunt,

à dño nesciũtur, Isa. 30. Popul' ad iracũdiã prouocãs est, filij mẽdaces, &c. Qui dicũt vidẽtibus, &c. Loquimini nobis placẽtia, videte nobis errores. Hi sunt de quibus scribit Apost. 2. Tim. 4. Erit tẽpus cùm sanã doctrinã nõ sustinebũt, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidẽ auditũ auertẽt, &c. Pro. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Aug. Citi' auditur vna oratio obediẽtis, q̃ decẽ millia præuaricãtis. Chrys. Quid postulas quod promisit, & nõ vis audire quod præcepit? Quartò, surditas causatur ex tumore, s. superbiæ. Aug. Tumor mẽtis est obstaculũ veritatis, qa superbus nõ vult reprehẽdi, sed in hoc nõ facit irreuerentiã prędicatori, sed Christo, Eze. 3. Fili hominis, dom' Israël nolũt audire te, quia nolũt audire me. Omnis quippe dom' Israël attrita frõte est & duro corde. Et in hoc nõ spernunt prædicantẽ, sed Christum, vt dicit ipsemet, Lu. 10. Qui vos spernit, me spernit. Tales audiẽt illud, Mat. 25. Ite maledicti, &c. Quintò, surditas causatur ex putrefactiõe auris. Et sic luxuria facit hominẽ surdũ, sicut Herodes & Herodia facti sunt surdi, Mar. 6. Tales sunt surdi ad vocẽ inuitãtis ad pœnitentiã. Lu. 13. Nisi pœnitentiã egeritis, &c. Eccl. 21. Audiuit luxuriosus, & displicebit ei. 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Isti sunt quinq; digiti in manu diaboli. Sextò, surditas causatur ex longa ægritudine, qñ humores collecti ascendũt ad cerebrũ, & ibi meatus auditus intercluditur. Moraliter, Lõga ægritudo est mala cõsuetudo, quæ vertitur in naturã. Ideo Eccl. 10. Lãguor ꝓlixior grauat medicũ. Quia dicit Gre. Difficilè surgit, quẽ moles malæ consuetudinis premit. Humores sunt mali mores qui impediũt spiritualẽ auditum. Vnde fiũt peccatores sicut lethargici, qui non solũ clamoribus sermonũ, sed etiã punctionibus flagellorũ excitãdi sunt: quia dicit Isa. 28. Et tantũmodo sola vexatio intellectũ dabit auditui. ¶ Itẽ nota mutus efficitur homo multis modis. Primò, ex linguæ indispositione, s. quãdo lingua palato adhæret & soluta nõ est. Sic muti sunt, qui loqui in confessione nesciunt. Vnde Eze. 3. Fili hominis linguam tuam adhærere faciam palato tuo. & eris mutus: hoc fit cùm verecundia ligat linguam ne sequatur confessio. Vbi impletur illud Psalm. 33. Muta fiant labia dolosa. Hæc infirmitas curatur, cùm homo rectè loquitur in confessione, iuxta illud in textu: *Solutum est vinculum*

tulum linguæ eius, & loquebatur rectè. Rectè loqui est seipsum accusare & nō excusare in cōfessione, iuxta illud Prou.8. Iustus prior est accusator sui. Dicit nāq; Aug. Qui se accusat, hūc Deus excusat. Dic igitur illud Iob 10. Dimittā aduersum me eloquiū meū, loquar in amaritudine animæ meæ. Secūdò, homo efficitur mutus ex auditus vocis interclusione, sic ꝙ trāsitus vocis ad os nō est patēs, vt plenam vocem possit emittere. Spiritualiter: Sic muti sunt, qui vocē laudis & gratiarū actiones in Deū nō emittunt. His dicetur illud, Iob 38. Vbi eras cū laudarēt me astra matutina & iubilarēt omnes filij Dei? q.d. nō habuisti vocē laudis. Nā de talibus scribitur Eccl.15. Nō est speciosa laus in ore peccatoris. Huiusmodi infirmitas curatur, cùm homo deuotè loquitur in gratiarū actione. Vnde Ephe.5. Loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & cāticis spiritualib. dicēdo cū Ps.33. Benedicā dominū in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Tertiò, qs efficitur mutus ex linguę infrigidatione, vt cùm lingua motum non habet sicut in paralysi, hoc modo muti sunt qui frigidi sunt in amore dei, carētes feruore dilectionis. Tales sunt multi à prędicatione abstinētes, & ab aliorū informatione. Et talis fuit Alchimus 1. Macha.9. Qui pręcepit destrui muros domus sanctæ interiores, & destrui opera prophetarū, & cùm cœpit destruere, dissolutus est paralysi, nec vltra potuit loqui verbū & mādare de domo sua. Hoc fit cùm prȩlati impediūt Ecclesiæ ædificationē, nec ipsi verbū prędicationis habēt, nec alios facere verbo & exemplo permittūt, sed prohibēt. Vnde Isa.56. Speculatores eius cæci omnes, nescierūt vniuersi, canes muti nō valentes latrare. Tales fuerūt Scribæ, Luc.11. Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauē sciētiæ, ipsi nō introistis & eos qui introibāt prohibuistis. cōtra tales scribitur, Prou.3. Noli ꝓhibere benefacere eū qui pōt, si vales & ipse benefac. Quartò, efficitur qs mutus ex calidi humoris effusiōe. Vnde & apostema quoddam nascitur sub lingua qđ rana vocatur. Hoc modo muti sunt, qui sunt ardētes in auaritię cōcupiscētia, propter munera habētes apostemata sub lingua, vnde Ecc.20. Xenia & dona excæcāt oculos iudicū, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorū. Et sicut quādo ꝑlicitur os cani latrāti vt obmutescat: sic amor pecuniæ mutos facit. Nā mutus dicitur à mutādo, qa ꝓpter pecuniā & munera mutat iustitiā. Cōtra quos scribitur Deut.16. Nō accipies ꝑsonā nec mu-

nera, quia munera excæcāt oculos ſapientū & mutāt verba iuſtorū. Iuſtè quod iuſtū eſt exequeris vt viuas & poſſ. terrā quā dñs Deus tuus dederit tibi. ❡ Dixi: Secūdò ſubiungitur diuinū miraculū in ſanitatis reſtitutione, & ſubdit: *Et adducūt ei ſurdū & mutū, & deprecabantur eū vt imponat illi manū.* Moraliter, Adducētes ſunt prælati, de quibus in can. 7. q. 1. ſciſcitaris, vbi dicitur, Prælati tanquā arietes ducatum gregibus præbēt, & paſtores nō ſolùm debēt peccatores adducere, ſed etiā pro eis deprecari, vt habetur 36. di. ca. Si quis vult. vbi colligitur, nō ſolùm prælati pro ſe, ſed etiā pro ſubditis tenētur orare. Sicut fecit Moſes, Exod. 32. dicēs: Quieſcat ira tua dñe, eſto placabilis ſuper nequitiā populi. Itē poſtquā peccator adductus fuit per prælatos ad Ieſum, *tunc Ieſus eū apprehēdit.* Et hoc fit, cùm de peccato eū ad gratiā adducit. Vnde Ier. 31. Apprehēdi manū eorū vt educerē eos de terra Aegypti, i. de ſtatu peccati: vbi impletur illud, Iſaiæ 41. Serue meus apprehēdite ab extremis terræ, quia de faucibus diaboli, vt habetur Mat. 14. Cùm Petrus cœpiſſet mergi, clamauit dicēs, Dñe ſalua me, & continuò Ieſus extendens manū apprehendit eū. Et ſic qui ſunt in gratia apprehendit, vt ad perſeuerantiā gratiæ inducat, iuxta illud Cant. 8. Apprehendā te & ducā te in domū matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ, i. ſanctæ matris Eccleſiæ. Tertiò, *à turba eū ſeorſum recepit.* hoc eſt à conſortio malorū ſeparauit. Vnde Ier. 48. Relinquite ciuitatē & habitate in petra, i. ſeparate vos à malorū cōſortio: vt docemur Eccl. 18. Ne oblecteris in turbis nec immodicis, nā Maria in turba perdidit Ieſum: & ſic gratia Dei perditur in cōſortio malorū. De quo Seneca. Quoties inter homines fui, minus homo redij. Quartò, *miſit digitos in aures.* In quo ſignificatur infuſio gratiæ, quò ad opera virtutū: qa ſcribitur, Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Nā quinque digiti huius manus ſunt. Primus eſt pollex, qui habet duos articulos, ſ. gratiā reſiſtēdi malo, & exercitādi ſe in bono, vt habetur in can. de conſe. di. 4. placuit. Gratia quæ per Chriſtū datur, nō ſolùm peccatorū remiſſionē facit, ſed etiā vt lex impleatur, vt natura liberetur ne peccatū dominetur. Secūdus digitus eſt index, & habet tres articulos, ſ. ſcientiā cognoſcendi creatorē, benefactorē, & redemptorē. Tertius digitus medius. Huius eſt triplex articulus, ſ. gratia diligendi Deum, ſeipſum, & proximum. De his tribus articulis dicitur, Iſa. 40. Quis appendit tribus digitis molē terrę? id eſt,

id est, animã peccatricẽ laua his tribus à terrenis. Quartus digitus medius, i. pœnitẽtia: huius sunt tres articuli, s. confessio, cõtritio & satisfactio. Quintus est auricularis, per quẽ intelligitur obedientia: huius sunt tres articuli, s. obedire præceptis prohibitis, & consiliis, iuxta illud Psal. 17. in auditu auris obediuit mihi. Quintò, *Iesus expuẽs tetigit linguã eius saliua*: hoc fit cùm præstat nobis dulcedinẽ in opere: nã sicut saliua est mediũ gustus, & si corrupta fuerit, decipitur gustus & corrũpitur, vt patet in febricitãtibus: sic gratia diuinæ sapiẽtiæ datur vt sapiãt res prout sapere debẽt: nã sine gratia amarũ videtur dulce, & dulce amarũ. Vnde Aug. Palatũ febricitãtis habet, cui mel cœli insipidũ est, iuxta illud Ps. 33. Gustate & videte quoniã suauis est dñs. Hac saliua aliquãdo deus tãgit cor nostrũ ad veritatis cognitionẽ, aliquãdo linguã ad verã cõfessionẽ, aliquãdo manus ad rectã operationem: vt homo posset dicere illud Iob 6. Quæ prius nolebat tãgere anima mea, nũc præ angustia cibi mei sunt: & subditur: Et hęc mihi sit cõsolatio. vt affligẽs me dolore nõ parcat. Sextò, Iesus suspexit in cœlũ, nobis in exẽplũ, vt rectã intẽtionẽ sursum habere debeamus, iuxta illud Phili. 3. Nostra cõuersatio in cœlis est. dicẽtes cũ Ps. 122. Ad te leuaui oculos meos, &c. Nã secundũ Aug. Desiderio bono leuamur in cœlũ, sicut malo præcipitamur ad ima. *Septimò Iesus ingemuit*, docẽs nos ingemere pro incolatu præsentis miseriæ, & oritur ex desiderio & intẽtione cœlesti: quia tũc vilescũt terrena. Greg. Si cõsideremus quæ & quãta promittũtur in cœlis, vilescũt omnia in terris. Ps. 19. Heu mihi, &c. Ps. 137. Rugiebã à gemitu cordis mei. *Tũc dixit, Effeta, quod est adaperire*. Aug. Aures ad quas verbũ intrat, sunt vires intellectuales, per quas est capax mẽs diuinæ pręsentiæ. Hoc desiderat Can. 5. Aperi mihi soror mea. rectè anima fidelis dicitur imago verbi æterni. Vnde Aug. Ad imaginẽ dei mẽs facta, quę nulla interposita substãtia à deo formatur. Ad hanc vult ingredi, & inuenit clausas portas, dicẽs, aperi. ¶ Nota, claudũtur portę mẽtis duplici repagulo. Primò, per inclusionẽ mali. Sap. 1. In maleuolã animã, &c. Secũdò, per exclusionẽ boni: & sic Deus nõ intrare dignatur, sed diabolus. Luc. 11. Cùm immũdus spiritus, &c. Hoc vtrũq; repagulũ cõfitetur Aug. 1. Cõfe. O q̃ angusta, i. vacua est domus, veni ad eã. & dilatatur abs te: ruinosa, refice eã, hoc repagulũ debes à mẽte remouere. Aug. Qui creauit te sine te, nõ te iustificabit

ſine te. Ideo dicit effeta media correpta, vltima acuta, *Hoc eſt adaperire*, ſupple per te, ſed nõ in poteſtate tua, ſed in gratia Dei. Hic nota Ly. ad, i. fac ad hoc quod in te eſt. Simile 2. Mach. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis, quia Dei eſt dare gratiã, hominis adhibere liberũ arbitrium. Sed Deus nõ immediatè intrat ad animã. *Et ſtatim apertæ ſunt aures eius & ſolutũ eſt vinculũ linguæ eius*, tũc impletum eſt vaticiniũ, Iſa. c. 35. Tũc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorũ patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: & aperta eſt lingua mutorum. & illud Sap. 10. Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantiũ fecit diſertas. Aures ſunt duplices, cõſideratio gehennę & glorię. Pſ. 84. Audiã quid loquatur in me, &c. & loquebatur rectè, Simon de Caſ. Loqui rectè, eſt loqui virtute dictante. Primò bona deo, tibi mala attribuere: Ozeæ 13. Perditio tua ex te Iſraël, tãtummodo in me auxiliũ tuũ, & ſic Adã nõ rectè locutus eſt, ſed dixit: Mulier quã dediſti mihi ſociã, &c. quaſi volẽs retorquere culpã in creatorẽ eius, & ſociæ ſuæ mulieris. Secũdò ſe accuſare in cõfeſſione. Prou. 18. Iuſtus prior eſt accuſator ſui, 2. Tim. 2. Solicitè cura teipſum probabilẽ exhibere Deo. Tertiò, in gratiarũ actione, Pſ. 13. Benedicã dominũ in omni tẽpore. Et ſic fecit turba dicẽs: *Bene omnia fecit*. Simõ de Caſſia: Bene omnia fecit, qui facere mala nõ poteſt, nõ hominum merito, ſed ſua bonitate. Hieron. Beata lingua, quæ de Deo ſcit cõſtituere orationem, & collaudare eius operationem.

¶ *Dominica* XIII. *poſt Trinitatem.*

De vera hominis beatitudine, ac impedimentis oculorum aciem hebetantibus. ENARRATIO I.

BEati oculi qui vidẽt quæ vos videtis. Luc. 10. ¶ In ſumma Euãgelij duo innuũtur. Primò, aliquorũ oculos beatificat, ibi: *Beati oculi*. Secũdò, viã æternę vitæ demõſtrat, ibi: *Ecce quidã legiſperitus*. De primo dicit, *Beati oculi, &c.* Nota, beatificari omnes appetimus, vt dicit Magiſter in 4. diſt. 49. quærens vtrũ omnes homines deſiderẽt beatitudinẽ. Reſpõdet ꝙ ſic: & allegat Aug. 13. de ciuit. Dei, c. 4. dicẽs, omnes eã volunt, ſed nõ omnes norũt, ſ. in quo cõſiſtit. Hoc idẽ vult Boet. 3. de conſol. proſa. Omnis mortaliũ cura quam multiplicium ſtudiorũ labor exercet, diuerſo quidẽ calle procedit, ſed ad vnũ tãtùm finẽ beatitudinis nititur peruenire. Et ſubdit: Eſt enim mẽtibus hominũ veri boni naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuius error abducit. Nã aliqui dicũt beatitudinem

titudinẽ esse in honoribus, aliqui in diuitiis, aliqui in potentiis, ecce varius error. Primi dicũt beatitudinẽ sitã in diuitiis. De quibus Ps.143. Beatũ dixerũt populũ cui hæc sunt, s. prõptuaria eorũ plena, oues fœtosæ, boues crassæ, domus firmæ. Et ceperũt rationẽ ex hoc, quia beatitudo est status omniũ bonorũ aggregatione perfectus: & sic scribitur Eccl. 10. Pecuniç obediũt omnia, ita in pecuniis & diuitiis omnia possidere videtur, quia dicitur 5. Eth. Numus est fideiussor in omnibus, & pro eo habemus quicquid volumus. Et sic in pecunia quodãmodo secũdũ eos cõsistit beatitudo nũcupatiua. Sed hęc nominatio est falsa, ꝙ diuitiæ sint beatitudo, quia beatitudo est vltimus finis, & hoc nõ est pecunia, sed ordinatur finaliter ad hominẽ. Nã si beatitudo esset in pecunia, cur dixisset Christus Luc. 18. Quàm difficile qui pecunias habẽt, regnũ Dei intrabũt. facilius est camelũ per foramen acus trãsire. & Eccl. 8. Multos perdidit aurũ & argẽtũ. Ideo Ps. 61. Diuitiæ si affluant, &c. & 1. Tim. 6. Qui volũt diuites fieri, incidũt in tentationẽ, & in laqueũ diaboli. Et sic beatitudo nõ est in diuitiis. Itẽ aliqui dicũt beatitudinẽ esse in delitiis & voluptatibus, vt Epicurei. Et fuit eorũ ratio, qa beatitudo habet delectationẽ annexã, quç est in delitiis: sed ista opinio est stultorũ & brutorũ, qui nõ cognoscũt pfectũ bonum hominis, quod intimã delectationẽ causat, & nõ cõsistit in adprehensione sensus, sed intellectus, & nõ habet tristitiam admixtã, sed omnes corporales delectationes tristes habẽt exitus, s. corporaliter & spiritualiter. Corporaliter, de quo Eccl. 2. Coaceruaui mihi argentũ & aurum, & substãtias regũ & prouinciarũ. Feci mihi cãtores & cantatrices & delitias filiorũ hominũ, cyphos & vrceolos in ministerio ad vina fundẽda, & supergressus sum opibus oẽs, qui ante me fuerũt in Hierusalẽ. Sapiẽtia quoq; perseuerauit mecũ, & omnia quæ desiderauerũt oculi mei nõ negauì eis, nec prohibui cor meũ qn omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparauerã. Et hãc ratus sum partẽ meã, si vterer labore meo. Cúmq; me cõuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerũt manus meç, & ad labores in quib. frustra sudauerã, vidi in omnib. vanitatẽ & afflictionẽ animi, & nihil pmanere sub sole. Ecce tristitia admixta. De quo Prou 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Ideo Boet. de cõsol. li. 2. In reb. fortuitis nõ est beatitudo, vt in diuitiis & delitiis. Ratio, qa omnia fortuita au-

ferri possunt, sed beatitudo est bonũ stabile, & habet delectationẽ permanẽtẽ: delitię verò perducũt finaliter ad tristitiã & cruciatũ. Vnde Greg. Momẽtaneũ est quod delectat, æternum quod cruciat. Ideo de talib. scribitur Isa.3. Popule meus, qui te beatũ dicũt, ipsi te decipiũt. Ber. Impossibile est hominẽ præsentibus & futuris frui delitiis. Aliqui in honoribus ducti hac ratione, qa beatitudo est maximè desiderabilis: & sic honor, vt habetur 4. Ethic. Honor est præmium virtutis: & sic beatitudo. Sed hęc opinio nõ est rationabilis, nã beatitudo est propriũ bonũ & habet esse in anima, 1. Ethic. Honor nõ est in honorato, sed in honorãte, s. potestatinè. Vnde ab honorantib. datur & aufertur: ergo beatitudo hominis nõ est in honore exhibito, sed potius in illo bono quod reddit hominẽ dignũ honore. Ideo Boëtius de cõsol. lib.2. Prosa.6. Gloria mũdana nõ est summũ bonũ, nec spectat ad beatitudinẽ, sed gloria & honor cõsequitur beatitudinẽ. Ideo de talib. scribitur Sap.2. Hęc cogitauerũt, & errauerũt: excęcauit enim illos malitia eorũ. Et nescierũt sacramẽta Dei, neq; mercedẽ sperauerũt iustitię, nec iudicauerũt honorẽ sanctarũ animarũ. Ideo in præsenti ostẽdit ꝙ beatitudo nõ cõsistit in his, de quib. dictũ est, sed in cognitione diuinitatis & humanitatis Christi. Vnde Io.17. Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te solũ verũ Deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Ideo dicit: Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis.

¶ Pro quo sciendũ, ꝙ visio qua Christus videtur est triplex, s. corporalis, spiritualis, & æternalis. Prima visio est corporalis, & ratione illius nõ dicitur quis beatus: nã sic viderũt eũ Iudæi, & sunt ad iracundiã moti. Sap.2. Grauis est nobis etiã ad videndũ. Et Mat.21. Agricolæ vidẽtes filiũ dixerunt intra se: Hic hæres est, venite occidamus eum, &c. Et sic visione corporali, videbũt eũ mali in iudicio. De qua Apoc.1. Videbit eum omnis oculus, & qui eũ pupugerunt. Propter hãc visionẽ nõ sunt beati, sed plangẽt super eum, Zach.14. Oculi tabescẽt in foraminib. suis, & lingua eorũ tabescet in ore. Secũda visio est spiritualis. Dicit enim Ber. Cùm homo sit cõpositus ex corpore & anima, ideo habet spiritualia & corporalia organa. Et differũt in hoc, quia organa corporis sunt distincta, spiritus verò indistincta. Et subdit Ber. Anima, qa spiritus est, spirituales oculos habet, s. cognitionem & dilectionẽ. De quibus scribitur Eccl.17. Posuit Deus oculos super corda illorũ, s. oculos fidei & dilectionis. Dicit nã-

que

que Hier. Illorũ oculos beatificat, qui cũ hominẽ viderũt, & Deũ crediderũt. Qualis fuit Tho. Cui Christus dixit, Io. 20. Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui nõ viderũt & crediderũt, sicut patriarchæ & prophetæ viderunt eũ per fidẽ. Io. 8. Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meũ, vidit & gauisus est. Vidit in fide. Et sic loquitur de visione corporali cõiuncta spirituali, quia diuinitatẽ in humilitate per fidẽ viderũt. Vnde Io. 1. Vidimus gloriã eius quasi vnigeniti à patre, i. signa ineffabilia diuinæ potẽtiæ, sicut gloriã trãsfigurationis, resurrectionis & ascẽsionis, per quę innoruit esse filius dei. Hæc omnia prophetę desiderauerunt, sed nõ viderũt nisi à lõgè per species quasdã & per fidem, sicut Moses in rubo igneo, Exod. 3. sic & nos beatificamur per visionẽ fidei. Tertia visio est æternalis, de qua Psal. 26. Credo videre bona domini in terra viuentiũ. Illa erit facilis & perfecta. 1. Cor. 13. Videmus nũc per speculum in ænigmate, tũc autẽ facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte, tũc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Et 1. Io. 3. Videbimus eũ sicuti est. De qua visione scribitur Isa. 52. Leuauerũt vocem, simul laudabũt, quia oculo ad oculum videbũt. Vnde Ber. O beata visio, videbimus deũ in seipso, ipsum in nobis, & nos in ipso. Hęc visio est æterna. Vnde Aug. Visio dei est tota merces. Sed si volumus eum videre in beatitudine, oportet ꝙ prius videamus eũ in fide & dilectione. Primò, fide, quia dicit Greg. in can. 14. q. 1. quia. Nisi quis fidei soliditatẽ tenuerit, diuinã præsentiã non agnoscit. Ambula per fidẽ, & peruenies ad speciẽ. Nemo lætificatur in patria, nisi quem fides cõsolatur in via: & non sufficit oculus fidei, nisi assit oculus dilectionis. De quo Diony. in lib. de diuinis nomin. Ad obtinendũ visionẽ cœlestis gloriæ necesse est vt homo se exerceat in dei desiderio & amore. Hi enim sunt oculi spirituales ipsius animę, vt dicit Ber. s. intellectus & charitatiuus affectus. Nã his spiritus ad æterna se extẽdit, s. cognitione fidei & dilectiõe dei. Dicit nãq; Ber. in li. de Char. Cognitio est oculus sinister, amor dexter. Cuius ratio est, quia videmus ꝙ ex natura tã in oculis, quàm in manibus semper sinistrũ membrum debilius est, dextrũ verò fortius: & sic oculus cognitionis debilior est, qa in hac vita nõ possumus Deũ cognoscere sicut in seipso existit, ipsum tñ amamus, prout in seipso consistit. Ideo Apost. Rom. 12. Præfigit nobis modum cognitionis, dicens: Non plus sapere quàm

opor-

oportet: ſed non præfigitur nobis modus dilectionis, quia quantò dilectio feruĕtior & intimior, tãto eſt melior, quia magis Deo vnitur, vt di. Diony. Charitas eſt virtus vnitiua amãtis cũ amato. Propter quod dicit Ber. Deus omnia fecit in numero, põdere, & mẽſura, excepto ſolo amore: quia modus amoris eſt non habere modum. Bene ergo oculus amoris eſt oculus dexter, quia dicit Hug. de angel. hierarch. Cognitio foris ſtat, vbi amor ſubintrat. ¶ Sciendũ igitur ſecundũ Ber. ꝙ ille oculus dexter, ſ. amoris plures habet prærogatiuas. Eſt em̃ caſtus, ſimplex, & rectus. Caſtus, quia nõ exorbitat à beneplacito diuino, 1. Cor. 13. Charitas nũquam excidit. Eſt ſimplex, quia nulla in eo cadit ſuſpicio. Vnde ibid. Charitas nõ cogitat malũ, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuffert. Eſt etiã rectus, quia nõ deorſum, ſed ſurſum vertit intẽtionẽ. Vnde Hug. de laude charit. Cor in quo eſt charitas, ſemper habet deſideriũ ſurſum ad ſuperna eleuatũ: quicquid homo facit, charitas ſuis indiciis ſe ꝓdit. Ideo Apoſt. vbi ſuprà: Charitas nõ agit perperã, nõ inflatur, non eſt ambitioſa, nõ quærit quæ ſua ſunt, nõ irritatur, nõ cogitat malum. Iſte eſt oculus verus. De quo Cãt. 5. Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meũ in vno oculorũ tuorũ. Spõſus quippe ab amãtibus vtroq; oculo videtur, ſed altero ſolũ vulneratur in corde: quia vbi intellectus calligat, amor penetrat & peruenit, vbi ille repellitur, iſte admittitur. Hũc oculũ dextrũ rex Ammonitarum nomine Naas, quod interpretatur ſerpens, hoc eſt diabolus, ſummo ſtudio nititur euellere dicẽs, 1. Reg. 11. In hoc feriã vobiſcũ fœdus, vt eruã omniũ veſtrũ oculos dextros. Et ſublato iſto oculo, ſ. amoris, ad ſolũ errorẽ remanet oculus ſiniſter, ſ. intellectus: intelligere em̃ & nõ amare, error eſt. Vnde Ro. 1. Qui cùm Deum cognouiſſent, nõ ſicut Deũ glorificauerũt, &c. Hoc eſt cõtra illos, qui ſolo intellectu Deo placere volunt, cùm tamen dicat Apoſt. 1. Cor. 8. Scientia inflat, charitas verò ædificat. Ideo Iſid. lib. 2. de ſum. bo. ca. 1. Melius eſt ſtudiũ rectè viuẽdi, quàm multa ſciẽdi. Iſte oculus dexter, ſ. dilectio, quãto amplius Deũ reſpicit, tãto magis illuminatur. Vnde Pſal. 33. Accedite ad eũ & illuminamini. Et Ecc. 2. Qui timetis dominũ, diligite illũ, & illuminabuntur corda veſtra. Sed cùm ſiniſtro oculo, ſ. intellectu, ſine dextro oculo, ſ. charitatis prohibemur accedere ad Deũ. Eccl. 3. Altiora te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quę præcep

præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Nã scribitur Pro. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Sed tutè accedit, qui vtrũque oculũ habet, dexter enim sine sinistro, id est, affect' charitatis sine intellectu præcipitat. Ideo Ber. Quãtò fuerit feruor charitatis vehemẽtior, tãtò debet intellectus esse vigilãtior: vt tẽperet & adornet charitatẽ. Intellectus enim per scientiã illuminatus feruorẽ adornat & regit, dans discretionẽ. Dexter verò sine sinistro est impetuosus, quia intellectus sine affectu vanitati deseruit. Sed cùm homo per intellectũ scit, & per affectũ velit, tunc res optimè habet: cùm autẽ inter illa dissensio sit, tũc est cõtradictio, vt dicit Ber. Quia tunc vnus summa, alter infima appetere videtur, ac si homo pẽderet, vnũ habẽs brachiũ sursum, aliud deorsum. Idcirco sciẽdum, ꝙ ad videndũ Deum requiritur quod illi duo oculi sint puri & mũdi: si saltẽ videre debemus eũ in gloria. Vnde Mat. 5. Beati mũdo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Ideo Apoc. 3. Collyrio inunge oculos tuos vt videas. Per collyriũ intellige amaritudinem pœnitẽtiæ. quod collyriũ figuratur Tob. 11. Tobias felle piscis liniuit oculos patris, & visum recepit. Spiritualiter. Per fel piscis quod est amarũ significatur amaritudo pœnitentiæ dicẽdo cũ Ezech. Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ. Dicit etiã Aug. Pœnitẽtia est sole clarior, auro rutilãtior, stellis splẽdidior, s. quò ad effectũ, quia efficit claritatẽ & splendorẽ animæ. Itẽ, nota septẽ differẽtias oculorũ, qui nõ clarè & acutè vident. Primi sunt oculi sublimes, i. superbi. Pro. 6. Sex sunt quæ odit dominus, & septimũ detestatur anima eius. Oculos sublimes, &c. Psal. 100. Superbo oculo & insatiabili corde, &c. Ibidẽ: Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. Ideo Psal. 130. Domine nõ est exaltatũ cor meũ, &c. Sciebat enim illud Isa. 5. Oculi sublimiũ deprimẽtur. Sed oculi parui acutius vidẽt, i. mites & humiles: & sic publicanus Luc. 18. Non audebat oculos ad cœlum leuare; ideo iustificatus. Et ergo petebat Eccl. 23. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Psalm. 17. Oculos superborum humiliabis. Secundi oculi qui non vident acutè, sunt strabonici, & sunt oculi inuidi: tales nõ rectè vidẽt. Vnde 1. Reg. 18. Postꝙ̃ Dauid triũphauit de Philistęo, non rectis oculis Saul aspiciebat Dauid: nam felicitas alterius inuido est cruciatus, Ideo dicitur inuidus, quasi non vidẽs felicitatem alterius.

Et sic

Et sic Laban Gen.31. Audiēs quod Iacob de illius facultate diues factus fuisset & inclytus, non habuit ad eũ faciẽ sicut heri & nudiustertius. Tales sunt similes auibus vidētibus in nocte, & non in die. Vnde Eccle.14. Nequá est oculus liuidi. Et tales nõ vidēt Dei faciē. Nam Christus habet se vt aquila ducēs pullos suos ad solē, & qui clarius respicit illũ, nutrit & cõseruat, & reliquos abiicit. Et sic Christus Deut. 32. Sicut aquila prouocās ad volandũ pullos suos & super eos volitās. Ideo Aug. lib.8. de Trin. De quāto flagrātius diligimus, &c. Tertij sunt oculi rubei, i. iracũdi, quia sanguis rācoris turbat oculũ rationis. Psal.30. Cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus. Ideo Hugo de S. Vict. Superbia aufert homini Deũ, inuidia proximũ, ira seipsum. Sicut eñ imago in aqua turbida non apparet: sic in mēte turbata ira, veritas nõ relucet. Gre. Ira dũ mētes possederit, putat iustè fieri quod malè fit. Ideo diabolus facit vt piscator qui turbat aquā vt pisces capiat, & sic in homine turbat oculũ rationis. Ideo Iob 36. Nõ te superet ira. Ecc.7. Ira in sinu stulti requiescit. Et Eph.4. Sol non occidat super iracũdiā vestrā. Quarti oculi qui nõ vidēt acutè, sunt oculi somnolēti, i. somno pigritiæ grauati, figurati p discipulos. Mat.26. Inuenit eos dormiētes, erāt eñ oculi eorũ grauati. Hi possunt dicere cũ Psal. 118. Dormitauit aīa mea præ tædio. Hoc prouenit primò ex incõsideratione æternę iucunditatis. Si eñ promissam gloriā cõsiderarēt, somnũ acediæ discuterēt. Baruch 3. Circunspice Hierusalē ad oriētē, & vide iucũditatem à Deo tibi venientē. Itē causatur etiam hic somnus acediæ ex cõsideratione pœnę futuræ, aliàs dicerēt illud Gen.31. Die noctúq; æstu vrebar, fugiebátque somnus ab oculis meis. Ille æstu & gelu vritur, qui mētis oculis æterna supplicia cõtēplatur. Iob 24. Ad nimiũ calorē trāsiet ab aquis niuiũ. Ideo Iere.48. Maledictus qui facit opus dñi negligēter. Quinti oculi sunt puluerulēti, & sunt oculi auarorũ puluere terrenæ possessionis pleni. Ber. Sicut puluis iniectus oculis, sic est auaritia mēti. Gre. Mēs visibilibus dedita nõ potest videre inuisibia. O quot sunt tales, qui excęcātur auaritia. Eccl.20. Xenia & dona excęcāt oculos iudicũ: licet sint cæci in spiritualib⁹, vidētur tamē sibi prudētissimi. Apoc.3. Dicis quia diues sum & locupletat⁹, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, miserabilis, & pauper, & cęcus, & nudus: miser in vita, pauper in bonis operib⁹, nudus

virtut

virtutibus,cæcus ſpirituali cognitione priuatus. Sexti ſunt oculi lippiẽtes ex nimiis humorib⁹,& ſunt guloſi.Iuuenal.

Sunt quibus in ſolo eſt viuẽdi cura p[a]lato. Illorũ oculi ad eſcam contẽplantur.Phil.3.Quorum Deus vẽter eſt.Hug.lib.2.de clauſtro animæ: Tẽplum eſt coquina,altare mẽſa, miniſtri coci,immolatio cibi cocti,aſſati fumus incẽſorũ odor ſapo rũ.De talib⁹ Pro.23.Cui væ,cuius patri væ,cui rixę,cui foueæ,cui ſine cauſa vulnera,cui ſuffuſio oculorũ?Nõne his, qui cõmorantur in vino & ſtudẽt calicibus epotãdis? Septimi oculi ſunt putrefacti ſanie,i.maculati,hoc eſt,luxurioſi,& figurãtur per cæcitatẽ Tobię,Tob.2.ex nido hirũdinũ dormiẽti illi callida ſtercora inciderunt ſuper oculos eius, fierétq; cæcus.Eccle. 9.Auerte faciẽ tuã à muliere compta. Gre.Luxuria hebetat ſenſum,obſcurat intellectũ.Pſ.57.Supercecidit ignis cõcupiſcẽtiæ & nõ viderũt ſolẽ, ſ.iuſtitiæ. Voluptas carnis eſt maximũ impedimẽtũ ſalutis.Apoc.22. Foris canes & venefici & impudici.1.Corin.6.Fornicarij & adulteri regnũ Dei nõ poſſidebũt.Aug.O quã parua eſt cõcubitus hora , pro qua perditur vita æterna. Ideo ab his omnibus oportet hominẽ purgari p cõfeſſionẽ.Eccl.17.Nõ demoreris in errore impiorũ.ante mortẽ cõfitere.A mortuo quaſi nihil perit cõfeſſio. Cõfiteberis viuẽs, viuus & ſanus cõfiteberis,& laudabis Deũ,& gloriaberis in miſerationibus eius.Sed poſt purgationẽ ſequitur viſio. ¶ Sed di.Quæ ſunt illa quę ſunt vidẽda ſpiritualib.oculis?Reſp.quod quatuor ſunt.Primò,ſeipſum in malis peccatorũ,Ier.2.Leua oculos tuos in directũ,&c.Hęc viſio eſt homini valdè neceſſaria,quia di.Sen.Qui ſe nõ videt,nihil bene videt.Ideo 2. Io.1.Videte voſmetipſos,ne perdatis quæ operati eſtis.Hãc viſionẽ ſui orabat B.Ber.di. Nõ det mihi Deus aliã viſionẽ niſi vt meipſũ videã.Dicit eñ Plato:Sũma philoſophia eſt ſuipſius notitia. Secũdò,debemus videre interiorib.oculis defectus proximorũ,vt cõpatiamur,& non iudicemus, nec deſpiciam⁹.Vnde Luc.6.Quid vides feſtucã in oculo fratris tui,trabẽ autẽ quæ in oculo tuo eſt,nõ cõſideras?Nã proximus nõ eſt iudicãdus,ſicut nec deſpiciẽdus.Mat.18. Videte ne cõtẽnatis vnũ ex puſillis iſtis.Sed magis cõdolere & ſub uenire debem⁹ defectui ꝓximorũ.1.Io.3.Qui habuerit ſubſtantiã huius mundi,& viderit fratrẽ ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo:quomodo charitas dei manet in eo?Tertiò,videre debemus cumulum beneficiorũ Dei,ſ.

cum

cum gratiarũ actione. Vnde Luc. vlt. Videte manus meas & pedes meos, ſ. quomodo crucifixus ſum: dicẽdo illud Tob. 12. Quid dignũ poterit eſſe beneficiis eius? Nos duxit & reduxit, bonis omnibus per eũ repleti ſumus. Idcirco meritò grati eſſe debemus, vt di. Ber. Nihil poſſumus Deo ꝓ beneficiis referre, quàm gratias agere. Quartò, videre debemus oculis mẽtis regnũ cęlorũ & ſtatũ beatorũ cũ deſiderij inflãmatione, vt figuratur Num. 13. Aſcẽdite per meridionalẽ plagã, i. ad Dei benignitatẽ, & cùm veneritis ad mõtes, i. ad altitudinẽ diuinæ contẽplationis, cõſiderate terram, qualis ſit ipſa terra viuentiũ: vbi nullũ latebit bonũ, nullũ aderit malũ. Nã ſi homo veniẽs in alienã prouinciã per breue tẽporis ſpaciũ diligenter quærit de conſuetudine terræ, & de morib⁹ hominũ: multò magis cogitatione noſtra debemus eſſe in æterna patria, vbi nõ ad breue tẽporis ſpacium, ſed æternaliter manebimus. Ideo Ezech. 44. Fili hominis pone cor tuũ in viis tẽpli per omnes exitus ſanctuarij. Nã ibi videbitur Deus deorum in Sion, ſ. in ęterna ſpeculatione. De qua dicit Aug. Videbimus eũ ſine medio, amabim⁹ ſine modo: Dico vobis cohærebimus ſine termino. *Vnde dicit, quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & nõ viderũt.* Luc. 10 ¶ Reuera multi reges de ſanctis patrib⁹ veteris teſtamẽti toto corde deſiderauerũt aduentũ Chriſti in carne, vt viderẽt redemptionẽ humani generis in humana natura. Hoc rex Dauid deſiderauit, dicẽs Pſal. 143. Domine incli na cęlos tuos & deſcende. Pſal. 79. Oſtẽde faciẽ tuã & ſalui erimus. Itẽ Salomon rex Hieruſalem valde deſiderauit videre Chriſtum ſpõſum animarũ. Cant. 2. Oſtende mihi faciẽ tuã: ſonet vox tua in aurib⁹ meis, &c. Itẽ Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortũ ſuũ. Et Can. 8. Quis mihi det te fratrẽ meũ, ſ. Ieſum Chriſtũ ſugentẽ vbera matris meæ, ſ. virginis Mariæ? Item multi prophetæ deſiderauerũt Chriſtũ videre in humanitate. Iſaias enim præ deſiderio clamauit, c. 64. Vtinã dirũperes cęlos & deſcẽderes. Itẽ c. 18. Emitte agnũ tuum dñe, dominatorẽ terrę de petra deſerti, ad mõtẽ filiæ Siõ. Et quidẽ nobis, in quos fines ſeculorũ deuenerũt, neceſſarius fuit Chriſti aduentus. Nemo enim reperitur in nobis, qui nõ interim & conſilij & auxilij & præſidij indignus videatur. Nimirũ generalis eſt humano generi miſeria triplex, & quotquot degimus in regione vmbræ mortis in infirmitate corporis, in loco tentationis, ſi diligenter aduer

aduertim⁹, triplici hoc incõmodo miserabiliter laboram⁹. Nã & faciles sumus ad seducẽdũ, & debiles ad operãdũ, & fragiles ad resistendũ. Si discernere volumus inter bonũ & malũ, decipimur: si conamur facere bonũ, deficimus: si volumus resistere malo, deiicimur & superamur. Necessarius proinde Saluatoris aduẽtus, necessari⁹ sic præoccupatis hominibus præsentia Christi. Atq; vtinã sic veniat, vt copiosissima dignatione sua & in nobis per fidẽ habitãs illuminet cæcitatẽ nostrã & nobiscũ manẽs adiuuet infirmitatẽ nostrã & ꝑ nobis stãs fragilitatẽ nostram protegat & ꝓpugnet. Si enim ille in nobis, quis iã decipiat nos? Si ille nobiscũ, quid de cætero nõ possumus in eo qui confortat nos? Si ille pro nobis, quis contra nos? Fidelis cõsiliarius est, qui nec fallit omnino nec fallere queat. Fortis auxiliarius, q̃ nõ lassescat. Patronus efficax, q̃ & ipsum Satanã sub pedibus nostris velociter cõterat, & omnia eius machinamẽta cõfringat. Nimirũ ipse est Dei sapiẽtia cui semper in prõptu sit instruere ignorãtes, ipsa dei virtus cui facile sit & deficiẽtes reficere, & eripere periclitãtes. Ad hũc ergo tantũ eruditorẽ fratres mei in omni deliberatione curramus. Hũc tã strenuũ adiutorẽ in omni operatione inuocemus. Huic tã fido ꝓpugnatori in omni colluctatiõe cõmittamus animas nostras, q̃ ad hoc ipsum venit in mũdũ, vt habitãs in hominibus, cũ hominibus, ꝓ hominibus, tenebras nostras illuminaret, labores leuaret, & pericula ꝓpulsaret. Itẽ alius ꝓpheta Abac. c. 2. Veniẽs veniet & nõ tardabit. Vnde etiã canit Ecclesia. Veni Dñe, noli tardare. Eccl. 36. Da mercedẽ sustinẽtibus te, vt ꝓphetæ tui fideles inueniãtur: sed illa prerogatio nõ est eis data, ꝙ vidissent Christũ in humanitate: sed tamẽ quanuis Christũ non viderent oculis corporeis, tamẽ oculis mentis perspexerũt per fidẽ formatã charitate. Nã dicit Aug. Sine fide nemo, i. nullus purus homo saluus factus est. Dicit eñ S. Tho. Sancti patres veteris testamẽti crediderunt hoc futurũ, quod nos credimus factũ, s. Christũ venturum in carne, passurũ & moriturũ, & in fide illius salui facti sunt, vbi iam Christum vident in duplici natura, s. diuinitatis & humanitatis in æterna gloria, vt de eis possit dici, *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Dico vobis quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt.*

¶ In quæ incõmoda homo inciderit simul atque per peccatũ primanæ innocentiæ perdidit dignitatẽ. Déq; vario affectu sacerdotis, leuitæ, & Sa-

maritani, erga semiuiuū à latronibus relictū. ENARRATIO II.

HOmo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones, &c Lu.10. ¶ In hac parabola quadruplex status hominū designatur, secundū quatuor tēpora, quæ fluxerunt à principio mundi vsq; ad finē, s. deuiationis, reuocationis, conciliationis, & peregrinationis. Tempus deuiationis fuit ab Adā vsq; ad Mosen, & Ro.5. Regnauit mors ab Adā vsq; ad Mosen. Secundum tempus reuocationis, & fuit à Mose vsque ad Christum, quia per legem, & prophetas à peccato Deus homines reuocauit. De quo Galat.3. Lex propter transgressionem posita est, s. vt transgressio cognosceretur, Ro.7. Peccatum non cognoui, nisi per legē. Nam concupiscentiam nesciebam esse peccatū, nisi lex diceret, Nō concupisces. Tertiū, tempus reconciliationis fuit à natiuitate Christi vsq; ad missionem spiritussancti, quia per ea quæ Christus gessit in carne, reconciliauit nos Deo patri, Io.1. Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est, Ro.5. Recōciliati sumus Deo per mortē filij eius. & Ro.8. Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, ꝙ sumus filij Dei. Quartum tempus, s. peregrinationis, est à missione spiritussancti vsque in diem iudicij, dum peregrinatur præsens Ecclesia in hac vita. Vnde 2. Cor.5. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Lyra, i. Separati sumus. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Primò, ergo innuitur status deuiationis, ibi: *Homo quidam descendebat, &c.* Secundò, reuocationis, ibi: *Accidit autem, vt quidam sacerdos.* Tertiò status reconciliationis, ibi: *Samaritanus autem, &c.* Quartò, peregrinationis, ibi: *Altera die, &c.* De primo dicit: *Homo quidam descendebat*, scilicet Adam, quia à gloria paradisi cecidit, & in exilium huius mundi venit: & non nominatur, quia dicit Simon de Cassia, Digni nominari nō sunt, qui se ad peccandum disponunt: quia de libro vitæ delentur, qui peccata perficiunt, Ps.68. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Quo enim nomine nuncupetur, qui creatori rebellare disponit? quo censebitur titulo, qui à Deo diuortium quærit? Simon de Cassia: Caret dignitate nominis, qui viuit lege tartarea. Ideo nomē perdidit dignitatis, s. vt filius Dei diceretur, quia in Hierusalem recessit: tenuisset enim hoc nomen, si stetisset. Iuxta illud Mat.5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: sic nos dicimur Christiani à Christo. Simō de Cassia: Dignum est

est vt illum imitemur, cuius nomine insignimur. Hoc nomen perdunt, qui eius moribus contradicunt. Sic & Adam dicitur quasi à Deo, & non nominatur. Ideo quia *descendebat ab Hierusalem*, id est, à visione pacis. Nam in statu innocentiæ triplicem habuimus pacem. Primò, temporalẽ, Baruch 3. Si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram: sed non Iob 9. Quis restituit ei & pacẽ habuit? quasi diceret, nullus. Secundò, spiritualem, Prou. 3. Omnes semitæ eius pacificæ. Sed iam non. De quo Psal. 37. Non est pax ossibus meis: &c. Et Isa. 48. Non est pax impiis, dicit Dominus, sed implebitur illud, Psal. 13. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Tertiò, pacem æternitatis, Phil. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Sed nunc non. De quo 2. Par. 15. Non erit pax egredienti nec ingredienti: & sic Adam descendebat ab Hierusalem in Iericho, id est, in mutabilitatem. ¶ Reuera mutabilis factus est. Considera eius priorẽ dignitatẽ in quatuor. Primò, creatus est indeceptibilis ratione. Secũdò, inalterabilis passiõe. Tertiò, immortalis duratione. Quartò, inæquiparabilis prælatiõe. Dico primò Adam creatus erat indeceptibilis ratione, Ge. 1. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & si. no. nõ in similitudine corporis, sed animę & potẽtiarũ eius, s. memorię, intellect⁹, volũtatis, & sunt potẽtiæ vnius substantiæ: sicut pater & filius & spiritusſ. Memoria erat tenax, intellectus perspicax, voluntas efficax: in memoria id quod voluit potuit nõ obliuisci, intellectus potẽs erat nõ decipi, volũtas potens erat nõ cõpelli nec inclinari. Nunc verò memoria facta est labilis, intellectus vmbratilis, volũtas instabilis. Idcirco Ge. 6. Adam vbi es, i. vbi memoria, volũtas & intelligẽtia? Et Iob 28. Vnde ergo sapiẽtia venit, & quis est locus intelligẽtię? Ecc. 7. Deus creauit hominẽ rectũ, & ipse se infinitis immiscuit quęstionib. Secũdò, creatus est homo inalterabilis passione tã innata quã illata. Perpetuabat enĩ eũ fructus ligni vitæ, nã potuisset non mori, vt dicit Magist. in 2. di. 19. non lædi, nõ pati, nõ turbari, nõ infirmare: nũc autẽ descẽdit ab Hierusalẽ, & impletũ est in eo illud Ps. 143. Homo vanitati similis factus, &c. Tertiò, creatus est immortalis duratiõe. Gen. 1. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Magister in 2. dist. 10. Id est vitã corpori dantem, sic ꝙ posset non mori, non infici, non

interfici:nihil enim amitteret,nisi Deũ perderet. Si eñ anima Deo subesset, semper corpori suo præesset:qa nõ fuisset pœna separationis,nisi præcessisset culpa trãsgressionis. Nũc verò descẽdit,Iob 14. Homo natus de muliere,&c. Nã scribitur,2.Reg.14. Oẽs morimur, & quasi aquæ dilabimur in terrã,& Heb.9. Statutum est omnibus hominibus semel mori. Quartò,creatus est inæquiparabilis prælatione, quia omnis creatura fuit creata ad sibi obsequendũ. De quo Ps. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. & Eccl.17. Deus dedit potestatẽ homini,eorũ,quæ sunt super terrã. Posuit timorẽ illius super omnẽ carnẽ. Sed nũc descendit. Vnde Aug. Nũc terrẽt te fortes feræ,vastant te bestiæ,infestant miseriç,insidiãtur vermiculi,inuadit homo hominẽ, vt conqueritur Salomõ,Eccl.8. Interdũ dominatur homo homini in malũ suũ. Vnde enim venit tam cõtumeliosa subiectio,nisi quia homo noluit subesse Deo? Ideo potest ei dici illud Ier.2. Leua oculos tuos & vide vbi nũc prostrata sis. ¶ Reuera homo descẽdit,sicut scribitur Ecc.40. Occupatio magna creata est omnibus hominib⁹, & graue iugũ super filios Adã à die exitus de vẽtre matris eorũ vsq; in diẽ sepulturæ. Et sic descendẽdo incidit in latrones,i. in miserias præsentis vitæ. Et notãtur hîc quinq; mala in quæ incidit homo p peccatũ. Primũ est amissio internæ quietis,quæ est quasi paradisus spiritualis. De quo Seneca: Nõ est maior huius mũdi lętitia,quã trãquilla cõscientia. Hanc homo perdidit. Secundũ malũ est defectus omniũ bonorum. Quod notatur ibi: *In Iericho*,quod interpretatur defectus,quia nunc omnibus indiget,& aliunde cum labore cogitur mendicare, vtpote victũ à terra,vestimentum ab animalibus, adminiculum à iumentis, iuxta illud poëticum Ouidij de arte Amandi,

Vestes quas geritis,sordida lana fuit.

Vnde increpat Dñs iactantiã diuitum huius mundi Apo. 3. Dicis, quia diues sum & locupletatus & nullius egeo, & nescis,quia tu es miser & miserabilis,pauper & cęcus & nudus. Seneca: Si quẽ verè vis æstimare nudũ,inspice patrimonium,honores,diuitias,& alia fortunæ bona, tunc verò nudus est. Tertiũ est,oppressio malorũ spirituũ. Quod notatur ibi: *Incidit in latrones*,i. in potestatẽ dæmonum per consensum proprium,Iob 19. Simul venerunt latrones eius,& fecerunt sibi viam per me, quia qui primum parentem inuaserunr, etiam totam posteritatem inuadunt. Et dicunt latrones à laten

latendo,propter inuisibilitatem nocturnã. Vnde Ps.9.Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.Itẽ,quia inuestigant occulta nostra.Vnde Abdias : Quomodo scrutati sunt Esau,inuestigauerũt abscõdita eius. Quartũ est,omissio gratuitorũ bonorũ, quod notatur ibi:*Qui etiã despoliauerũt eum*, s. vestimentis gratiæ & innocentiæ & immortalitatis, quæ tunc erant,s.posse non mori,quia modò nemo est, qui viuit & non videbit mortẽ,vt habetur Ps.88.& Thre.8. Manũ suã misit hostis ad omnia desiderabilia eius.Hinc est,ꝙ quærente domino Adam, nudũ se esse conqueritur, Gen.3. ❡Nam sicut ait Bern. Quatuor virtutibus fuit indutus in exordio suæ creationis.Prima fuit misericordia, quæ dirigebat eũ tãquàm pedagogus & seruabat vbiq;. Hãc amisit mulier,cùm exarsit in cõcupiscentia sua,vt nec sibi,nec viro,nec filiis parceret vniuersis.Similiter amisit Adam,cùm maiestati diuinæ mulierẽ obiecit,quasi post tergũ eius volens declinare sagittã, dic.Mulier dedit mihi & comedi.Secunda virtus fuit veritas,quæ tãquàm eruditor instruebat, vt in agnitionẽ summæ perduceret veritatis:hãc amisit mulier, cùm plus serpenti q̃ Deo credidit mendaciũ suadenti. Similiter & Adã vbi culpã erubuit confiteri. Tertia fuit iustitia,quæ regebat eũ,vt sapiens esset,ne faceret malũ.Hãc homo amisit,cùm Eua serpentis,Adã mulieris voci obediuit potius q̃ diuinæ.Quarta fuit pax, quæ fouebat & delectabat eum,cùm nec intus pugnæ,nec foris essent timores. Hanc homo amisit protinus,cùm peccauit,quia nõ est pax impiis,dicit dñs, Isa.48. Vnde statim fugerunt à facie dñi, quia legẽ sentiebant contrariã in mẽbris suis. Has itaque vestes recuperare nõ valuit,nisi Christus sua amitteret indumẽta. Sicut enĩ viuificari in anima nisi interueniẽte corporali morte non potuit , ita nec reuestiri sine spoliatione ipsius.Vnde & in quatuor partes dñi diuisa sunt vestimẽta. Vel latrones sunt vitia tanquam satellites magni latronis, quibus ille magnꝰ prædo tradidit hominẽ spoliandũ.Superbia nãq; abstulit homini palliũ humilitatis.De quo 3.Reg. 19.Operuit Elias vultũ suum pallio. Inuidia abstulit homini tunicã longanimitatis. De qua Gen.37. Feci ei tunicam polymitam. Auaritia abstulit ei bursam largitatis. De qua Eccl.17.Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso.Ira abstulit ei baltheũ fortitudinis.De quo Gene.49.Gad accinctus præliabitur ante eum.Acedia ei abstulit camisiam internæ

iucunditatis. De qua præcepit dñs Mosi, Exo.28. Vt faceres Aaron lineã strictã. Gula abstulit ei calceamenta de pedib. De quibus Exo.12. Calceaméta habebitis in pedib. Luxuria abstulit femoralia castitatis. De quibus Exo.28. Facies filiis Aaron feminalia linea, vt operiãt carnem turpitudinis suæ. Quintũ est vulneratio siue debilitatio bonorũ naturalium. Quod notatur ibi: *Et plagis impositis abierũt.* Homini nanq; nudo in quolibet membro facile potest vulnus infligi, dum vulnerata est anima in ratione per ignorantiã, in memoria per obliuionẽ, in voluntate per malitiã. Vnde Isa.1. Omne caput languidũ, s. à libero arbitrio quod torpet à bono: & omne cor mœrẽs, s. à ratione quæ hebes est ad omne consiliũ. A planta pedis vsq; ad verticẽ nõ est in eo sanitas, quia vbiq; feruet concupiscẽtiæ malum, vt non habeat in nobis iam noua plaga locũ. Eruerunt quoq; illi oculos intelligẽtiæ. Vnde Psal.37. Lumen oculorũ meorũ, &c. Præciderunt etiã aures obediẽtię, & nares discretionis. Iuxta illud Ezec. 63. Nasum tuũ & aures tuas præcidẽt. Mutilauerũt linguam diuinæ laudis. Ps.38. Obmutui & silui à bonis. Amputauerũt quoq; manus bonæ operationis & pedes stabilitatis. Iuxta illud Iudi. Septuaginta reges amputatis manuũ ac pedum summitatibus, colligebãt sub mensa mea ciborũ reliquias. Foderũt etiã latus fraternæ dilectionis, Ier.9. Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nõ habeat fiduciã. Vulneratus etiã est exterius in capite per superbiã, iuxta illud Ps.82. Qui oderũt te, extulerunt caput. In oculis p inuidiã, iuxta illud: Nusquã recta facies, sed videt ingratus, tabescitq; vidẽdo successus hominũ. Mat.20. An oculus tuus nequã est: q̃a ego bonus sum? Vnde Ber. Quid est inuidere, nisi malè videre? In dẽtib. per irã, Act.7. Stridebãt dẽtibus in eum, Ps.111. Peccator videbit & irascetur, &c. In corde per iniustitiã Eccl.25. Omnis plaga tristitia cordis est. In manibus per auaritiã. Mat.13. Ecce homo manũ habens aridã. In ventre per gulam. 1. Cor.6. Esca ventri, & venter escis, Deus autẽ & hunc & has destruet. Phil.3. Quorum Deus venter est. In renibus per luxuriam, Psal.37. Lũbi mei impleti sunt illusionibus. Thre.3. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. Quod autem abierũt, innuit ꝙ diabolus postquã vulnerauit hominẽ aliquo vitio, recedit ad tẽpus, vt inficiatur totus in eo, vt demum veniẽs liberius in aliud vitiũ trahat. Vnde Oseæ 7. Quieuit paululũ ciuitas à com-

mixtione fermenti,donec fermẽtaretur totum, & ita ꝙ aliquando cessat infestatio tentationis,& calliditas tẽtatoris, & non victoria hominis. Vnde Ier.17. Nolite decipere animas vestras,dicẽtes:Eũtes abibunt & recedẽt à nobis Chaldæi,quia nõ abibũt. Quod autem sequitur: *Abierũt semiuiuo relicto*,hoc est,cũ prius homo viueret vita,s. naturæ & gratiæ,nũc viuit tantũ post peccatũ vita naturæ. ¶ Sequitur de statu reuocationis,cũ dicitur: *Accidit autẽ vt sacerdos quidã,&c.* In sacerdote notatur lex siue minister legis : & in Leuita prophetæ,quia per legẽ & prophetas disposuit ad se Deus hominẽ reuocare.& specialiter sacerdos iste fuit Moses legislator,quasi sacer dux & sacra docẽs.De quo tria dicũtur: primũ est ꝙ *descendit eadem via*,s.ad defectũ nõ solùm pœnæ, sed etiã culpę.Isa.43.Interpretes tui præuaricati sunt in me. Vbi Gl.Moses & Aaron ad aquas cõtradictionis.Num.20. In quo notatur infirmitas legis, quæ lex vt dicitur Heb.7. Neminem ad perfectũ adduxit.Secundũ est, *quòd vidit illum*,i. fecit illum videre vulnera sua:& est modus locutionis, sicut Gen.22.Nunc cognoui ꝙ timeas dominũ.in quo notatur vtilitas legis,quanuis semiplena, quia & si nõ curaret, tamen ostendebat peccata & cohibebat ea.Rom.3.& 7.Per legem enim cognitio peccati.Et Gal.3. Conclusit scriptura omnia sub peccato.Tertiũ est, quod *citò preterijt*, in quo notatur breuitas obseruãtiæ legis.fuit enim vmbra siue figura futuræ veritatis.Heb.10. Vmbrã habet lex futurorũ bonorũ,nõ ipsam imaginem rerũ.Data enim fuit, vt dicit Amb. infirmis in pedagogũ,superbis in fręnũ,duris in flagellum, perfectis in signũ.Similiter & leuita,s. chorus prophetarũ, qui post Mosen venerunt, sauciatũ per peccatum viderunt, sed nullo impenso auxilio pertransierunt.¶ Sequitur de statu reconciliationis. *Samaritanus autẽ quidã iter faciens. &c.* Samaritanus interpretatur custos,& significat Christum, cui dicitur Isa.21.Custos qui de nocte?custos qui de nocte? Quasi dicerẽt peccatores ad eũ clamãtes,O Christe custos populi tui qui liberasti nos de nocte culpæ in primo aduentu per gratiam,cur nõ liberas nos de nocte pœnæ in secundo aduentu per gloriam?Et dixit custos,quia venit mane & nox: venit mane prosperitatis , & nox aduersitatis. Si quæritis me in aduersitate,quærite & in prosperitate,& conuertimini malum deserendo,& venite bonum operando.Et sic dicuntur sex hîc de Christo,Primũ est ꝙ *iter fecit*,quia in mũdo

per incarnationẽ: sicut ipse ait, Io.16. Exiui à patre & veni in mundum, Baruch 4. Post hæc in terris visus est, & cũ hominibus cõuersatus est. Et Ier.14. Quasi colonus futurus es in terra, s. de patria cœlesti descendens in peregrinationem huius seculi, & quasi viator declinãs ad manẽdũ, i. transiẽs de populo Iudæorũ ad populum Gentiũ. Secundũ est quòd *venit ad eum* & secus eũ per humanę passibilitatis assumptionem. Phil.2. In similitudinẽ hominũ factus. Vbi Ber. Hominum ait, nõ hominis: quia primus homo nec in carne peccati, nec in similitudine carnis peccati creatus est. Christus autẽ in vniuersali hominũ miseria profundius se immisit, ne subtilis ille diabolus magnũ pietatis deprehenderet sacramẽtum. Tertiũ est ꝙ *vidit eum* per cõpassionis effectum. Vnde ait Ezec.16. Transiẽs per te vidi te conculcatũ in sanguine tuo. Hinc etiã vulneratus clamauit ad eum, Thr.1. Vide domine & cõsidera, quomodo factus sum vilis. Quartò, *appropinquauit ad eum*, per passionis & mortis susceptionẽ. Psal.68. Veni in altitudinẽ maris, i. sponte ascendi patibulum crucis, vbi gustaui amaritudinem mortis, & tempestas demersit me, s. sæuitia & impetus Iudæorũ, ad similitudinẽ Ionæ, quẽ cetus absorbuit, sed tertia die euomuit. Ionæ 2. Quintò, *alligauit vulnera eius*, per sacramentorũ appositionem, quib. quasi quibusdã fasciis peccatorũ vulnera cohibẽtur. Isa.30. Alligauit dñs vulnera populi sui, & percussurã plagæ eius sanauit. Eccl.6. Vincula illius alligatura salutis infundẽs oleũ & vinũ. In oleo significatur misericordia, quę generat spẽ: in vino iustitia, quę cognoscit timorẽ, & iustè vtrũque cõiungitur, ne spes degeneret in præsumptionẽ, vel timor declinet in desperationẽ. Ps.24. Dulcis & rectus dñs. Sed oleũ præfertur & superfertur vino, quia misericordia superexaltat iudiciũ. Iac.2. Postponitur vinum, quia timor cõseruatiuus est omniũ. Eccl.22. Si nõ in timore domini tenueris te instãter citò subuertetur domus tua. Ber. Infudit oleũ meis visceribus, infudit & vinũ, sed minus q̃ oleum. Sic nempe cõgruebat meis infirmitatibus, vt misericordia superexaltaret iudiciũ: quemadmodũ vino oleum superfertur. Sextò *imponẽs illum in iumentũ suũ duxit in stabulũ & curã eius egit*, & hoc iumentũ fuit corpus ipsius: vnde dicit ad patrẽ, Ps.72. Vt iumentum factus sum apud te. Quia sicut dicitur 1.Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ, quia in nobis à plãta pedis vsq; ad verticẽ nõ erat sanitas.

nitas.totũ enim corpus proprium flagellis,spinis, clauis & lancea vulnerari permisit: vt sic liuorẽ,vulnera vulneribus pius medicus propulsaret. Stabulũ est Ecclesia,in qua reficiũtur animalia mãsueta.Vnde Ps.67.Animalia tua habitabunt in ea.Sequitur de statu peregrinationis, *Et altera die*, s. post resurrectionẽ,s.in die gloriæ,post diẽ miseriæ,quia nõ volebat diutius in terra morari,cùm oportuit eũ ad patrem redire,cõsummato nostræ redemptionis opere, *protulit duos denarios*,i.duo testamẽta,*& dedit stabulario: & ait,curã illius habe*, quia Apostolis & eorũ successorib.claues cõcessit, cùm ait Io.20.Accipite spiritũ sanctum,quorum remiseritis peccata,&c.Vbi di.Gl.Quòd duæ claues sunt,s.discretio & potestas ligãdi & soluẽdi.Has ministri Ecclesiæ debẽt exercere circa curã sauciati,s.peccatoris ad Deũ cõuersi, discretè iudicãdo diuersitates & circũstantias peccatorũ.Sicut dicitur Eccl.25.Omnẽ plagã & nõ plagam videbit cordis,i.discernet inter mortale & nõ mortale:& omnẽ nequitiam & non nequitiã mulieris, i.discernet inter veniale & nõ veniale, q̃a ex humana fragilitate procedit,& omnẽ obductũ & non obductũ audientiũ,i.discernet inter verè & simulatoriè pœnitẽtes.& omnẽ vindictã & nõ vindictã inimicorũ,i.discernet cui leuis sit pœnitẽtia iniungenda. Et notandũ ꝙ primò agit Deus curã peccatoris culpã remouẽdo.Deinde per ministros absoluẽdo & pœnitentiã imponendo.Vnde Io.11. s͞pe per se Lazarũ suscitauit, deinde discipulis soluendum cõmisit,di.Soluite eũ,& sinite abire.In quo patet, ꝙ inutiliter exhibetur cura ministri, nisi præueniat cura Dei. Vnde Greg.Si discipuli Lazarũ mortuũ soluerent,fœtentẽ magis ostenderẽt quàm viuentẽ:Debent etiã supererogare,id est, super bonã vitam & rectam doctrinã,ad quæ tenentur,opera cõsiliorum addere,sicut Apostolus qui etiã à licitis abstinebat,dicens,1.Cor.10.Omnia mihi licent, sed non omnia expediũt:talibus reddet dñs mercedẽ laborum cùm redierit,di.Euge serue bone & fidelis,quia in pauca fuisti,&c.

¶ *Dominica XIIII. post Trinitatem.*

A peccato mortali,per lepram multis de causis designato,quomodo purganda sit anima. ENARRATIO I.

N*Onne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuẽtus qui rediret et daret gloriã Deo,nisi hic alienigena.* Lucæ 17.¶In summa Euangelij duo innuuntur. Primò supplicatio leprosorũ pro corporis sanitate. Secundò subiungitur exauditio eo-

rum ex mera pietate. Primũ patet in principio. Secundum ibi: *Quos vt vidit dixit, Ite & ostendite vos sacerdotibus.* De primo dicit, *In illo tẽpore,* s. feria sexta ante Palmarũ, cùm dominus post suscitationẽ Lazari vltimo proficisceretur in Hierusalem. De quo dicit: *Dum iret Iesus in Hierusalẽ, ambulabat per mediam Samariam & Galileam.* Glossa dicit: Samaria erat terra Gentiũ, Galilæa verò Iudæorũ. Transibat per mediũ vtriusque regionis ad designandũ ꝙ voluit pati pro duobus populis, s. pro Iudæis & Gentibus. De quo Rom. 8. Pro nobis omnibus tradidit illũ, Dicit S. Tho. Hoc est verum quò ad sufficientiã, non autẽ ad efficaciam. Dicit Theo. Voluit etiã ideo ire per medium vtriusq; regionis, ad designandum ꝙ voluit esse mediator qui vtrunq; cõiungeret. De quo Eph. 2. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnum & mediũ parietem maceriæ soluẽs inimicitias, vnius, s. populi ad alterum in carne sua. Tunc subdit: *Cùm ingrederetur quoddã castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.* Dicit Gl. Excludebantur de oppidis & vrbibus, quasi immundi, secundũ legem Mosi. Et tales simul habitabãt: sic hodie debet esse vt est approbatum à iure, & habetur de purificatione post partũ, c. cum dicat Apost. Vbi dicitur quòd leprosi debent simul habitare, à sanis separari, & propriã debẽt habere Ecclesiam, s. ne sani ab ipsis inficiantur. Hoc tamen modo, ꝙ vir sanus mulierẽ leprosam vel mulier sana virũ leprosum debita administratione & coniugali affectu nec defraudet, vt dicit Alex. tertius, & habetur de coniugio Lepro. peruenit. ¶ Moraliter: Per hos decẽ leprosos significãtur omnes in peccato mortali existẽtes. De quo Haymo: Lepra inuisibilis est, quando variis peccatis coinquinatur cõscientia. Nã sicut aliqua lepra est quæ facit cadere vngues & destruit digitos manuũ & pedũ, sic peccatũ mortale facit ineptos decẽ digitos, i. decem mãdata trãsgredi. De quo Amb. Peccatũ est trãsgressio legis diuinæ & cœlestiũ inobedientia mandatorũ. Et mortale peccatũ cõparatur lepræ multis de causis. Primò, quia faciẽ deturpat: secũdò vocem attenuat: tertiò si occultatur, crescit: quartò alios inficit: quintò à cõsortio separat. Primò, lepra faciẽ deturpat, s. cõscientię, & potest dici de eo illud Thr. 4. Quomodo obscuratũ est aurũ, mutatus est color optimus. Nã pulchritudinẽ quam Deus dederat, maculat & deturpat, & sic meritò posset sibi dici illud Ezec. 16. Abominabilem fecisti decorẽ tuum, ita vt impleatur illud Psal. 5.

Virum ſanguinũ & doloſum abominabitur dñs.Itaq; Deus non vult eos cognoſcere,dicẽdo eis illud Matt.25.Amẽ dico vobis,neſcio vos.Ratio,Pſal.15.& 52. Abominabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis. Secũdo,lepra vocẽ attenuat: ſic fit peccatoribus, vt dominus Deus vocẽ eorũ nõ accepter.Vnde Eccl.15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, neq; exaudiet eos,Iſa.1.Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiã vos,manus eñ veſtræ ſanguine plenæ ſunt,i. crimine peccatorũ.Pſ.65.Iniquitatẽ ſi aſpexi in corde meo, nõ exaudiet dñs. Io.6.Scimus, quia peccatores non exaudit,ſ.inquantũ peccatores,ſine cõtritione in malo propoſito perſeuerãtes.Tertiò,lepra ſi occultatur,creſcit:ſic peccatum dũ nõ abluitur, mox ſuo põdere ad aliud trahit. Vnde fit non ſolũ peccatũ,ſed etiã cauſa peccati:Nam dum cogitationi prauæ non reſiſtitur,deinde ſequitur delectatio,deinde conſenſus, poſt hoc opus malũ oritur,vt patet de Dauid,qui non refrænãs ſenſualitatẽ, vidit mulierẽ Berſabee ſe lauantẽ,& peruenit ad malam delectationem,deinde ad operationem adulterij,poſt hoc ad homicidiũ.Ideo Augu. Nullum peccatũ adeò paruum,quòd non creſcat neglectũ. Quartò,alios inficit lepra,quia eſt morbus contagioſus,& ſic peccatũ mortale.Vnde Eccl.13.Qui tetigerit picẽ,inquinabitur ab ea:& qui cõmunicauerit ſuperbo,induet ſuperbiam.Ideo Pro.1.Fili mi,ſi te lactauerint peccatores,ne acquieſcas eis:quia dicit Pſal.17.Cum ſancto ſanctus eris,& cum peruerſo peruerteris.Propter quod ſcribitur Num.16. Recedite à tabernaculis impiorũ,& nolite tangere quæ ad eos pertinẽt,ne inuoluamini in peccatis eorũ.Vnde 23.q.4. quiſquis dicitur. Quomodo incorruptus poteris permanere,qui corruptis ſociaris?quia habetur 40.diſt.clericus.Ad ſocietatem requiritur concordia morum:vnde Poëta:

De conſorte malo fit mens tua ſæpius ægra. Et 34.q.3.reſecandę. Reſecãdæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis eſt repellẽda,ne totius domus maſſa corpus & pecora ardeant, corrũpãtur,putreſcãt,intereãt.Quintò,lepra à cõſortio ſeparat. Vnde Leuit.13. Leproſus extra caſtra habitabit:& ſic peccatũ ſeparat à deo & ab angelis.Mat.13.Exibũt angeli & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ,ſicut primus angelus leproſus effectus ſeparat⁹ eſt ab angelis aliis mũdis,2.Pet.2. Si eñ peccãtib.angelis nõ pepercit.quãtò min⁹ homini impio?Sed dicet ei illud Iſa.26.Tollat impi⁹,ne videat gloriã

Dei,

Dei. Nā ſcribitur Apoc.12.Nō intrabit in eā aliquid coinquinatū,quia ipſe eſt cādor lucis æternæ & ſpeculū ſine macula dei maieſtatis,Sap.7.Idcirco oportet vt ſint mūdo corde qui deū videbūt.Mat 5.Si igitur maculati ſumus hac infirmitate,videlicet lepra mortalis peccati, videam' nūc de modo curatiōis & mūdationis quomodo debemus mūdari. Reſp.ad ſanādū leprā animæ quò ad hoc mēbrū ſex requirūtur. Primò,diuina illuminatio:ſecūdò,noſtræ voluntatis cū diuina cōfirmatio:tertiò,à peccatis ceſſatio:quartò,peccati vilitatis cōſideratio:quintò, cordis deuotio:ſextò,vocalis oratio.Dixi primò,ad ſanādā leprā animæ requiritur diuina illuminatio.Vnde Gre.16.Moral.Si lumē præueniētis gratię nos irradiaret, profectò mēs noſtra in peccatorū tenebris obſcura remaneret.Propter quod Apoſt.mutat' de perſecutore in prędicatorē dixit 1.Cor.15.Gratia dei ſum id quod ſum.Nā ſecūdū Aug.Sine gratia dei nec infantes nec ætate grādes ſaluari poſsūt.Ideo Saluator di.Io.15.Sine me nihil poteſtis facere:ideo oportet ad ſanādū leprā animę ꝙ Ieſus ingrediatur caſtellū cordis noſtri ꝑ gratiā mouētē liberū arbitriū noſtrū & illuminātē tenebras cordis.Nā dicit Aug.Gratia eſt lumē animæ faciēs hominem peccatū ſuum agnoſcere. De quo Gre.Quātò quis maiorē gratiā recipit, tātò magis reprehēſibilē ſe cognoſcit & ad amorē inflāmatur.Vnde Chry.nulli dubiū,cū Chriſtus ingreditur cor peccatoris,& inuenit quod ſuū nō eſt,ſ.peccatū, deſtruit illud & plātat quod ſuū eſt,ſ.gratiā illuminātē per cordis cōtritionē. Ideo omnes qui peccauimus ſuper arenā maris, neceſſe habemus deſiderare hodie Chriſtū ingredi caſtellum cordis noſtris,& illuminare tenebras peccatorū per ſuā gratiā,& deſtruere ædificiū diaboli,i.peccata,& plantare ſalubrē pœnitentiā,dicendo illud Gen.24.Ingredere benedicte dñi,cur foris ſtas?Secūdò,requiritur noſtrę volūtatis cū diuina cōformatio.Nā dicit Damaſ.Animalia quæ ſunt liberi arbitrij, ſunt actuū ſuorū domini. Modò licet nos Deus illuminat per pręuenientē gratiā,tamen habemus liberum arbitriū illā inſpirationē ſuſcipere vel ſpernere,vt habetur de pœnit.di.2.Cæterùm. Liberi arbitrij nos cōdidit Deus, nec ad virtutē nec ad vitia neceſſitate trahimur : alioquin vbi neceſſitas nec corona eſt.Nā ſecundum Richar.Gratia habet ſe ad liberū arbitriū,ſicut ſeſſor ad equum, qui licet pūgat ipſum, ſi tamē nō vult ire,cadit ſub ipſo:& ſic homo

ſi non

ſi non vult liberũ arbitriũ cõformare Deo, manet in peccato. Sicut caput regit totũ corpus, ſic liberũ arbitrium opus. Ergo oportet liberũ arbitriũ conformari diuinæ voluntati. Aug. Sicut non poteſt corpus viuere niſi vniatur animæ, ſic nec anima niſi Deo cõiũgatur, i. cõformetur: & tãgitur ibi: *Occurrerũt ei*, ſ. ſe conformãdo inſpirationi. Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Augu. Sẽper præſtò eſt gratia, ſi nõ fuerit repulſa, ſ. reſiſtentia. Tertiò, requiritur à peccatis ceſſatio, & tãgitur ibi: *ſteterũt*: ſic peccator debet ſtare, i. à peccatis ceſſare. Eccl. 2. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ Dei, ſta, i. ceſſa à peccatis, vt dixit Ieſus paralyt. Io. 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, &c. Similiter Io. 8. dixit mulieri adulteræ, Vade, & iã amplius noli peccare. Nã qui nunquã ceſſat à peccatis, cõmittit blaſphemiã in ſpiritũ ſanctũ: cui, neq; in hoc mũdo neq; in futuro dñs remittet. Nã di. Aug. Qui ſemper plenus iniquitate, ſemper ſine charitate torquebitur ſine fine. Et Grego. Voluiſſent impij ſi potuiſſent ſine fine viuere, vt poſſent ſine fine peccare: ideo ad magnã iuſtitiã iudicis pertinet vt nunquã careat ſupplicio in futuro, qui nunquã voluit carere peccato in præſenti ſeculo: idcirco ſta, i. ceſſa, quia Deus nõ acceptat opera tua in peccatis peracta. Vnde Pius pa. de cõſ. diſt. 5. nihil. Nihil eñ prodeſt homini ieiunare, orare, & alia religionis bona agere, niſi mẽs ab iniquitate & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Quartò, requiritur peccati vilitatis cõſideratio, & notatur ibi: *ſteterũt à lõgè*, quia verecũdãtes de immũditia & ſic peccator debet conſiderare, q̃ immunda ſunt vitia ſuper omnẽ corporalẽ immunditiã: nã corporalis immũditia fœtet tantũ ad eos qui prope ſunt, immũditia autẽ ſpiritualis peccatorũ nõ tantũ fœtet ad angelos Dei circa nos, ſed vſque ad altiſſimi Dei aſpectum. Vnde Hug. Tolerabilior eſt canis putridus in cõſpectu hominũ, quã anima peccatoris in cõſpectu Dei & angelorũ. Hoc conſiderãs Seneca dixit: Si ſcirem deos ignoſcituros & homines ignoturos, adhuc peccare dedignarer, propter peccati vilitatẽ. Ideo Aug. de pœni. di. 1. quẽ pœnit. Qui per vos peccatis, per vos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa magnã habet partẽ remiſſionis, Richar. Quãtò erubeſcẽtia maior, tantò in oculis Dei clarior. Eccl. 4. Eſt cõfuſio adducẽs gloriã & gratiã. Nã ſecundũ Aug. Erubeſcẽtia de peccato magna eſt pœna: & facit hominẽ dignũ Dei miſericordia. Quintũ eſt cordis deuotio,

uotio,& tãgitur ibi, *Leuauerũt vocẽ*,ſ.per deuotionẽ in altum diuinę pietatis,ſic peccator clamare debet ad Deũ cũ deuotione humili.Nã deuotio eſt magn' clamor in aurib' Dei, ita quòd vſq; ad cœlũ protẽditur.Exod.14.Quid clamas ad me?Dictũ eſt Moſi,qui non clamauit,ſed cordis deuotione loquebatur. Similiter Anna,1. Reg. 1. Anna loquebatur in corde ſuo,tantũq; labia eius mouebãtur,& vox penitus nõ audiebatur.Aeſtimauit quoq; eã Heli temulentã.Dixítque ei,Vſquequo ebria eris?Digere pauliſper vinũ quo mades. Reſpondẽs Anna:Nequaquã,inquit, domine mi,nã mulier infelix nimis ego ſum, &c. Tunc Heli ait ei,Vade in pace, & Deus Iſrael det tibi petitionẽ tuam quã rogaſti eũ.Et factũ eſt poſt circulum dierũ cõcepit Anna & peperit,vocauítq; nomẽ eius Samuel, quia deuotio eſt feruida mẽtis in Deũ directio.Sic ille verè clamat ad Chriſtũ,quia toto deſiderio,& tãtò nũc quærit cœleſtia,quãtò prius terrena cõcupiuit.Hoc cõcupiuit Aug.dicẽs,O ſi poſſem excitare homines & excitari cum ipſis vt tales eſſemus amatores vitæ permanẽtis, quales homines mũdani amatores ſunt huius vitę fugiẽtis.Idcirco dicamus cũ Pſal.37.Dñe ante te omne deſideriũ meũ.Greg.Animæ verba ſunt deſideria,& Aug.Si lingua taceat,qui deſiderat corde clamat.Hug.Nõ clamor ſed amor ſonat in aure Dei.Sextũ eſt vocalis oratio & deuota ac feruẽs. O quã feruẽter deſiderabãt iſti decẽ leproſi mũdari à lepra corporali, multò magis peccatores à lepra ſpirituali,dicẽdo cũ Pſal.50. Cor mundũ crea in me Deus, &c.Nã pura oratio eſt peccatorũ purgatio.Matt.18. Serue nequam,omne debitũ,&c.Eccl.21.Fili peccaſti,nõ adiicias iterũ, ſed de priſtinis deprecare,vt tibi dimittãtur. Propter quod docet Iſidor.quoties homo tãgitur vitio,toties debet obſequi oratio.¶Sed di.Qualis fuit eorũ oratio? Reſp. primò fuit dulcis & põtẽtialis,ſecũdò humilis & obediẽtialis: tertiò mitis & ſpiritualis : quartò cõmunis ſiue generalis. Dico primo fuit dulcis, quia à dulci nomine incœperũt, de quo nomine Bern.Ieſus eſt mel in ore, iubilus in corde, & melos in aure.Itẽ fuit potẽtialis,quia ab eo potẽtiali nomine incœperũt orare,in quo oẽs debemus ſaluari.Ioel 2. Oĩs quicũnq; inuocauerit nomẽ dñi,ſaluus erit.Et Act.4. Non eſt aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus in quo oporteat nos ſaluari niſi in nomine Ieſu:in quo vt dicitur Philip.2. Flectitur omne genu,cœleſtiũ,terreſtriũ,& infernorũ.Nam
per

per potētiā huius nominis cōuersus est Dionysius ad fidē, sicut refert Magist.in hist.super Act.Apo.Contigit quēdam cæcū corā Paulo & Dionysio trāsire in Athenis.Dixit Dio. Paulo:Si dixeris in nomine Iesu vide,& si viderit,ego credā statim:sed ne vtaris magicis verbis,ego scribā tibi formam verborū in hac forma,In nomine Iesu Christi nati de virgine,crucifixi,mortui,qui resurrexit, & ascēdit in cœlū, vide.Cui Paulus,Vt suspitio tollatur, dic p te ista verba & videbit.Quo facto,qui fuerat cæcus vidit,& Diony.cōuersus est.Ecce potētia huius nominis.Secundò,oratio eorum fuit humilis & obediētialis,& notatur ibi:*Præceptor,*volētes ei obedire,qa cognouerūt potestatē diuinitatis. Et sic nos, Psal.36.Subditus esto dño,& ora eū. Chrys.Quid postulas quod promisit,si nō facis quod præcepit?Dicit em̄ Aug.Citius auditur vna oratio obediētis,q̄ decē milia cōtēptoris. Gre.in Moral.Obediētia victimis iure præponitur:quia per victimas aliena caro,per obediētiā propria volūtas mactatur.Hebr.13.Obedite præpositis vestris. Greg.Si obediētes fueritis præpositis,Deus obediet orationib.vestris. Eccl.15. Oratio humiliātis se,nubes penetrabit.Tertiò,fuit mitis & spiritualis,& tāgitur ibi:*Miserere,*quia nō petiuerūt pecuniā vt alij,sed Dei misericordiā & virtutē,q.d.nō spreuisti Mariā lachrymantē,non Chananæā supplicantē,nec publicanum,nec Matthęū in theloneo sedentē,quia tu es fons pietatis,qui dixisti Mat.11. Venite ad me omnes q laboratis & onerati estis,& ego reficiā vos.Et tu venisti medicus de cęlo,dicēs,Mat.2. Non est opus valētibus medicus,sed malè habētibus.Idcirco *miserere nostri.* Quartò,oratio eorū fuit generalis,& tāgitur ibi,*Nostri.*Ecce vnitas orationis,quia pro omnibus simul orauerūt,non dicunt mihi,sed *nostri:*sic homo in generali nō debet tantū pro amicis,sed etiā pro inimicis orare.Matth.Orate pro persequētibus,& calūniantibus vos:& nō tantū pro se,sed etiā pro aliis,1.Pet.3.Vnanimes estote in orationē. Chry.Pro se orare est necessitas,pro alio fraternitatis charitas:sed dulcius est ante Deum orare ex charitate,q̄ ex necessitate.Philosoph.Bonū quātò cōmunius,tātò diuinius.Ideo Iac.5.Orate pro inuicē,vt saluemini.¶Dixi.Secūdò subiungitur,exauditio eorū ex mera pietate,ibi.*Quos vt vidit,*oculo,s.misericordiæ:*dixit eis:Ite & ostendite vos sacerdotibus.* Sed dic. Quare eos fecit sacerdotibus ostendi? Respondetur , quòd quadruplici de causa. Primò,

mò,ne Iudæi eum trãſgreſſorẽ legis iudicarent, quia ſcriptũ eſt Leuit.13. Plaga lepræ ſi fuerit in homine,adducetur ad ſacerdotẽ, & videbit eũ:ſed Chriſtus nõ venit legẽ ſoluere,ſed adimplere, Mat.5. Ideo iſtos leproſos iubet ad ſacerdotes ire,vt ipſi experiãtur ſi eſsẽt mũdati an nõ.Et etiã poſtq̃ mũdati erãt, vt pro eis offerrẽt ſacrificiũ,vt erat ordinatũ in lege.Iuxta illud quod Saluator dicit Matt.8.Vade,inquit,& oſtẽde te ſacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moſes,in teſtimoniũ illis.Secũdò,vt ſacerdotes cogerẽtur laudare miraculũ, & vt Chriſtus oſtenderet ſe eſſe maioris virtutis,quàm lex,in eo ꝙ mundauit leprã,quã lex & ſacerdotes mũdare nõ poterãt.Tertiò,vt ſacerdotes honorare doceret,iuxta illud Eccl.7. Honora Deũ,& honorifica ſacerdotes,& purga te cum brachiis, da eis partẽ ſicut mandatũ eſt tibi:nã Chriſtus hoc fecit,11.q.1.ſacerdotibus. Quid igitur mirũ, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorẽ tribuẽs,eos aut angelos aut deos ipſe etiã appellat Deus? ſic & nos eos honorare debemus,quia dic.Apoſt.1.Tim.5. Qui bene præſunt preſbyteri duplici honore digni habeãtur. Nã habetur 13.di.dñs.Dominus noſter Ieſus Chriſtus rex & iudex & Deus noſter vſque ad paſſionis diẽ ſeruauit honorẽ pontificibus & ſacerdotibus,quãuis illi nec timorẽ Dei,nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Quartò, miſit leproſos ad ſacerdotes, nobis in exẽplum vt leprã peccati deberemus eis oſtendere in confeſſione. Quia dicit Simon de Caſſia: Cùm Deus factus eſt homo,inſtituit vt homini notificarentur peccata loco Dei. Propter quod dicit Ambr.de pœn.diſt.1.nõ poteſt. Nõ poteſt quiſquã à peccato iuſtificari, niſi peccatum fuerit ante cõfeſſus:nã ſola cõtritio nõ ſufficit, ſi cõfeſſio cõtẽnitur & haberi poteſt.Ideirco cõfeſſio hîc figuratur,ſed Io.9.Inſtituitur,cũ dixit Saluator:Accipite ſpiritũ ſanctũ,quorũ,&c. Ideo Ecc.4.Pro aĩa tua ne cõfundaris dicere verũ.Eſt enim cõfuſio adducens peccatũ,& eſt cõfuſio adducens gloriã & gratiã.Ideo humilia preſbytero animã tuã,vt in eod.ca.habetur.Deinde ſubdit: *Dum irent,mundati ſunt*,ſ.ex obedientia & fide. *Vnus autẽ ex illis,vt vidit,quia mundatus eſt,regreſſus eſt*,ſ.memor beneficij, *cum magna voce*, i. magno deſiderio *magnificans Deum:& cecidit in faciẽ ante pedes eius gratias agẽs*,& potuit dicere cum Pſalm.68. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. *Et hic erat Samaritanus*, qui gratias

egit

egit nõ solùm de mũdatione, sed etiã de plagatione. Nobis in exẽplum, ꝙ in prosperis & in aduersis gratias agere debemus. Nam scribitur Eccl. 7. Melior est ira risu, i. plus placet Deo gratiarũ actio in aduersitate, q̃ prosperitate. Sic fecit Iob 2. Si bona suscepimus de manu dñi, mala autẽ quare nõ sustineamus? Et c. 1. Dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit ita factũ est, sit nomen domini benedictũ. Dicamus igitur cũ Ps. 33. Benedicam Dñm in omni tempore, s. prosperis & aduersis, sic fecit Gre. vt habetur in can. 21. q. 5. Si episcoporũ: Sed ꝙ episcopi mei me despiciant, & cõtra me refugium ad seculares iudices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. ❡ Tunc subdit ingratorũ reprehensionẽ dicens, *Respondens Iesus dixit, Nónne decẽ mundati sunt, & nouem vbi sunt?* s. quòd non referunt grates, *non est inuentus qui rediret & daret gloriã Deo nisi hic alienigena.* In hoc fuerunt valdè reprehensibiles illi nouẽ, qui Israëlitæ. De quorũ populo erat Iesus, ꝙ recepissent ab eo beneficiũ, & non sunt ei regratiati. Et præfigurabat ꝙ Gentiles futuri Christiani deberent esse grati Christo de mundatione lepræ peccati facta per eius passionẽ, & Iudæi ingrati, vt impleretur illud, Ps. 59. Mihi alienigenæ subditi sunt. ❡ Pro quo sciendum, ꝙ peccatum ingratitudinis multùm displicet Deo. De quo Ber. super Can. Nil ita displicet Deo sicut ingratitudo. Nam ingratitudo est inimica animæ, exterminatio meritorum, dispersio virtutum, perditio beneficiorum siccans fontem pietatis. Ideo Hugo de sacramentis, parte 2. Quantò maior gratia datur, tantò nequior ingratitudo probatur. Ideo Apost. 1. Thess. 5. In omnibus gratias agite. Et ad gratiarum actiones inducunt nos tria. Primũ est sacra scriptura. Tob. 4. Omni tẽpore benedic. Deum. Quia dicit Aug. Verè felix esset, qui diuinæ laudi semper insistere posset. Secundum incitans nos ad gratiarum actionem est omnis creatura, superiores, vt angeli. De quibus Apoc. 4. Non cessant die ac nocte clamare, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Item mediæ creaturæ. De quibus Dan. 3. Benedicite omnia opera domini domino, benedicite mõtes & colles domino, benedicite vniuersa germinantia, &c. Nam creaturæ benedicunt in hoc dominum, ꝙ tenent cursum & motũ eorum, terra fructus fert, arbores in altum ferendo. Sed heu peccator obticet laudem Dei. 2. Tim. 3. Erunt in nouissimis diebus homines seipsos amantes, ingrati, &c. Vt impleretur

illud Ps.105.Obliti sunt deũ,qui saluauit eos.Gre.de talib⁹, Mirũ est,ꝙ homo Deũ non semper laudat,cùm omnis creatura ad deũ laudandũ semper inuitat. Tertiũ incitans nos ad gratiarũ actionẽ,est nostra propria natura.Nam deus in corpore humano,tot dedit mẽbra (vt dicunt Physici) quot sunt dies in anno, vt ex hoc ratiõali instituto informemur, ꝙ nulla dies transeat sine laude diuina.Ergo cũ quis mẽbra cõspicit,recordari debet dei,&studeat gratias agere ei.Ideo Col.3.Omne quodcũq; facitis in verbo aut in opere,&c.gratias agẽtes Deo & patri ꝑ ipsum.Sic homo posset mereri in omnibus actibus suis,ꝙ fecit quidã frater monach⁹ Cisterciẽsis,cuius virtute multi saluabãtur infirmi,maximè ex cõtactu vestimẽtorũ eius. Qui cùm interrogaretur ab abbate quæ esset virtus miraculorũ,respõdit,nõ præ cæteris fratribus laboro,ieiuno, vel oro,sed vnũ scio, ꝙ extollere me nõ potest prosperitas,nec frãgere aduersitas. Cui abbas,Nõ te turbat,ꝙ miles quidã nuper prædatus est nostrã grãgiã?respõdit:Non.totũ enim Deo cõmitto.Si modicũ habeo, cũ gratiarũ actione recipio:si multũ,iterũ gratias ago. Et cognouit abbas,ꝙ virtus tantorum miraculorum esset amor Dei,& patientia in aduersis,& contemptus rerum.

¶ *Dominica decimaquinta post Trinitatem.*

De seruitio Dei.cur videlicet ac quomodo teneatur homo Deo seruire.

ENARRATIO I.

P*Rimùm quærite regnũ Dei,&c.*Mat.6.¶In summa Euangelij duo innuũtur.Primò innuitur, ꝙ vni dño seruitium est impendendũ:secundò, subiungitur ꝙ à superflua solicitudine tẽporaliũ est abstinendũ.Primùm patet in principio. Secundũ ibi:*Nolite soliciti esse.* De primo di. *Nemo potest duobus dominis seruire,*s.sibiinuicẽ contrariantibus. Quia dicit Arist. 9.Meta.Contraria simul stare non possunt, vt sunt Deus & mundus,spiritus & caro,deus & diabolus.Primò,nemo potest seruire his duobus dominis deo & mundo, quia sunt contrarij.Iac.4.Adulteri nescitis,quia amicitia huius mundi inimica est Dei?Quicũq; ergo voluerit amicus esse seculi huius,inimicus dei constituitur.Ratio,quia tales quærũt complacentiam hominũ,iuxta illud Ioã.15. Mundus quod suũ est diligit.Et de talibus dicit Ps.52. Qui hominibus placent confusi sunt,quoniã Deus spreuit eos.Hos considerãs Apost.Gal.1.dixit,Si adhuc hominibus placerẽ,Christi seruus non essem.Secundò nemo potest duobus dominis seruire,

uire, videlicet ſpiritui & carni. De quo Apoſt. Ro. 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Quia deus ſpiritus eſt & caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, Gal. 5. Nã caro eſt animalis, & animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. 1. Cor. 2. Tertiò, nemo poteſt duobus dominis ſeruire, deo & diabolo, vt 2. Cor. 6. Quę conuẽtio Chriſti ad Belial? lucis ad tenebras? Quia voluntates illorũ dominorũ contrariæ ſunt in multis. Primò, deus vult ſibi ſeruiri in ſapiẽtiæ claritate, 1. Timo. 6. Lucẽ inhabitat inacceſſibilem. Propter quod dicitur Pro. 14. Acceptus eſt regi miniſter intelligens, nã neminem diligit deus niſi qui cũ ſua ſapientia inhabitat. Sap. 7. In oppoſitũ verò diabolus odit lucẽ, & vult, vt ſibi ſeruiatur in tenebris peccatorũ. A quibus Saluator nos reuocat, Io. 12. Ambulate dum lucẽ habetis, ne tenebræ vos cõprehendant, ſ. peccatorũ. De quibus Rom. 13. Abiiciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. ¶ Secũdò, ſunt cõtrarij in hoc, quia deus vult habere ſeruitiũ in cõſcientiæ puritate. Iuxta illud Pſ. 110. Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit. In oppoſitũ verò diabol' in ſpurcitia, vt habetur Mat. 8. Vbi dæmones petierunt ſe mitti in porcos. Chryſ. Porci ſunt qui cœnoſæ libidini ſeruiunt, in his delectãtur, deus verò in mũdis cordibus. Vnde Cant. 6. Dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia, i. pura corda. Ideo Apoſt. 1. Theſſ. 4. Hæc volũtas dei ſanctificatio veſtra. ¶ Tertiò, deus vult habere ſeruitiũ in vera humilitate, iuxta illud Lu. 17. Cũ feceritis omnia quæ præcepta ſunt, dicite: Inutiles ſerui ſumus, i. humiliate vos non exaltantes. Nã dicit Pſ. 100. Non habitabit in medio domus meę, qui facit ſuperbiã. Propter quod Chriſtus docuit nos humilitatẽ. Mat. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Vbi Aug. Non dicit, diſcite à me mundũ fabricare aut mortuos ſuſcitare, ſed q́a mitis ſum & humilis corde, vt ſuos ſeruitores ducat ad ęternã exaltationẽ ꝑ humilitatẽ. Iuxta illud Lu. 18 Qui ſe humiliat exaltabitur. In oppoſitũ verò diabol' vult habere ſeruitiũ in ſuperbia & elatione, Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ: nã ipſe dixit Iſa. 14. Exaltabo ſoliũ meũ, & ſimilis ero altiſ. Et ſic inſtigat diſcipulos ſuos ad honores & prælaturas anhelare vt præcipitet. Ideo Gre. 22. Mo. Cõſideret homo elatus quid in terra meretur, ſi pręclarus angel' in profundũ inferni ſternitur. Ideo ſicut dñi ſunt contrarij, ſic & ſerui, quia di. Aug. Superbia deo odibilis, &

diabolo similis. Propterea ꝙ superbi displicent Deo, iuxta illud Iud.9. Nec superbi ab initio placuerūt tibi. ¶ Quartò, Deus & diabolus sunt contrarij, in hoc quia Deus vult habere seruos cōcordes in charitate, 2. Ti.2. Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad oēs. Nā dicit Apo. 1.Cor.12. Si quis videtur cōtentiosus esse, nos talē cōsuetudinē nō habemus. Nā Deus vult suos habere concordes & vnanimes. De quo Psal.67. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo, s. in inferiori & superiori. Vnde Iob 25. Qui facit cōcordiā in sublimibus suis. In oppositū verò diabol⁹ diligit discordiā, Lu.11. Qui non colligit mecūm, dispergit. Quintò, sunt contrarij, quia Deus vult habere seruos suos omni tēpore. Lu.1. Seruiamus illi in sanctitate & iustitia corā ipso omnib. dieb. nostris, ipse diabol⁹ etiā vult habere seruos omni tempore, iuxta illud Ier.16. Seruietis diis alienis die ac nocte, qui nō dabunt vobis requiē: & sic non est mediū, qa quilibet vult sibi seruiri omni tēpore, ꝓpter quod his duobus dominis non est simul & semel seruiendū. Ideo subdit in textu: *Aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget, aut vnū sustinebit, & alterū contēnet.* Dicit Glos. Duo videtur seruiētiū tāgere genera, quidā enim seruiunt liberaliter ex amore, quidā verò seruiliter ex timore. Si enim aliquis ex amore seruiat vni dn̄o, ille ita eū diligit ꝙ omnē inimicū eius odio habet. Si autē proponat seruire duobus contrariis, tūc illū diliget cui seruiet ex amore, & alterū odio habebit, & sic non poterit vtriq; æqualiter seruire. Si verò aliquis ex timore seruiat alicui dn̄o, ille eum ita timet & eius sustinet honorē, ita ꝙ honorē cuiuslibet ei⁹ cōtrarij contēnit: & sic duobus dn̄is cōtrariis simul & semel non est seruiendum, sed vni, Deut.6. Dn̄m deum tuū timebis, & illi soli seruies. ¶ Reuera nos obligamur Deo seruire septē de causis. Primò, causa creationis. Dicit enim Ps.119. Ipse fecit nos, & nō ipsi nos, & hoc ad eius seruitiū. Vnde Isa. 44. Formaui te, seruus meus es tu. Ideo dicunt naturales, ꝙ in homine tot sunt mēbra, quot dies in anno, ad designandū, quòd homo omni tēpore omnibus mēbris suis tenetur seruire Deo. Vnde Ber. Infidelē etiā vrget naturalis iustitia se totū tradere illi ad seruiendū à quo se totū habet, s. in esse naturæ. Secundò tenemur seruire deo ratione possessionis. Nā omnia quę possidemus sunt à deo. Iac.1. Omne datum optimū, & omne donū perfectū desursum est descendēs, &c. iuxta illud Ps.8.

Omnia

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, &c. Vbi Augu. Omnia ſubiecta ſunt homini, vt homo ſubiectus ſit deo ſoli. Sed di. Tamen dicitur 1.Pet.2. Serui ſubiecti eſtote in omni timore dominis. Reſp. hoc debet fieri in ordine ad ſummum dñm, cuius locum, & perſonã tenent ad Ro. 13. Non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autẽ ſunt, à deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Ideo Apoſt. ad Coloſſ.3. Serui per omnia obedite dominis carnalibus, non ad oculũ ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes dñm: quodcunq; facitis, ex animo operamini ſicut dño & nõ hominibus, ſcientes ꝙ à domino recipietis retributionem in hæred. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit, vt patet in Gieſi.4.Reg. 5. Idcirco non eſt contra deum, ſeruire homini propter deũ, ſi non præcipiatur quod eſt contra deum: quia magis oportet deo obedire, q̃ hominibus, Act.5. De quo Hier. 11. q.3. ſi dominus. Si dñs ea iubet quæ non ſunt aduerſa ſanctis ſcripturis, ſubiiciatur dño ſeruus. Si verò contraria præcipit, magis obediat ſpiritus q̃ corpus dño, & ſic ſoli deo eſt ſeruiendum, quia ſeruitium homini impenſum ordinatur ad ipſum, eò ꝙ omnia poſſidet ab ipſo. Vnde Magi. in 2.diſt.1. Factus eſt homo propter deum vt ei ſeruiret, & mundus propter hominem vt homini ſeruiret, & poſitus eſt in medio vt ſeruiret, & ei ſeruiretur. De quo 1.Cor.3. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti. Tertiò, tenemur ſeruire deo ratione obligationis, quia noſipſos obligauimus ad eius ſeruitium, & vouimus in baptiſmo abrenuntiando diabolo. Iuxta illud Pſ.118. Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Propter quod dicitur Pſ.75. Vouete & reddite, &c. Nam ſcribitur Eccl.5. Multò melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. Dicit Glo. Ante votum eſt libertas, poſt votum verò neceſſitas. Quartò, tenemur ſeruire deo ratione emptionis, quia ipſe emit nos ad eius ſeruitium. 1.Cor. 6. Empti eſtis pretio magno. Reuera magno. 1.Pet.1. Scientes ꝙ non corruptibilibus, auro vel argento redempti eſtis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati: propter quod non debemus ei ſeruitium recuſare, qui ita voluit nos carè comparare. Quintò, ſeruire deo tenemur ratione compenſationis, quia ipſe ſeruiuit nobis prius, ideo nos ei viceuerſa, Lu.22. Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Reuera trigin-

tatribus annis iuxta illud Isa.43.Seruire me fecisti in peccatis tuis,præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis.Ideo dic cũ Ps.115. Quid retribuã dño pro omnib⁹ quæ retribuit mihi?Ber.O bone Iesu, quid ego sum respectu tuæ maiestatis?& si millesies millies me rependerẽ, tibi non recõpensarẽ.Dicamus igitur cũ Tobia c.12.Pater quã mercedẽ dabimus ei, aut quid dignũ poterit esse huius beneficiis, quoniã omnibus bonis repleti sumus per eũ?Sextò,ratione iustificationis.Ro.5. Iustificati in sanguine ipsius salui erim⁹ ab ira p ipsum,& nõ solùm semel, sed quotidie in sacramẽtis,s.in baptismate & pœnitẽtia.Vnde Magi.in 2.Sic misericordia dei & pietas humanis lapsibus subuenit,vt in quacunq; hora homo ingemuerit,&c.Nã scribitur Isa.60.Gẽs & regnũ quod nõ seruierit tibi,peribit.Ideo 1.Reg.7.Pręparate corda vestra dño,& seruite ei soli,& eruet vos de manu Philisthiim,i.dęmonũ.Septimò,ratione ꝓmissionis mercedis,quia ꝓmisit nos cibare,potare,& lætificare.Isa.65.Ecce serui mei comedẽt & vos esurietis, ecce serui mei bibẽt & vos sitietis,ecce serui mei lętabũtur & vos cõfundemini, ecce serui mei laudabũt præ exultatione cordis, & vos clamabitis prę dolore cordis, & præ cõtritione spirit⁹ vlulabitis.Ideo 2.Cor.6.In omnib⁹ exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros,nã ꝓmisit magnũ pretiũ.Mat.5.Merces vestra copiosa est in cœlis.Nã Christus valde exaltauit arma sua. patet hoc de cruce & clauis.Quid faciet seruis suis,d.Aug. cũ tm̃ honorẽ tribuit pœnis?Io.12.Vbi ego sum,illic & minister me⁹ erit.Si quis mihi ministrauerit,honorificabit eũ pater me⁹.¶Sed heu sex genera hominũ excusant se de seruitio Dei.Primi ꝓpter iuuẽtutẽ, dicẽtes illud vulgare Pro. Gaudẽdũ est iuuẽtuti,cũ senuero totũ me deo dedã.Similiter illud Sap.2. Vtamur creatura tãquã in iuuẽtute celeriter,vino pretioso & vnguẽtis nos impleam⁹,& nõ prętereat nos flos tẽporis.Audi illud,Maledict⁹ q florẽ suæ iuuẽtutis offert diabolo,feces senectutis deo.Ro.12.Obsecro vos per misericordiã dei,vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ.Nã valdè placet deo qđ iuuenes ei seruiũt.Thre.3.Bonũ est viro cũ portauerit iugũ dñi ab adolescẽtia sua.Ier.13.Si mutare potest Aethiops pellem suam?Prou. 22.Adolescens iuxta viã suã,etiam cùm senuerit, &c.Nam scribitur Leui. 22.Caput cũ cauda offerri.Secũdi se excusant propter temporaliũ occupationẽ,quia diuites sunt & multa habẽt.Ideo minus

minus volũt ſeruire Deo, cùm eis deus plus dederit. Sed ſi tales aduerterẽt, ꝙ omnia habẽt à Deo, plus ſibi ſeruirent. Luc. 12. Cui multũ donatũ eſt, multum quæretur ab eo: & ſi multa habes, à Deo habes. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepiſti? Ideo de talibus Deus cõqueritur illud Pſ. 108. Poſuerũt aduerſum me mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea. Tertij Deo ſeruire nolunt propter bonitatẽ, dic. Benignus eſt Deus, cõdonabit mihi, & ſciẽter & friuolè faciunt cõtra Deũ, ideo qa nõ ſtatim punit, & ſua bonitate eos longo tempore cõſeruat. De quibus Eccl. 8. Quia nõ profertur citò cõtra malos ſentẽtia, abſq; vllo timore filij hominum perpetrãt mala. Patet hoc ex eo, quia ſi quis certitudinaliter ſciret ꝙ quàm citò peccaret luxuriãdo, incurreret leprã corporis: & ſic qui chorizaret, amputarẽtur ſibi pedes, mentiẽdo linguã amitteret, vel ſi ſolueret feſtũ celebre, eruendi eſſent ei oculi, talis ſemper à peccatis caueret. Sed quia nõ puniuntur, paruipendunt, & benignitatem dei contemnũt. De quibus Ro. 2. An diuitias bonitatis eius & patientiæ & lõganimitatis cõtemnis? ignoras quoniã benignitas Dei ad penitentiã te adducit? Secundũ autẽ duritiã tuam & impœnitens cor theſauriſas tibi iram Dei in die iræ. Dicit enim Greg. Quãtò diutius expectat, tãtò durius puniet. Quarti ſe excuſant per paupertatẽ, timẽtes fame mori, ſi pręcepta dei deberẽt ſeruare, & in iuſtitia & veritate emere vel vẽdere, nõ attẽdẽtes illud Pſ. 36. Nõ vidi iuſtũ derelictũ, nec ſemen eius quærẽs panẽ. Dicit nanq; Aug. Nũquid paſcet & potabit cõtẽnentes ſe, & deſeret diligẽtes ſe? i. nullo modo. Ideo Pſal. 54. Iacta cogitatũ tuum in domino, & ipſe te enutriet. Recordare quomodo pauit filios Iſraël in deſerto manna. Exo. 16. Et quomodo Eliam pauit per coruũ, mittẽdo carnes & panes mane & veſpere, 3. Reg. 17. Quinti ſe excuſant per grauitatem, quòd ſit nimis graue Deo ſeruire, & æſtimãt ſe nunquã aliquod bonum habituros, quando Deo incipiunt ſeruire. Cõtra quos dicit Saluator, Matth. 11. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meũ leue. Sed hoc non apparet eis, quia ſunt ſicut axis nõ vncta in curru quæ murmurat, & ſic tales nõ ſunt vncti oleo charitatis: qa dicit Apoſt. 1. Cor. 13. Charitas omnia ſuffert, etiã mortẽ, Cant. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. Ber. Charitas omne graue facit leue, & vbi amor dei, ibi non eſt labor, ſed ſapor. Ideo Hier. Sicut credenti nihil impoſſibile, ſic amanti nihil difficile. Sexti ſe excuſant, per

erubescentiã,quia crubescũt de humilibus seruitiis Dei,sicut cõfiteri peccata,visitare infirmos,& illis seruire,cæcos ducere. De illis dixit Iesus,Luc.9. Qui me erubuerit & sermones meos,hũc filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua,&patris & sanctorũ angelorũ:sed mũdo & diabolo seruire iam cõmuniter est honorificũ & laudabile, vt saltare,chorisare,superbè incedere,crapulosè viuere,& sic de aliis,hoc iã reputatur à secularib.honorificũ,iuxta illud Ps.9. Quoniã laudatur peccator in desideriis animę suæ,& iniquus benedicitur. Sed boni & serui dei deridẽtur & vilipẽdũtur & detractoriè loquuntur de seruis Christi. De quo Ber. Si qs est humilis,dicũt cũ hypocritã:si misericos,dicũt prodigũ:si qs diues,dicũt auarũ:si affabilis,nominãt eũ dissolutũ,si simplex,fatuũ:si docet,dicũt honoris mũdani cupidũ:si tacet,inutilẽ:si ieiunat,hypocritã vel tenacẽ:si comedit,dicũt cũ esse voracẽ. De talibus dicit Ps.2. Qui habitat in cœlis,irridebit eos,&c. Et isti boni,qui patiẽter sustinẽt derisiones aliorũ,s.malorũ,honorabũtur à sanctis in cœlis & ab angelis & ab ipso deo,iuxta illud Sap.5. Quòd dicẽt persecutores & tales derisores bonorũ,Hi sunt quos habuimus aliqñ in derisum. Et sequit. Ecce qũo cõputati sunt inter filios Dei,& inter sanctos sors illorũ est,ergo errauimus,&c.

¶ *De vitanda superflua ac immoderata solicitudine. Et quòd quærentes regnum Dei & iustitiã eius,de Christo diffidere nequaquam debeant.*

ENARRATIO II.

N*Olite soliciti esse dicentes, Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Mat.6. ¶ In verbis præmissis duo innuũtur. Primò prohibet solicitudinẽ mẽtis timoratæ,ibi: *Nolite esse soliciti.* Secũdo docet rectitudinẽ mẽtis ordinatæ, ibi: *Primũ quærite regnũ Dei.* De primo dicit: *Nolite soliciti esse animæ vestræ*..i. vitæ animali, *quid mãducetis, nec corpori vestro quid induamini.* Duo enim sunt necessaria vitę humanæ, s. victus & vestitus, pro quibus homines nimiũ solicitantur. Et hoc prohibet in præsenti. ¶ Pro quo sciendũ, quod solicitudo est triplex, s. tolerabilis, laudabilis & vituperabilis. Prima est tolerabilis, vt dũ homo sic instat post tẽporalia moderatè, loco & tẽpore, vt nõ amittat æterna, vt Martha Luc.10. Martha, Martha, solicita es. Nam hæc solicitudo est nobis imposita propter peccatũ, & est pœna peccati. Gen.3. In sudore vultus tui,&c. Hãc solicitudinẽ moderatã docet Salomon Prou.6. Vsquequo piger dormis? Et dicit ibidẽ: Vade ad formicam, ô piger,

ô piger,& cõſidera vias eius,quæ cùm nõ habeat ducẽ,nec præceptorẽ, neq; principẽ,parat in æſtate cibũ ſibi, & congregat in meſſe quod comedat. Nãdicit S.Tho.2.2.q.187. art. 7.Solicitudo quã diuitiæ ſecũ afferũt,à diuitiis totaliter ſeparari nõ põt,ſiue ſint magnæ ſiue paruæ:ſed neceſſe eſt hominẽ aliqualiter ſolicitari de acquirẽdis vel conſeruandis rebus exteriorib. Idcirco hæc ſolicitudo moderata nõ eſt prohibita. Secunda eſt ſolicitudo laudabilis quæ eſt circa ſpiritualia. Vnde Ephe.4. Soliciti ſitis ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Hæc ſolicitudo aliquando eſt de egenorũ ꝓuiſione in charitatis operatione. De qua Gelaſ. papa 87.di.diuinæ. Diuinæ retributionis memor ad põtificalẽ cõſcientiã nõ ambigas pertinere,egentiũ cõmodis piã ſolicitudinẽ nõ negare. Itẽ ſolicitudo laudabilis eſt de animę cuſtoditione,ſ.à peccatis. Deu.4. Cuſtodi temetipſum & animã tuã ſolicitè. Et Prou.4. Omni cuſtodia ſerua cor tuũ. Itẽ laudabilis eſt ſolicitudo de mãdatorũ obſeruatione. Ioſ. 23. Tantũ cõfortamini & eſtote ſoliciti,vt cuſtodiatis cũcta quæ ſcripta ſunt in volumine legis. Hãc ſolicitudinẽ requirit à nobis deus, Mich.6. Indicabo tibi ô homo quid ſit bonũ,& q̃d dñs requirat à te, Vtiq; facere iudicium,& diligere miſericordiã,& ſolicitũ ambulare cũ Deo tuo. Ideo 2.Tim. 2. Solicitè cura teipſum. Similiter Ro.12. Solicitudine non pigri. Tertia ſolicitudo eſt vituperabilis , quæ prouenit ex inordinato amore tẽporaliũ,& diffidẽtia ꝓuiſionis diuinæ. Vnde Chry. Solicitudo cupiditatis eſt filia deſperationis,& impedit hominis ſalutẽ. Matt.13. Solicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarũ ſuffocat Dei verbũ. Imò facit trãſgredi omne Dei præceptũ: Nã auari per ſolicitudinẽ ſuperfluã violant primũ præceptũ Dei, ſ. Nõ habebis deos alienos: nam auaritia eſt idolorũ ſeruitus. Eph.5. Et Aug. Quicquid plus diligis, Deus tuus eſt: ſi pecuniã,pecunia: ſi hominem, homo. Itẽ trãſgrediũtur ſecundũ præceptũ,ſ.non aſſumas nomen domini Dei tui in vanum. Auari enim pro parua pecunia mentiũtur & periurant. Itẽ ſolicitudo talis facit tranſgredi tertiũ præceptũ,ſ. Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices (quieſcẽdo ab omnibus operibus exteriorib.) tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & aduena qui eſt intra portas tuas, & vacãdo diuinis operib. iuxta illud Aug. Dominicis diebus nihil aliud agendũ eſt, q̃ Deo vacandum. Sed auari plus quærũt acquirere pecunias feſtiuis diebus negotiãdo,

vẽdẽdo & emẽdo q̃ in ferialib. Itẽ in singulis aliis præceptis fit trãsgressio per solicitudinẽ auaritiæ, vt patet intuẽti. Et hãc prohibet dñs di. *Nolite soliciti esse.* s. inordinatè, superfluè & illicitè. Nam solicitudo illicita fit quadrupliciter. Primò ex parte illius de quo solicitamur, vt si tẽporalia tãquã finẽ quęrimus, cùm deus sit finis omniũ. Apoc. 1. Ego sum alpha & ω. Ideo 1. Cor. 10. Omnia in gloriã dei facite. Secũdò fit illicita ꝓpter superfluũ studiũ, per quod à spiritualibus homo notabiliter retrahitur, vt dicit dñs, Matth. 13. Diuitiæ spinæ sunt, quæ pũgũt & vulnerãt: & sic solicitudo tẽporaliũ pungit mẽtẽ, vulnerat cõsciẽtiã. Tertiò fit illicita quãdo est inutilis, vt mercator manẽs domi mittit merces ad forũ, & ipse cõtinuè solicitatur pro absentib. cogitãdo anxiè ne pereãt, & rapiãtur, & tñ eius solicitudine non possunt custodiri: & sic illa solicitudo est inutilis, sed deberet deo cõmittere: iuxta illud 1. Pet. 5. Omnẽ solicitudinẽ vestrã ꝓiiciẽtes in eũ, quoniã ipsi est cura de vobis. Quartò, solicitudo est illicita & inordinata ex parte timoris superflui, cùm homo timet quãdo facit ea quę debet ꝙ necessaria sibi deficiãt. Et hoc ꝓuenit ex diffidẽtia. Et hãc dissuadet multis rationib. Prima ratio est à maiori. Victus em̃ requiritur ꝓpter vitã animę, ĩdumẽtũ verò ad cõseruationẽ corporis. Sed deus dedit qđ maius est, animã, s. & corpus. Ergo dabit qđ minus est, s. victũ & amictũ. Vnde Chrys. Nisi deus vellet cõseruare hominẽ qui est, ipsum nõ creasset: quia ipsum instituit, vt animã cibo, corpus vestimẽto cõseruaret. Ideo vtrũq; ipse tribuit. Et hoc est quod dicit, *Nõ potestis Deo seruire et mãmonæ*: sed oportet alterũ contemnere. Attendite, ꝙ seruitutẽ mãmonæ fugiatis. Ideo dico vobis ne soliciti sitis, i. anxij & nimis intẽti. Chrys. Nõ dicit operari nolite. Imò operari manibus vt corpus sustẽtetur, laudabile est. Sed vt dicit Gl. Prohibet solicitudinẽ, quę trahit ab æternis. Et rursum secũdũ Chry. Afflictionẽ prohibet in acquirẽdis tẽporalibus & in perditis. *Animæ vestræ quid mãducetis.* Non ꝙ intelligibilis anima comedat, sed quia nõ manet coniũcta corpori, nisi cùm nutritur, vel quia animati corporis est suscipere nutrimẽtum, cõgruè, nutrire animæ attribuitur. Vnde anima in hoc loco pro animali vita ponitur. *Neque corpori vestro quid induamini.* Ecce alia solicitudo quæ prohibetur circa vestimentũ. Præmisso intẽto primũ probationem adducit. *Nónne anima plus est quàm esca?* De hoc nõ est dubiũ, quia esca nunquã posset viuificare

uificare nisi esset anima, in qua est principium vitę. Plus est igitur anima viuēs q̃ esca, & corpus plus quã vestimẽtum. Nã animã Deus carne vestiuit, quia caro animæ est vestimentũ. Nullũ igitur vestimẽtũ tãti est valoris quãti est corpus, ꝙ tamẽ animæ est, quia viuẽs cũ ea est, etiã quia frustra apponerẽtur vestimẽta, nisi ipsum haberet naturalẽ calorẽ in se. Cyril. Deus qui exhibuit quod maius est, nõ negabit quod minus est. Attẽde ergo quod prohibetur solicitudo superfluitatis. Itẽ attẽde, ꝙ non prohibet operis laborẽ sed solicitudinẽ. Itẽ attẽde, ꝙ anima est plus quã esca, & tamẽ gulosi perdunt animã propter cibũ. Exẽplum de diuite epulone & Esau. Itẽ cùm corpus plus sit quã vestimẽtũ, magis tamẽ solicitãtur ipsi luxuriosi mũdare vestes & ornare, quàm corpus à luxurię fæce purgare. Ideo quotidie in fæce luxuriæ vel fimo corpus velut porci maculant. Secũda ratio est exẽplaris, quia Deus pascit volatilia absq; eorũ solicitudine, quorũ minor est cura quã hominũ. Multò magis homines. Et de hoc dicit, *Respicite volatilia cœli.* Iob 12. Nimirũ interroga iumẽta & docebũt te, & volatilia cœli, & indicabũt tibi. Et 30. super volucres cœli erudit nos. Hæc em̃ nõ solicitãtur quomodo cibus nascatur, nõ quomodo seminetur. Itẽ nõ solicitãtur cõgregãdo pro futura indigẽtia. *neque congregãt in horrea, sed pater vester pascit illa.* Pascit paterfamiliàs seruos, pascit animalia, s. in obsequio filiorũ. Quãtò ergo magis filios qui chariores sunt illis? *Nónne vos magis pluris*, s. pretij estis? plus enim valet homo quã volatilia. Primo quidẽ quia homo cùm sit animal rationale, sublimius ordinatur in rerũ natura. Nã omnia alia animalia Deus fecit propter hominẽ, hominẽ vero propter seipsum. Phil. 2. phy. Homo est quodammodo finis omniũ, & finis dignior est ordinatis in finẽ. Et ideo quia homini æternitas promittitur, aues verò hodie sunt, & cras nõ sunt nec erũt, & si Deus absq; earũ solicitudine tribuit eis victũ, multò magis homini cui deus dedit operãdi scientiã & fructificãdi spẽ. & nota, nõ dicit ꝙ non volãt ad agros quærentes cibũ, ad designandum, quòd habere debemus moderatã solicitudinẽ & adhibere laborem. Hoc est cõtra quosdam, de quibus dicit Aug. Fuerunt aliqui dicẽtes nõ debere laborare, sed totũ diuinę prouidẽtiæ cõmittere. Et hoc falsum, quia dicit Psal. 126. Labores manuum tuarũ, quia manducabis, &c. Similiter & Apos. 2. Thessal. 3. Neque gratis panem manducauimus ab aliquo,

sed

ſed in labore & fatigatione nocte ac die operãtes. Si qs nõ vult operari, nec mãducet. Sed di. Ex quo Deus paſcit volatilia cœli abſq; labore, quare ita nõ paſcit hominẽ abſque ſolicitudine & labore? Reſp. quia volatilibus deus nõ dedit artẽ & ſcientiã laborãdi, hominibus verò dedit ſcire & poſſe laborare. Et ideo qui labore victum acquirũt, à Deo nutriuntur, & vlterius propter eorũ operationẽ dat etiam homini temporalem mercedẽ. Si qui verò eſſent qui nec ſcirent nec poſſent laborare, illos Deus ſine eorũ ſolicitudine paſceret ſicut volucres cœli. In cuius figurã Gen. 1. Poſtquã Deus creauit homines, ſciens quòd viuere non poterant ſine alimento, ſtatim prouidit eis de cibo, di. Ecce dedi vobis omnem herbã afferentẽ ſemen ſuper terrã, & vniuerſa ligna, quę habẽt in ſemetipſis ſementẽ generis ſui, vt ſint vobis in eſcam & cunctis animantibus terræ, omníq; volucri cœli. Cũ igitur virtus Dei nõ ſit debilitata, & hoc quotidię facit in minoribus animalibus, quãtò magis in maioribus? Tertia ratio eſt defectu noſtræ ſolicitudinis, quia neq; noſtra ſolicitudo tãti vigoris eſt: vt poſſimus per eã acquirere, vt hic probat, dicẽs: *Quis veſtrum cogitãs*, ſ. ſolicitudine cogitationis ſuæ, *poteſt adijcere ad ſtaturã ſuam cubitũ vnum?* i. quis eſt qui ſolicitè cogitando poſſet ſe maiorẽ facere vno cubitu? certè nullus. Igitur quia nutrimentũ ordinatur ad augmentum corporis, ſi augmentũ nõ acquirimus ex noſtra ſolicitudine, ergo nec nutrimentũ. Item ſecundũ Aug. Illi relinquenda eſt cura agendi corporis, cuius cura facta eſt vt eſſet tãtę ſtaturę, &c. Quarta ratio eſt ex cõſideratione florũ, qui creſcũt & veſtiũtur ſic diuerſis colorib. nec tamẽ ſubſiſtũt ſed mittũtur in clibanũ. Multò magis ergo deus nutriet & veſtiet homines, qui capaces ſunt fidei & notitiæ ipſius. Et hoc eſt quod dicit: *De veſtimẽto quid ſoliciti eſtis?* Proximę duę rationes arguũt magis cõtra ſolicitudinẽ victus, quę neceſſitas eſt frequẽter maior. Hæc autẽ ratio arguit cõtra ſolicitudinẽ veſtimẽtorũ, quæ minor eſt, quia multi ſine veſtibus vixerũt, ſed ſine victu nõ. *Cõſiderate lilia agri*: nomine liliorum intelligit generaliter *quoſcunq; flores, quomodo creſcũt*, terra illis præbente nutrimentũ cum rore cœli: creſcũt abſq; ſolicitudine: *non laborãt*, acquirẽdo victũ vt creſcant: *neque nent*. Nere eſt fila cõponere, flores igitur nõ filant veſtimenta coloris varij ſibi texẽdo. Deinde cõmẽdat florũ ornatũ, quia excedit omnẽ ornatũ humana induſtria factũ. *Dico autẽ vobis, quoniam*

niam nec Salomon qui super oẽs reges delitiis abũdauit,*in omni gloria sua*,i.quãdo magis fuit gloriosus,*coopertus est*,in isto colore,*sicut vnum ex istis*.Hier.Reuera inquit.Quod sericũ,quæ purpura regũ,quę pictura textricũ potest floribus cõparari? Ipse color dicitur vestimentum floris sicut dicitur:Operuit istũ rubor.Quid ita rubet vt rosa?quid ita cãdet vt lilium? Violæ verò purpurã nullo superari murice,i.purpureo colore oculorũ magis q̃ sermonũ iudiciũ est.*Si autem fœnũ agri*, quod ideo fœnũ dicitur,quia facilè igne accẽdatur,*quod hodie est*,viret & floret,*cras exiccatũ in clibanũ*,i.in furnũ vel in fornacẽ *mittitur*,vt cõburatur, *Deus sic vestit*, statuto tẽpore lilia formãtur in frõdibus,vestiũtur cãdore & implẽtur odore,& quod terra radici non dederat, Deus inuisibili operatione largitur.*Quãtò magis vos modicæ fidei?* Verè modicę sumus fidei, quos etiã exẽplo sensibiliũ oportet ad fidẽ ducere. Quintã rationẽ adducit ex differẽtia,quę debet esse inter fideles & incredulos.Vnde nõ credẽtes esse quicquã præter hæc sensibilia,ea sola inquirũt quæ Dei prouidẽtia non credũt largiri,sed humana haberi solicitudine:sed quia tales nõ sunt fideles,bene repetit principale propositum. *Nolite ergo soliciti esse*.1.Cor.7.Volo vos sine solicitudine esse,dicẽtes:*Quid mãducabimus?aut quid bibemus?aut quo operiemur?* Raban. Nõ dixit: Ne sitis soliciti de victu,potu, & vestitu:sed quid mãducetis,quid bibatis,quo operiamini.Vbi illi argui videntur qui spreto communi victu vel lautiora vel austeriora quærũt, quã hi cũ quibus vitã ducũt.*Hæc enim omnia gentes inquirunt*,& hoc propter causam iam dictã,quia nõ credẽtes. Et secũdũ Greg.Quia nullã spẽ habẽt futuri seculi neq; iudicij : ideo ista quærũt tanquã bona maxima.Itẽ secundũ Chry. Quia non credunt tẽporalia Dei gubernari prouidentia,sed casu euenire,ideo pro ipsis solicitãtur.Christiani verò qui sperãt æternũ,non de tẽporalibus debẽt esse soliciti,qui etiam sciunt Dei prouidentiã distribui hominibus.Sextã rationẽ adducit ex solicitudine Dei patris erga nos. Propter quod nos solicitos esse nõ oportet.Neq; enim filij debẽt solicitari,sed hãc solicitudinẽ relinquũt patri.Vnde tex.*Scit enim pater vester*,&c.Chry.Qui creauit naturã eius nouit indigentiam. Quòd si pater est, non potest despicere filios. *Quia his omnibus indigetis*,sicut patres licet filiis nõ dant superflua,tribuunt tamẽ eis necessaria.Vnde Luc.11.Si vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris:quantò magis pater vester

ster cęlestis de cęlo dabit spiritũ bonũ petẽtibus se?¶Sed di. Tamen videmus multos bonos & etiã malos pati penuriã. Vnde hoc prouenit?Respondetur,quod septẽ de causis aliquando patimur penuriã in necessariis vitæ.Primò,ex demerito peccatorũ nostrorũ.Deut.32.Cõsumẽtur fame & deuorabũt eos aues morsu amatissimo. Et ponit rationẽ:Dereliquerunt Deum factorẽ suũ, & recesserũt à Deo salutari suo.Ideo Eccle.39.Ignis,grando,fames,& mors,oĩa hæc ad vindictã creata sunt.Secũda causa propter virtutis exercitiũ.Vnde 2.Cor.11.In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti,&c.Et hoc fuit propter augmentationẽ meriti.Tertia causa propter nostræ auaritię importunitatẽ.Vnde Ambr.Immoderatus tẽporaliũ appetitus facit,vt necessariis caream⁹.De quo Ier.42.Fames pro qua soliciti estis, adhærebit vobis.Quarta causa propter humanã superfluitatẽ,quia superflua quærimus.Ideo dignũ est vt necessariis careamus,quia cui nihil est quod habet,constat illũ egere. Quinta causa propter abusum tẽporaliũ,quia creatura dei abutuntur,ergo dignũ ꝙ aliquãdo etiã necessariis careãt, quia dicit Aug.Male possidet qui malè vtitur:ergo non est dignus bonorũ possessione.Sexta causa propter ingratitudinẽ,quia dicit Gre. Nõ est dignus dãdis,qui nõ agit gratias de datis.Septima causa est,vt credamus Deũ nobis prębere tẽporalia.Si em̃ nostræ solicitudini semper nõ cõmitterentur, fortasse crederem⁹ tẽporalia esse à nobis,vel ex debito tribui à Deo:cũ verò Deus aliquãdo ea subtrahit, ostendit ꝙ ipse sit dñs, qui præbet,iuxta illud 1.Cor.4. Quid habes quod nõ accepisti?si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis?Ideo Apost.1.Tim.6.Diuitibus huius seculi pręcipe nõ sublime sapere,i.per superbiã eleuari, neq; sperare in incerto diuitiarũ,sed in Deo viuo qui præstat nobis omnia abũdè,& hoc considerãs Iob 1.dixit,Dñs dedit,dñs abstulit,&c. Propter quod subdit:*Quærite primũ regnũ Dei & iustitiã eius,&c.& hæc omnia,*i.temporalia,*adiicientur vobis,*quia dicit Ambr. Dedecus est homini curare de cibo, quia militat pro Dei regno.Sequitur,*Primũ quærite regnũ dei.* Ista est secũda pars prĩcipalis,in qua docet rectitudinẽ mẽtis ordinatę, dicẽs: *Primũ quærite.*Pro quo sciẽdũ,ꝙ triplex est regnũ Dei. Primũ est circa nos,& est militãtis Ecclesiæ.Secundũ est in nobis siue interius,& est regnũ gratię.Tertiũ est super nos, & est regnũ gloriæ. Dixi primo regnũ Dei est circa nos , & est

est militãtis Ecclesię.De quo Mat.13.Mittet filius hominis angelos suos,& colligẽt de regno eius omnia scãdala,i. de Ecclesia.Nã in Ecclesia sunt varia genera hominũ,quæ cõtinet bonos & malos. Et hoc ideo secũdũ Aug.Vt boni per malitiã malorũ exerceãtur, & hoc consueuit fieri ab initio mũdi,vt di.Gre.20.Moral.In Ecclesia sicut in area sunt triticũ & paleæ,quæ simul permittũtur crescere vsq; ad messem,& in tẽpore messis dicetur messoribus,Colligite primũ zizania & alligate ea in fasciculos ad cõburẽdum,triticum autẽ cõgregate in horreũ meũ. Et sic tolletur scãdalum de regno Dei,i.de Ecclesia,qui regnũ quærere debemus & iustitiã eius.¶Sed di.Quæ est iustitia eius? Resp.Vnio fidei & charitatis,vt habetur de cõsec.d.1.ecclesia.Ecclesia est multitudo vel collectio fideliũ,fide & charitate vnita. Pro qua vnione Christus orauit,Ioã.17. Pater rogo vt oẽs vnũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te. Itẽ iustitia eius cõsistit in Christi imitatione. Exo.25. Inspice & fac secũdum exẽplar quod tibi in mõte monstratũ est, i. in Christo,qui di.Io.13. Exẽplum dedi vobis,vt quemadmodũ ego feci vobis,ita & vos faciatis.Dicit nãque Aug.Christiani nomẽ frustra sortitur,qui Christũ minimè imitatur.Quid eñ prodest vocari quod nõ es,& nomen vsurpare alienũ? vel quomodo Christianus diceris,qui Christi actus nõ sequeris? Item iustitia huius regni consistit in hoc ꝙ præcepta Ecclesiæ debemus obseruare,iuxta illud.Pro.9.Cõserua fili mi pręcepta patris tui,&c.Secũdũ regnũ est regnũ interius,i.regnũ gratiæ cõsistẽs in anima quã Deus inhabitare dignatur.De quo Luc. 17.Regnũ Dei intra vos est.Dicit nãque Aug.Quãdo volũtas nostra Deo obedit,& tota nostra intẽtio in Deũ tẽdit,& omnis mẽs nostra & affectio se in Deũ dirigit,tunc dicitur regnũ Dei fore in nobis.Nã secũdũ Ber.Sicut in regno beatitudinis Deus se præsentẽ exhibet electis suis ad glorificationẽ,ita etiã se eis exhibet in via peregrinationis ad iustificationẽ,vt à quo glorificãdi sunt ꝑ speciẽ,ab ipso prius iustificẽtur ꝑ fidẽ.Tertiũ regnũ est superius,vbi sanctorũ angelorũ habitatio est præparata.De quo Mat.25.Venite benedicti patris mei,&c.Nunc igitur in præsenti sermone dicendũ est de regno gratię quod Deus operatur in anima nostra,dicẽdo: *Primùm quærite regnum Dei*,q.d.Quærite diligẽter operibus meritoriis, deuotis exercitiis , virtutibus & gratiis,vt fiant animæ vestræ regnũ Dei.Nam anima rationa-

lis

lis cum virtuosis operibus & deuotis exercitiis, allicit sibi Deũ vt ipsam misericorditer dignetur inhabitare. Nã ipse dixit Prou.8. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.

¶ Dominica decimasexta post Trinitatem.

De tristitia luctúque super morte propinquorum moderando. Ac cur Deus quosdam in primo iuuentutis flore mori velit.

ENARRATIO I.

M*isericordia motus super eam dixit: Noli flere.* Luc.7. In summa Euang. duo innuũtur. Primò, vita nostra miserabilis & penuriosa. Secũdò, misericordia Christi inexplicabilis & copiosa. Primũ patet in principio. Secũdum ibi, *Misericordia motus.* De primo dicit, *In illo tẽpore.* Finito sermone in mõte cũ in descẽsu mõtis sanauit leprosum, ingressus Capharnaum sanauit seruum Cẽturionis, vt habetur Luc.6. & 7. Post hoc trãsiens ad portã Naim dicẽte tex. *Ibat Iesus in ciuitatẽ que vocatur Naim.* Bed. Naim est ciuitas Galileæ in secũdo miliari à mõte Thabor. *Ibãt discipuli eius cũ eo,* s. quasi stellæ sequẽtes solẽ, & sicut filij imitãtes patrẽ, *& turba copiosa.* Hoc factũ est ordinatione diuina, vt euidẽtius fierẽt miracula. *Cùm appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ,* & ex hoc maior fuit causa doloris. Dicit enim Gregor. Aerumnę molẽ breuibus exprimit verbis. Fuit nãque tristitia eius magna multiplici de causa. Prima, quia homo mortuus est qui naturaliter est deflendus. Eccl.38. Fili in mortuum produc lachrymas. Secunda causa, quia filius eius mortuus erat: quod fuit maius. Tertia causa, quia fuit filius eius vnicus & vnigenitus: dolor de morte vnigeniti est maximus. Ier.6. Luctũ vnigeniti fac tibi plãctũ amarũ. Idcirco Dauid volẽs exprimere magnũ dolorẽ de morte Ionathæ, dixit 2.Reg.1. Doleo super te frater mi Ionatha. Sicut mater vnicũ amat filiũ suũ, ita ego te diligebã. Quartã causam tristitiæ subdit: *Et hec vidua erat,* quia persona miserabilis & desolata, nullã habẽs cõsolationẽ secularẽ & mũdanã, ideo cõsolabatur à dño, 1. Tim.5. Quæ verè vidua est & desolata speret in Deũ, & dominus erit fiducia eius. Ier.17. Nã scriptum est in Psal.67. Deus est pater orphanorũ & iudex viduarũ: propter quod orphani & viduę nõ sunt tribulationibus anxiãdi: nã dñs ista iudicat. Eccle.35. Nónne lachrymæ viduæ ad maxillas descendunt? De maxilla ascẽdunt vsque ad cœlum, & dominus exauditor non delectabitur in illis, q.d. sed acriter iudicabit. Prou.22. Non facias violentiam pauperi

pauperi, quia pauper est, neq; cōteras egenū in porta, quia dn̄s iudicabit causam eius. Idcirco officiū est regū & principū pupillos & viduas tueri, vt habetur in can. 23. q. 5. Regū. Regū officiū est propriū facere iudiciū atq; iustitiā, & liberare de manu calūniantium vi oppressos, & peregrinis pupillisq; & viduis qui facilius opprimūtur à potentibus, præbere auxiliū. Nā in hoc magnā acquirūt dei gratiā, Ecc. 4. In iudicando esto pupillis misericors vt pater. Et eris tu velut filius altissimi obediēs. Quintā causam tristitiæ subdit, *quia efferebatur, & turba copiosa ciuitatis fuit cū illa*, s. eā consolando, & ei cōpatiendo. Nobis in exēplū, vt mortuos conducamus, iuxta illud Eccl. 38. Fili in mortuū produc lachrymas. Et contege corpus illius, & nō despicias sepulturā illius. Quia ex hoc Tobias meruit illuminationē oculorum suorū, Tob. 12. cui dixit angel⁹. Quādo sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiū tuū, & mortuos abscōdebas per diē in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationē tuam dn̄o. Ideo Eccl. 7. Melius est ire ad domū luctus q̄ ad domū cōuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominū, & viuēs cogitat quid futurū sit. Reuera homo existēs in cōductu mortui recordari debet ꝙ talis sit futurus, qualis ipse præsens est. Primò, ꝙ ꝑdidit tēpus gratię. Apoc. 10. Tēpus non erit amplius. Secūdò, cogitare debet, ꝙ vadit singulariter, Ps. 40. Singulariter sum ego donec trāseā. Nā oēs amici eius derelinquent eū & implebitur illud Apost. Gal. 6. Vnusquisq; onus suū portabit, & Eze. 18. Filius nō portabit iniquitatē patris, & pater nō portabit iniquitatē filij. Tertiò, ꝙ exibit nudus. De quo Bern. Mundus inexorabilē constituit sibi ianitorē, qui nihil sinit deportare. Et 1. Tim. 6. Nihil intulimus in hūc mundū, &c. Ideo scribit Salomō Eccl. 11. Si annis multis vixerit homo, meminisse debet tenebrosi tēporis & dierū multorū, qui cùm venerint, vanitatis arguētur præterita, quia erit tēpus iustitię, de quo Ps. 74. Cùm accepero tēpus, ego iustitias iudicabo. Nā dicit Bern. Statim. post mortē præsentabor ante districtum iudicem de omnibus operibus redditurus rationē. Idcirco circa exequias mortuorū nō est ridendum, neq; vanitas exercenda, sed salubri deuotione sepulturæ mortuorū assistendū: nā sepelire mortuū est valde meritorium. Vnde Vale. Maxi. libr. 1. narrat, Simonides poëta cùm ad littus nauem applicuisset, & corpus inhumatum iacens sepelisset,

admonitus est ab eo ne proximo die nauigaret, & interim remãsit:qui autẽ nauigare cœperunt,fluctibus & procellis obruti sunt.Idẽ in eodẽ : Simonides cũ apud Scopã cœnaret,nuntiatũ est ei duos iuuenes ad ianuã stare rogantes vt ad eos cõtinuò prodiret, q cũ exisset, neminẽ reperit,eodẽ autẽ momẽto tricliniũ collapsum oẽs cõuiuas oppressit, & ipse propter hanc pietatẽ euasit. Idcirco bonũ est sepelire mortuos,qa ab antiquo solebat fieri signũ circa sepulchra, vt dicitur 1.Mac.13. Misit Simõ & accepit ossa Ionathæ fratris sui & sepeliuit ea in Modim, in ciuitate patris eius. Et ædificauit Simõ super sepulchrũ patris sui &fratrũ suorum ædificiũ altũ visu,lapide polito antè & retro, & statuit colũnas magnas, & super colũnas arma ad memoriã æternã, videlicet ꝙ pater & fratres fuerunt in exercitio armorũ ꝓ defensione fidei & populi sui.Et hoc in cõsuetudinẽ venit, ꝙ lapides sculpti ponũtur in aliquib' sepulchris in aliquibus ligna in figura crucis,vt vidẽtes viui orẽt ꝓ defunctis. Nã dicit Gre.13.q.2. animæ:Exequiæ põposæ nõ sunt mortui auxiliatiuæ,sed magis viuorũ solatia. Nõ tamẽ abiiciẽda sunt corpora defunctorũ,maximè iustorũ, q hîc fuerũt tẽpla spiritus sancti,sed cũ deuotione & honore sunt tumulãda,qa dicit Aug.13. q.2. nõ æstimemus:Sepulturæ deuotæ officiũ,bonę fidei est testimoniũ,quia in hoc ostẽdimus, ꝙ bonã fidẽ habuerũt,& etiã fidẽ nostrã demonstramus, & nobismetipsis ꝓficimus. Et licet exequiæ solẽnes nõ ꝓficiãt malis,vt dicit Aug.13.q.2.quibus:Peccata dimissa non sunt à sacris locis.post mortẽ adiuuari nõ possũt:sed bonis ꝓdest.Vnde Gre.Cùm grauia dimissa sint, tũc ꝓdest mortuis.De quo Aug.Si quis sepelitur in Ecclesia alicuius martyris,ipse videtur ꝓdesse defũcto,&hoc si est de numero electorũ in vera pœnitẽtia finiẽs vitã,nõ autẽ obstinatis & impœnitẽtibus ꝓdest.Ideo Chry.in can.40.di.multi:Nõ loc' sanctificat hominẽ,sed homo locũ, propter quod locus sepulturæ dicitur monumentũ,quasi monẽs mentẽ, s. ad cõpassionem proximi. Similiter per hoc quilibet monetur vt mortalẽ se cognoscat & elationẽ frãgat, vt homo mortuus posset dicere viuo illud Ecc.38.Memor esto iudicij mei:sic enim erit tuũ,mihi heri & tibi hodie. Sexta causa eius tristitiæ fuit,quia *adolescens moriebatur.* ❡Quæstio, Cur iuuenes citò moriuntur?Resp.Si boni sunt, Deus permittit eos citò mori,ne malitia eos inquinet.Sap.4.Raptus est ne malitia

litia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio malitiæ deciperet animã illius. Secũdò, bonos iuuenes citò mori permittit, eò ꝙ falsus mũdus non est dignus tales habere, vt ait Aposto. Heb. 11. Quibus dignus nõ erat mũdus. In signũ illius pestilẽtiæ cõmuniter à iuuenibus incipiũt, eò ꝙ probi sunt. Tertiò, qñ parentes nimis indiscretè & superfluè diligunt pueros suos, deus subtrahit tales per mortẽ, vt maiores solicitudines habeant pro salute animæ, & diligentius deo seruiant. O q̃ fatuè flent parentes, non fauentes pueris vitam æternã & inutiles lacrymas fundunt. ¶ Sed diceres, quare mali iuuenes citò moriuntur? Resp. Ne peiores fiant, & ne eorum pœna augmentetur. Vnde Ambrosius, Melius est peccatoribus mori, q̃ ꝙ in peccatis diu versentur. Et ratio huius est, quia pœna eorũ ex hoc minor erit. Vnde Aug. Tantò ibi vnusquisq; tolerabiliorẽ habebit damnationẽ, quantò minorẽ hîc habuerit iniquitatem. Deut. 25. Pro mensura peccati erit & plagarũ modus. Et Apoc. 18. Quantũ glorificauit se & in deliciis fuit, tantũ date illi tormentũ. Secũdò, quia peccatis demeruit aliquãdo per inhonorationẽ parentũ, quia sicut vult prolongare vitã parentes honorantibus, sic diminuit, & abbreuiat his qui dehonestant parẽtes. Exo. 20. Honora patrẽ tuum & matrem tuã, vt sis longæuus super terrã. & 21. Qui maledicit patri aut matri, morte moriatur. Vel etiam aliis quandoq; peccatis demeruerunt. Ps. 54. Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos, ego autẽ, &c. Tertiò, in terrorẽ aliorũ, vt alij iuuenes peruersi ex hoc terreantur, & corã omnibus arguet, vt cæteri timorem habeant. Isid. Dum vnus corrigitur, multi emẽdantur. ¶ Dixi: Secundò subiungitur misericordia dei inexplicabilis & copiosa, ibi, *quam cùm vidisset Iesus misericordia motus dixit, Noli flere*, s. mortuum, quem statim videbis viuum. Vnde super mortuũ flendũ est, & non flendũ. Flendum moderatè & compassiuè. Eccl. 22. Super mortuum plora, deficit enim lux illius. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit, Glo. super illud, Lux eius, id est, tempus gratiæ, quod amplius non potest mereri. Sed mortui non sunt deflendi inconsolabiliter & immoderatè, & hoc quadruplici de causa, Prima, quia est mors debitum vniuersitatis: hoc debitũ contrahimus per transgressum Dei pręcepti, Gen. 2. In quacũq; die comederis ex eo, morte morieris. Propter quod dicit Apost. Hebr. 9. Statutum est omnibus hominibus semel

mori.Ideo quærit Ps.88.Quis est homo qui viuit & nõ videbit mortẽ?q.d.Nemo,siue nobilis siue ignobilis,pauper vel diues,siue senex siue iuuenis,& oẽs sum' mortales,2.Reg. 14.Oẽs morimur & quasi aqua dilabimur in terrã:& sic est debitũ vniuersitatis. Secũdò,quia est decretũ diuinæ voluntatis,1.Reg.2.Dñs morificat & viuificat.Nã ipse dixit Apo. 1. Ego habeo claues mortis & inferni. Dicamus igitur de morte charorũ nostrorũ illud Iob 1.Dñs dedit,dñs abstulit. Nunquid oramus,Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra?Tales igitur inconsolabiliter flentes videntur contradicere diuinę voluntati,reprehendẽtes dominũ in sua voluntate & operatione sua,cùm dicat Ps.144.Iustus dñs in omnibus viis suis,&c.Dicit nãq; Aug.Deus adeò bonus est, ꝙ nihil mali permittit quin bonũ elicere velit.Dicamus igitur de morte amicorũ nostrorum,sicut Saluator de propria morte dixit:Nõ sicut ego volo,sed sicut tu vis pater,Matt. 26.Tertio,nõ debemus immoderatè flere mortuos,qa vanũ & inutile.De quo habetur 2.Reg.12. Cùm Dauid peccauit in adulterio cũ Bersabee vxore Vrię ordinãs Vriã in aciẽ belli vt occideretur, veniẽs Nathã ꝓpheta ex iussu dñi, Dauid dixit:Fecisti malũ in cõspectu dñi,quãobrẽ nõ recedet gladi' de domo tua. Ecce ego suscitabo super te malũ, tu enim fecisti abscõditè,ego autẽ faciã verbũ istud in conspectu omnis populi Israël.Respõ.Dauid: Peccaui dñq:dixítq; Nathã Dauid:dñs quoq; trãstulit peccatũ tuũ,nõ morieris.Veruntamẽ quia blasphemare fecisti inimicos nomẽ dñi, propter verbũ hoc filius qui natus est tibi morte morietur:& reuersus est Nathan in domum suam,percussitque dominus paruulum quẽ peperit vxor Vriæ Dauid, & desperatus est,deprecatúsq; est Dauid dñm pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terrã.Venerũt autẽ seniores domus eius cogẽtes eũ vt surgeret de terra,qui noluit,neq; comedit cũ eis cibũ.Accidit autẽ die septimo vt moreretur infans, timuerúntq; serui Dauid nũtiare ei ꝙ mortuus esset paruulus,dixerunt eñ,Cùm adhuc paruulus viueret,loquebamur ad eũ, & non audiebat vocem nostram: quantò magis si dixerimus, Mortuus est puer,se affliget? Cùm ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus:dixítq; ad seruos suos:Num mortuus est puer? qui respondẽrũt ei,Mortuus est.Surrexit igitur Dauid de terra,& lotus,

vnctúſq; eſt.cúmq; mutaſſet veſtẽ, ingreſſus eſt domũ domini & adorauit,& venit in domũ ſuam,periuitq; vt ponerent ei panẽ,& comedit.Dixerũt autẽ ei ſerui ſui: Quis eſt ſermo quem feciſti propter infantem cùm adhuc viueret? Ieiunaſti & flebas,mortuo autẽ puero ſurrexiſti & comediſti panẽ.Qui ait:Propter infantem cùm adhuc viueret,ieiunaui & fleui.dicebam enim,Quis ſcit ſi donet mihi eum dominus vt viueret infans?nunc autem quia mortuus eſt,quare ieiuno?nunquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eum,ille verò nõ reuertetur ad me.q.d. Vanum & inutile eſſet nũc flere,eò ꝙ non poſſum eum reuocare.Quartò, mortui non ſunt immoderatè deflendi, quia mors eſt lucrũ felicitatis.Phil.1. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ:quia mors corporalis eſt via ad æternã vitã, vt ſcribit Euſeb.Damaſc.de morte S.Hieronymi,qui dicit: O mors dulcis & iucunda quæ veram largiris vitam , quæ fugas febres,& vulnera ſanas, famem & ſitim extinguis. O mors tu es pia bonis,aſpera malis, per te itur de tribulatione ad conſolationẽ,de miſeria in lætitiam,de labore in requiem.Apoc.14.Amodo iam dicit ſpiritus , vt requieſcant à laboribus ſuis. Nam præſens vita eſt laqueis plena & miſeriis.1.Cor.15.Si in hac vita tantũ ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Eccl.2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt. Idcirco nõ debemus inconſolabiliter amicos noſtros deflere,ſed in ſpe reſurrectionis ad vitã æternã congaudere.Vnde Cypr. in can.13.q.2.Quàm præpoſterũ.Quàm præpoſterum eſt, quámq; peruerſum,vt cùm Dei voluntatẽ fieri poſtulemus,quãdo vocat nos & accerſit nos de hoc mũdo, non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus,obnitimur & reluctamur,& peruicaciũ more ſeruorũ ad conſpectum dominicum cum triſtitia & mœrore perducimur.Et ſequitur, De Dei dignatione præceptũ eſt,vt conteſtarer aſſiduè, vt publicè prædicarem fratres,nõ eſſe lugẽdos accerſione dominica,de ſeculo liberatos,cùm ſciamus non amitti,ſed permitti,recedẽtes præcedere vt proficiſcentes & nauigantes ſolent. Ideo Apoſt. 1.Theſſ.4.Nõ contriſtemini ſicut & cæteri , qui ſpem non habent,vt dicit Hier.Si noſtros defunctos plangimus,quos tamen reſurrecturos credimus,quid faceremus,ſi mori tantùm præciperet nos Deus?voluntas eius vtiq; ſola ſufficeret ad ſolatium, cui nullum præponere iubemur affectum.

¶ De distinctione ac causa triplici mortis. Item de quatuor portitoribus, qui peccatorem extra fidelium cœtum efferunt.

ENARRATIO II.

ACcessit Iesus & tetigit loculum dicens: Adolescens tibi dico, surge. Lu. 7. ¶ Sciēdum ꝙ tres mortuos suscitauit dñs, ad designandū triplicem esse mortem. Prima corporis. Secunda animæ. Tertia, corporis & animæ, & quælibet mors habet suū sepulchrū. Prima est mors corporis. Sed dices: Vnde venit mors? Resp. Quadruplex est causa partialis huius mortis, quarū nulla est causa per se totalis vel sufficiens. Prima est iustitia diuinæ prohibitionis. Nā Ge. 2. dicitur: De omni ligno paradisi comede, de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. In quacūq; em̄ die, &c. Ecce verba diuinę prohibitionis, quia si non fuisset prohibens, non fuisset tentās, & peccans: nā vbi nō est lex, ibi nec præuaricatio, Ro. 4. Nā sine lege peccatū mortuū erat. Secūda, est malitia diabolicæ tentationis. Sap. 1. Inuidia diaboli mors, &c. Tertia, est stultitia fœmineæ conditionis, Ge. 2. Vidit mulier ꝙ bonū esset lignū ad vescendū, & pulchrū oculis, aspectūq; delectabile: & tulit de fructu illius & comedit, quæ secundum Amb. magis mobilitate animi q̃ prauitate peccauit. Quarta causa est cupida delectatio virilis assensionis: quia mox additur: Deditq; viro suo, & comedit. Ideo magist. in 2. dist. 22. Adā non fuit seductus eo modo quo mulier, nō enim putabat esse verum quod diabolus suggerebat, sed in eo fuit tantùm seductus, i. vt veniale putaret quod peremptorium erat. Et Aug. super Ge. 6. Si vir nō peccasset, humanū genus minimè peccatis corruptū periret. Ideo Sap. 1. Deus mortē non fecit, sed impij. Sed di. Deus fuit causa mortis, quia si Deus non prohibuisset, non peccasset homo, nec diabolus tētasset hominē de licito. Resp. Quòd deus nō est causa efficiens, nec inducens, nec dedit occasionē, sed homo sumpsit occasionē, vt patet Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominē, & reliquit eū in manu cōsilij sui, adiecit mādata & pręcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te in perpetuum: apposuit tibi ignē & aquā, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Ideo August. Non est Deus mortis inuentor, sed iudex, quia mortis autor peccator est, quomodo ergo posset facere mortem, qui nescit peccare? Sed causa mortis est malitia diabolicę frau-

dis

dis & tẽtationis.Gen. 3.Serpẽs erat callidior cũctis animãtibus terræ,qui dixit ad mulierẽ, Cur præcepit vobis Deus ne comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respõdit mulier,ne fortè moriamur.Dicit Magister in 2.dist.22. Hoc qđ Deus dixit pro vero & affirmauit, ipsa mulier quasi in dubio posuit,cùm dixit,ne fortè:Cui respõdit serpẽs,Nequaquã,sed eritis sicut dij,sciẽtes bonũ & malũ. Dicit Bern. O nequã,nequã:vbi est tuum nequaquã?nónne omnes morimur,& sicut aqua dilabimur?2.Reg.14.O misera ꝑsuasio,ô doctrina fraude plena,quę veritatẽ Dei cõmutauit in mendaciũ dicẽs nequaquã.Vbi Aug. per nequaquã innocentiã Deo gratã vertit in culpã debitã,& humilẽ seruitutẽ vertit in superbiã dicẽs,Eritis sicut dij.di. Strabus:Artificiali dolo verba cõponit,vt si per obedientiæ cõtemptũ subuertere nequerit,saltẽ ĩ hoc ꝙ fidẽ corruperit & ad idololatriã suã ferit,victorẽ se glorietur.Si autẽ per obediẽtiæ contemptũ seduxerit,in vtroq; victor existat.Nõ enim poterat aliud dicere,nisi quod ex seipso expertus fuit,qui dixit: In cœlum cõscendã, supra astra dei exaltabo soliũ meũ & similis ero altissimo. ꝓpter quod subdit:Verũtamẽ ad infernũ detraheris in profundũ laci.Nã ipse adinuenit superbiã ex qua prima orta est filia,s.inuidia,quę deiecit hominẽ Vnde Aug.in ser.de resur.dñi.di.Vnde angeli ceciderunt, illuc homines vẽturi sunt:implebũt locũ eorũ,qui ceciderũt,diabolus vidit hominẽ ascẽsurũ vnde ipse ceciderat,vidit & inuidit,cecidit,eiectus est.cecidit ille de cœlo, iste eiectus est de paradiso:illũ prostrauit superbia,istũ expulit inuidia.Sap.2.Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Sepulchrũ huius mortis est terra,quatuor portitores sunt quatuor elemẽta,qui dũ discordãt in qualitatib. suis,homo moritur morte naturali,q̃a dicit Phil.Vita cõsistit in calido & humido, intellige moderatis:dũ autẽ vnũ illorũ superabũdat vel deficit,tũc mors corporalis adest. Secũda est mors animę,& illa fit per peccatũ mortale.Ezech.18 Anima quę peccauerit ipsa morietur.Sicut enĩ mors corporis est separatio animæ à corpore:sic mors animę est separatio animę à deo.Sap.16. Homo per malitiã occidit animã suã.Dicit enim Greg.in 4. Moral.Multi sunt qui viuũt corporaliter,& mortui sunt spiritualiter in anima corã Deo:sicut enim absente anima corpus mortuũ est, sic & absente diuina gratia anima mortua est.Per defunctũ illũ significatur quilibet peccator mortuus

in peccatis mortalib. vt ait Greg. vbi loquitur de quatuor mortuis, quorũ tres suscitauit dñs, quartũ autẽ nõ. Primus fuit puella, de qua Mat. 9. quã Christus suscitauit in lectulo eius sine labore magno nisi apprehẽdens manũ eius, & dixit, Puella tibi dico surge, & statim surrexit. Secundus fuit adolescẽs hic, quẽ dñs maiori difficultate suscitauit, vt patet in litera: q̃a *misericordia motus accessit, &c.* Tertius fuit Lazarus quatriduanus in sepulchro fœtidus, quẽ cũ magna difficultate suscitauit, Io. 11. Quia in spiritu se ꝑturbauit, ingemuit, quęsiuit vbi positus esset, & voce magna clamauit, Lazare veni foras. Quartus fuit pater vnius adolescẽtis, vt habetur Matt. 8. qui ait ad Iesum, Dñe permitte me primũ ire sepelire patrẽ meũ. Iesus autẽ ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ista exponit Greg. in 4. Moral. di. Quatuor sunt modi peccãdi. Primus est internus ꝑ cõsensum volũtatis, quãdo homo cõsensit mortali quodcũq; sit, siue superbia, siue luxuria, &c. & sic interius anima moritur corã deo. Secũdus modus, quãdo iã cõsensus peccati perficitur actu, & tũc homo moritur manifestè, & quasi iã extra ciuitatẽ portatur, q̃a quod abscõditũ erat in corde soli deo notũ iã manifesto opere perpetratur, & tãtò grauius est, quãtò manifestius plurib. propter scãdalũ. Tertius modus peccãdi fit, cùm ꝓpter freq̃uẽtem reiterationẽ vitiorũ peccata ducũtur in cõsuetudinẽ, & sic animus mortuus quasi ĩ sepulchro vitiorũ sepelitur. & quot peccata duxit in cõsuetudinẽ, tot vinculis se astrinxit, ita & euadere non potest quãuis aliquãdo libẽter vellet. Quartus modus peccãdi est defensio peccatorũ, q̃n peccator venit in profunditatẽ vitiorum, & tunc placet sibi vita sua, & defendit etiam vitia, & hoc est periculosum genus peccatorũ, q̃a nõ vult corrigi, & inducit obstinationẽ cordis & freq̃uẽter finalẽ impœnitentiã, & sic erit grauissimũ peccatũ in spiritũs. insanabile. Nã qui peccãt tribus primis modis, possunt suscitari à dño per gratiã. Primi qui peccãt solũ in cõsciẽtia sua corã deo per cõsensum mali & peruersas cogitationes, faciliter suscitãtur in domo cõsciẽtiæ, sicut puella. Nã deus apprehẽdit manũ bonę volũtatis, & suscitat eos in secreto cordis, sicut in secreto peccauerũt. Secũdi q̃ peccãt manifestè, difficilius suscitãtur, q̃a propinquiores sunt corruptioni ęternę dãnationis: & iã extra ciuitatẽ portãtur, circa quos maior difficultas requiritur, vt deus ꝑ gratiã eos resuscitet. Pro quo sciẽdum

dum quatuor vitia quasi quatuor portitores,quę manifestè peccãtes portãt extra ciuitatẽ fideliũ Christi,& meritorum sanctorũ ad sepulchrũ difformitatis peccati,de quo sepulchro,Mat.23.Vę vobis qui similes estis sepulchris dealbatis,quę apparẽt hominibus speciosa,intus verò plena sunt ossibus mortuorum,& omni spurcitia:sic & vos in peccato mortali existẽtes,foris apparetis hominib. iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi, & iniquitate.Primus portitor est peccatorũ cõmissio ĩ opere,nã melius est & leuius,vt di.Isid.de sum.bo.lib.2.vitio carere,q̃ emẽdare.Nã quot vitia homo cõmittit,tot facit passus ad infernũ:iuxta illud Ps.9. Cõuertãtur peccatores in infernũ,omnes gẽtes, quæ obliuiscũtur Deũ.Ideo dicit Ecclesia. Noli facere mala,& non te apprehendẽt.Nã peccata facere,est à summo & æterno bono recedere , & appropinquare inferno. Secundus portitor est peccati defensio,sicut Eua fecit & Adã,quę requisita,cur comedisset de pomo vetito,dixit: Serpẽs decepit me:& Adam requisitus cur comedisset,respõdit:Mulier quã dedisti mihi,dedit mihi:& sic arguebãt aduersus dominũ se excusantes.Ideo Ps.140. Nõ declines cor meũ ad excusandas excusationes in peccatis.Dicit enim Aug. Qui se excusat,hunc deus accusat.Similiter Gl.su.Ps.69.Malũ est peccare, peius perseuerare,pernitiosum defendere.Nã secũdũ Arist.2.Politi.sæuissima est iniustitia habẽs arma. Gl.Ps.11.Vitiũ excusationis est magnũ,quia cornua erigit, in alterũ torquens peccatũ.Tertius portitor est in aliis persuasio:gaudẽt enim peruersi haberẽ socios in malis.Ideo alios incitant, vt ipsi nõ soli videantur mali & despiciantur ab aliis.Ideo persuadẽt aliis mala facere. Vnde Prou.1. Fili mi si te lactauerint peccatores,ne acqescas eis,s.cùm tibi ꝑsuaserint mala. Si dixerint, Veni nobiscũ,insidiemur sanguini,abscondamus tẽdiculas cõtra insontẽ frustra,omnem pretiosam substantiã reperiemus, &c. Marsupium vnum sit omniũ nostrum: fili mi ne ambules cũ eis,prohibe pedem tuũ à semitis eorum,pedes enim eorũ ad malum currunt.Quartus portitor est gloriatio.Prou.2.Lætantur cùm malefecerint , & exultant in rebus pessimis:tales duplicant peccatũ.Vnde poeta,

Dupliciter peccat,qui se de crimine iactat.

Nã dicit S.Tho.parte 3.Vnusquisq; tenetur cõteri pro peccatis cũ memoratur se peccasse mortaliter,& sic isti primò peccãt in actione peccati.Secũdò, renouãt peccatũ in glo-

riatione,& nõ dolẽt.Pſ.51.Quid gloriaris in malitia,qui po
tẽs es in iniquitate?Item ſunt alia quatuor vitia,quæ quaſi
quatuor portitores mortuos in peccatis ꝑ manifeſtã ꝑpetra
tionẽ vitiorũ quotidie portant ad æternã corruptionẽ.Pri-
mũ eſt pudor cõfitẽdi perpetrata peccata,cũ peccatores ac-
cumulãt ſibi plura vitia & turpia, & cõſiderãt turpitudinẽ
& inhumanitatẽ eorũ peccatorũ,& tũc verecũdantur confi
teri talia enormia vitia,& ſic permanẽt in morte peccatorũ
& portãtur ad corruptionẽ æternæ dãnationis. Sed hic eſt
peſſimus pudor proueniẽs ex inſtinctu diabolico. prius eñ
nõ verecũdati ſunt praua & turpia agere in cõſpectu Dei
& angelorũ eius,& etiã multoties in cõſpectu multorũ ho
minũ , iã verecundãtur cõfiteri corã vno homine & ſimile
eis in natura,& tales nõ perpẽdũt vtilitatẽ verecũdiæ con-
feſſionis.Nam verecũdia,vt di.Mag.in 4.de Pœnit.inducit
gloriã,q̃a maxima eſt pars pœnitẽtiæ. Nam releuat lapſos
ad cœleſtes ſedes.Hoc nõ perpendũt ipſi, timẽt cõfundi co
rã vno homine, & nõ timẽt cõfundi corã deo & angelis &
ſanctis eius & vniuerſo mũdo in iudicio, quãdo eorũ vitia
manifeſta erũt omnib. hominib. Secũdũ vitiũ portãs mor-
tuos peccatores ad ſepulchrũ ęternę corruptionis,eſt timor
aggrediẽdi opera pœnitẽtię.Heu iſte portitor multos portat
ad æternã damnationẽ & corruptionẽ, qui poſtquã perpe-
trauerũt innumerabilia peccara,& inebriauerũt ſe volupta
te carnis,& nutrierũt corpora ſua delicatè ſecũdũ cõcupi-
ſcẽtiã eorũ ex auditu ęternę dulcedinis & cœleſtiũ gaudio-
rũ quæ naturaliter deſiderat etiã omnis homo,cupiũt cõſe
qui illas cœleſtes voluptates,& incitãtur ad pœnitẽtiã,ſed
obuiat eis ille malus timor aggrediẽdi ardua opera pœni-
tẽtiæ,& agẽdi dignos fructus pœnitẽtię, & ſic retrahũtur à
propoſito ſancto & ꝑmanẽt in vitiis. Talis dicitur remiſſa
cõuerſio,quę multos ſeduxir,vt di.Iſid.de ſum.bo.Et eſt vi
tãda à verè pœnitẽtib.De talib.ſcribitur Iob.6.Qui timent
pruinã,ruet ſuꝑ eos nix.Hoc exponit Greg.di.Pruina infe-
rius gelaſcit,nix de ſupernis cadit. Quid per pruinã cõue-
niẽtius intelligitur,quã tẽporalis pœna cuiuſcũq; modi ſit?
Quid per niuẽ,niſi pœna ęternalis,quæ à deo ęterno iudice
infligitur dãnatis?Cõgruè ergo ſequitur:Qui timẽt pruinã:
i.tẽporalẽ pœnã in vera pœnitẽtia,& ideo nõ pœnitẽt,irruet
ſuper eos nix,ſ.æternæ dãnationis in futuro, dicẽte æterno
iudice:Ite maledicti in ignẽ ęternũ.Quod amplius declarat
Greg.

Greg.ibid.Prędicator libẽter defenderet veritatẽ,ſed trepidat timẽdo pœnã tẽporalẽ tyrannorũ, vel perſecutionẽ vel inimicitiã pati vel perdere lucrũ tẽporale. Sic diues vellet libenter impartiri pauperib. largas eleemoſynas,ſed timet ſibi deficere,ideo tenet.Similiter luxurioſus libẽter deſiſteret à turpitudine,ſed timet carere voluptatib.& pati tẽtationes carnis.Sic auarus libẽter ageret pœnitẽtiã,ſed timet reſtituere iniuſtè ablata.Sic & aliquando ſuperbus ſi ageret pœnitẽtiã ſe humiliãdo , timet ne deſpiciatur ſiue pro vili habeatur Et ſic arguẽdo de omnib.peccatorib.& de ſingulis gradib.peccatorũ qui timẽt incurrere tẽporalẽ pœnã , ſi agerẽt pœnitẽtiã,ſed permanẽt in peccatis. Ideo ſuper eos venit pœna ſempiterna.Tertiũ,qđ multos detinet in peccatis,& portat ad ęternã corruptionẽ,eſt falſa ſpes. Et hęc eſt triplex.Prima eſt lõgę vitæ, quæ promittit peccãtib. ſpatiũ lõgæ vitæ,& ideo eò liberius peccãt, cogitãtes intra ſe inaniter dicẽtes:Adhuc tẽpus ſufficiẽs pœnitẽdi erit cùm ſeneſcemus,& dicũt illud Sap.2.Venite fruamur bonis quę ſũt, & vtamur creatura tãquã in iuuẽtute celeriter,coronemus nos roſis,&c.In hoc intelligitur maxima voluptas carnis & delitię huius vitæ,in quib.iuuenes delectãtur.Sed de talib. qui promittunt ſibi longũ tempus viuẽdi,dicit ſcriptura,1. Theſ.5.Dies dñi ſicut fur in nocte ita veniet Et Oro. ſuper Pſ.Cũ promittũt ſibi lõga ſpatia viuẽdi, & quando minus putãt,rapiũtur ad ęterna ſupplicia morte ſubitanea:& Aug. Heu infelix mors homines mille modis rapit, cùm æſtimãt ſe adhuc lõgè viuere,moriũtur,& perit omnis ſpes eorum. Secũda falſa ſpes quę multos portat ad æternã dãnationẽ, eſt fallax ſpes diuitiarũ huius mũdi,quæ promittit diuitias multas & abundãtiã temporaliũ:ſed audiãt infelices tales verbũ lamẽtabile ex ore veritatis,Mat.16.Quid enim prodeſt homini,ſi mundũ vniuerſum lucretur,animę verò ſuę detrimentũ patiatur?aut quã dabit homo cõmutationẽ pro anima ſua? Tertia ſpes falſa ꝓmittit veniã circa finẽ vitæ accipere cum latrone.Ideò tales præſumptuoſè peccant ſuper miſericordiã Dei,dicẽtes,Deus miſericors eſt, quacũq; hora peccator ingemuerit,dimittit ei omnia peccata.Cõtra tales ſcribitur , Eccl.5. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu,neq; adiicias peccatũ ſup peccatũ,& ne dicas,miſeratio dñi magna eſt,multitudinis peccatorũ meorũ miſerebitur. Miſericordia enĩ & ira ab illo citò proximant,& in

pecca

peccatores respicit ira illius:nō tardes cōuerti ad dominū: & ne differas de die in diē. Subitò enī veniet ira illius,& in tēpore vindictæ disperdet te. Quartū vitium quod multos portat ad æternā dānationē,est denegatio veniæ. Cùm enim peccatores instigāte diabolo paulatim labūtur de vno peccato in aliud,donec veniāt in profundū peccatorū:tūc diabolus eis præcludit viā æternæ salutis,s.spē veniæ quæ erigit lapsos ad cęlestes sedes, tūc persuadet illis desperationē,& negat illis veniam:Et sic præclusi peccatores possunt cōqueri quod scribitur Thre.3.Ipse,s.diabolus persuadēdo desperationē & negādo peccatorū veniā,cōclusit vias meas lapidib⁹ quadris,semitas meas subuertit,vt di.Iob 19.Trāsire non possum.Nā di.Isid.de sum.bo.Diabolus hoc habet in sua fallaci arte,cùm perduxerit peccatores ad multitudinē peccatorū, præcludit illis viā salutis æternæ. Persuadēdo desperationē ne euadāt fauces eis per spē veniæ,quæ erigit lapsos ad cęlestes sedes. Tertij mortui qui iā sunt in sepulchro vitiorū per malā consuetudinē,& qui iā fœtēt in suis nequitiis,cū magna difficultate suscitātur à dn̄o p̄ gratiā spiritus.Et ergo oportet,quòd sancta mater Ecclesia & eius fideles pro talibus orēt , & Deus per suā misericordiā desuper infundat illis gratiā magnā secūdum mensurā vitiorū,vt vbi abundauit delictū,ibi superabūdet & gratia diuina.Quarti mortui sunt qui iam defendūt culpā,& gloriātur in nequitia sua , & à stultis iam laudantur, iuxta illud Ps.9.Laudatur peccator in desideriis animæ suæ,& iniquus benedicitur.Vnus peccator laudat aliū,& fouet illū in peccatis suis,& sic incurrunt æternā damnationem,vt habetur Isa.5.Vę qui dicitis malum bonū,& bonū malum:ponentes tenebras lucē,& lucē tenebras.Sed quòd Christus quartum mortuum non suscitauit, sed dixit: Sine mortuos sepelire mortuos suos,& tu sequere me,hoc exponit Gre.super Iob, Mortui mortuos suos sepeliūt, cùm peccatores peccatores laudant , & fauent illis in nequitia sua, & deffendunt illos verbis & factis.Tales rarò suscitātur à dn̄o vel nūquā. Sed tamen nulli deneganda est gratia & misericordia,quandiu viuit super terrā:quia magna est misericordia Dei.4. Sent. Pœnitētia multis modis subuenit humanis lapsibus, etiam in extremo vitæ,cùm lingua tacet,cor tamen clamat si gratia infunditur , & potens est Deus infundere veram pœnitentiam cui vult & quando vult,etiam in fine vitæ.

¶ *Dominica decimaseptima post Trinitatem.*

Qua frugalitate atque modestia sint celebrāda conuiuia. Item cur Iudæorum sabbatum mutatum sit Christianis in diem dominicum. Ac de eiusdem sanctificatione. ENARRAT. I.

CVm inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Luc. 14. ¶ In sum. Euang. duo innuuntur. Primò, Saluatoris potētia in hydropici curatione. Secūdò, manifestatur eius sapiētia in benigna instructione. Primū patet in principio. Secundū ibi: *Cùm inuitatus fueris.* De primo di. *In illo tēpore,* s. tertio anno prædicationis Christi post decollationem S. Io. Postquā Christus reprobauit auaritiā Pharisæorū per tres parabolas, s. de diuite epulone, & de villico iniquitatis, alia quoq; de denario diurno tunc sabbato cùm māducaret cū principe sacerdotū, sanauit hydropicū. De quo dicit textus: *Cùm intraret in domū cuiusdā principis Pharisæorū.* Non in propriā domū, quia di. Matt. 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet: sed intrauit in domum principis. Simon de Cassia: Intrauit non amore conuiuij, sed ratione docēdi, vt eis præberet panē sapientiæ & salutis de quo anima nutritur & viuit. Io. 4. Ego cibū habeo manducare, quē vos nescitis. Nam virtuosorū hominū est panē gratis non māducare absque recōpensatione: sic Christus fecit, nā in nuptiis aquā in vinū conuertit. Io. 2. in domo Simonis leprosi Mariæ Magdalenæ peccata remisit, Lucæ 7. In domo Zachæi principē publicanorū cōuertit. Luc. 19. In domo Matth. hospitē in apostolum & euangelistā recepit, Mat. 9. Et sic vbique fecit recōpensationem. Deinde subdit, *sabbato manducare panē:* nam Iudæi sabbato conuiuia fecerunt. ¶ Pro quo sciēdum, quòd conuiuia in se nō sunt prohibita. Vnde Gre. 44. dist. cōuiuia. Cōuiuia cōmunia quæ ex intētione impēdendæ charitatis fiūt, rectè vestra fraternitas in suis epulis laudat. Sed tamen sciendum est, ꝙ tunc ex charitate veraciter prodeunt, cū eis in nulla absentiū vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec eis in inanes seculariū negotiorū fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur. Cùm nō plus quā necesse sit seruiunt corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercēdæ virtutis habeatur. Hanc itaq; si vos in vestris cōuiuiis agitis abstinentiā, fateor, magistri estis. Et habes, ꝙ cōuiuia bene possunt fieri & malè, sicut hîc istud conuiuiū cōtinebat aliquid malitiæ, & etiam aliquid bonitatis. Aliquid bonitatis habebat, primò, ex parte eius

te eius cui impensum est,s.Christo. Sic pauperi Christiano & iusto debet fieri eleemosyna. Primò,pauperi.Luc.13. Cũ facis conuiuium,voca pauperes,debiles,& claudos, & cæcos,& beatus eris,quia non habẽt retribuere tibi,retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Prosper de vita contemplatiua:Habenti dare est perdere, pauperi verò dare est præbere Christo. Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, &c. de quo Greg. Quod pauperi in terra dederis,Christo in cœlo regnanti largiris. Ideo Poëta:

Dum sedes in mensa,primò de paupere pensa.
Tunc bene prandetur,cùm Christus adesse videtur.

Et signanter de residuo debẽt vesci pauperes.Luc.11.Quod superest date eleemosynã.Aug.Pauperũ sunt reliquiæ non delitiæ,nõ oblectamẽta sed fragmẽta.Secũdò habebat aliquid bonitatis,& fuit cõmendabile ex parte largiẽtis, quia princeps sacerdotũ:principes enĩ & qui plus habẽt,debent retribuere indigẽtibus.Tob.4.Si multũ tibi fuerit,abũdãter tribue : si exiguũ tibi fuerit,etiã exiguum libenter impartiri stude.Luc.12.Cui multũ donatum est,multũ quęretur ab eo.Basil.Si fateris tẽporalia tibi venisse à dño Deo, cur tu abundas & pauper eget ? nisi vt tu de superfluo largiaris egeno,& vt merearis?Sed nunc in domibus principum plures reperiuntur fures & prædones qui cibantur quàm pauperes:quod cõqueritur Isa.1.Principes tui infideles,socij furũ,plus recipiũt nũc à pauperibus q̃ tribuãt. De quo Isa.3. Rapina pauperis in domo vestra, quare atteritis populũ meum,& facies pauperũ cõmollitis?dicit dñs exercituum.Et Isa.33.Væ qui prædaris , nónne & ipse prædaberis?s.vita æterna.Aug.Si tenes obolũ,teneris à diabolo.Tales cibãtur de sanguine pauperũ.Eccl.34. Panis egẽtiũ vita pauperis est.Tertiò,fuit cõmẽdabile ex parte tẽporis,quasi in die festo , quia in solennitatibus pauperes vocandi sunt ad mẽsam.Vnde legitur Tob.2. Dũ esset paratũ prandiũ bonum Tobiæ in die festo, misit filiũ suũ vocare pauperes timẽtes Deum. Et hoc docuit filiũ suũ,dicẽs c.4.Panẽ tuum cũ esurientibus & egenis comede.Et Neem.8.Mittite partes eis qui nõ præparauerunt sibi,quia sanctus dies dñi est. Nã quod quis duris & iustis laborib9 acquisiuit,debet diebus festiuis pauperi impartiri.Chry.Omnia quæ nobis dñs dat, per nos aliis dat. Quartò, fuit laudabile,quia ibi fuit modestia,s.in cibo.& not.ibi: *Vt mãducarent panẽ.*Per panẽ intelligit

telligit necessitatẽ, vt petiuit Salomon, Prou.30. Mẽdicitatẽ & diuitias ne dederis mihi, tribue tãtùm victui meo necessaria. De quo Aug. Docuisti me dñe, vt quẽadmodum medicamentũ sumpturus sim alimẽta, s. vt sufficiat ad sustentationẽ, & prosit corpori & animæ. Vnde Eccl.37. Propter crapulã multi obierunt, s. in corpore & anima, qui autẽ abstinẽs est, i. moderatus, adiiciet vitã. Luc.21. Attẽdite, ne fortè grauẽtur corpora vestra crapula. Galen. Plures moriuntur crapula, q̃ gladio. Ideo Eccle.37. Noli auidus esse in omni epulatione. Ideo Eccl.31. Vtere quasi homo frugi his quę tibi apponuntur, nõ quasi bestia: sicut filij Israel. De quibus Ps.77. Mãducauerunt & saturati sunt nimis. Adhuc escæ erãt in ore ipsorũ, & ira Dei ascẽdit super eos. Ideo habetur in can. de con. dist.5. Ne tales. Nemo oneretur cibis vsq; ad inflationẽ vẽtris: ideo petimus: Panẽ nostrũ quotidianũ: notãter dicit nostrũ. Chry. Qui panẽ iustè quæsitum mãducat, suum panẽ manducat. De talib. Psal.127. Labores manuum tuarũ, &c. Tob.2. Cùm audiuit agnum balantẽ dixit, videte ne fortè furtiuus sit, quia nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cõtingere. Et per panẽ intelligimus necessitatẽ. Vnde Cypr. Si vno die tãtùm expẽdis, quantũ pluribus diebus tibi sufficere posset, iam nõ panẽ quotidianũ, sed multorum dierũ comedis. Itẽ in hac dictione panẽ, excludit delitias & voluptates. Gre. Vt frequẽter epulas comitatur voluptas, ideo tales sunt resecandæ & euitandę in seruis Dei. Ideo Aug.41. dist. c. ꝙ dicit. Non vsus sed cõcupiscentia reprehẽdenda est. Idcirco si aliquis est cõsuetus delitiis, dicit Aug.41. d. Non cogãtur. Non cogãtur diuites pauperũ cibis vesci, vtãtur cõsuetudine infirmitatis suæ, sed doleãt aliter se nõ posse sustentare. Dicit enim S. Tho. Contra Gentiles lib.3. ca.18. Sicut venereorũ vsus absq; peccato est si secũdũ rationẽ fiat, ita etiã vsus ciborũ. Fit autẽ secũdum rationẽ, quãdo ordinatur secũdum quòd congruit debito fini. Finis autẽ debitus ciborũ est cõseruatio corporis per nutrimẽtũ, & quicunque cibus hoc facere potest, absq; peccato potest sumi. Nullius ergo cibi sumptio est peccatũ secũdum se. Si autẽ propter delectationẽ vel etiã in nimia quantitate sumatur, cõtrariatur saluti corporis. ¶ Et subdit in tex. *ipsi obseruabãt eũ.* Ecce hoc fuit reprehẽsibile, & sic hodie persecutiones & detractiones fiunt in cõuiuiis. Ideo est constitutio in cõci. Tolet.44. dist. Pro reuerẽtia statutũ est vt in mensis

cleric

clericorũ sacra lectio recitetur ad vitãdũ verba inutilia & detractoria. Super quo dicũt doctores ꝙ nõ solùm sacerdotibus, sed etiã laicis abstinendũ est ab inutilibus fabulis & detractionib⁹. Ratio, quia detractio est vnũ peccatũ de maximis, teste Alexan. pa. 6. q. 1. summa. Sũma iniquitas est detrahere. Et S. Tho. 2. 2. q. 73. art. 3. Detractio secũdum genus suum est maius peccatũ mortale q̃ furtũ, quia magis nociuũ, quia detractor furatur bonã famã. Pro. 22. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. Eccl. 41. Curã habe de bono nomine. Tunc subdit: *Ecce quidã hydropicus erat ante illũ*, non petebat sanitatẽ, quia infirmitas loquebatur pro illo, vel propter Iudæorũ præsentiã nõ audebat in sabbato curationẽ petere. Sed vidit Christum benignũ expectãs eius gratiã, qui noscit occulta cordis. *Et respõdens Iesus* ad legisperitos, s. nõ ad dicta, sed ad cogitata. In quo Dei sapientiã in se demõstrauit habere, quia corda hominũ Deus scrutatur. Ps. 7. Scrutãs corda & renes deus, *dicit, Si licet sabbato curare?* i. si licet sabbato opus charitatis facere sine sabbati violatione, vt esset illud curare infirmũ. *At illi tacuerũt.* Beda: Meritò tacẽt, qui cõtra se dictũ quicquid dixerint vidẽt. Si enĩ licet sabbato curare, cur ipsum obseruãt? si non licet, cur pecora curãt? tacebãt ergo, quia nesciebant quid dicere debebant.
¶ Nota, taciturnitas est triplex, s. ignorãtis, prudẽtis, & insidiãtis. Prima est taciturnitas ignorãtis. Ecc. 20. Et tacẽs & nõ habẽs sensum loquelæ, & hoc est laudabile. De hoc Ecc. 5. Si est tibi intellectus, respõde proximo: sin autẽ, sit manus tua super os tuum. Secũda est taciturnitas prudẽtis. De qua Eccl. 20. Est tacẽs, sciẽs tẽpus apti tẽporis, nã homo sapiẽs tacebit vsq; ad tẽpus, vt di. Isid. de sum. bo. Tẽpore cõgruo loquere, tẽpore cõgruo tace. Ideo Agathon per triẽniũ portauit lapidẽ in ore, vt disceret tacere. Ideo Ambr. Maior est virtus tacẽdi quàm loquẽdi. Plures vidi loquẽdo in peccatum incidisse, vix quẽquam tacẽdo: ideo tacere nosse difficilius est quã loqui. Plures sunt qui loqui nesciũt, pauci verò tacere bene sciũt. Ideo legitur de trib. philoph. nõ multa loquẽtibus requisitis cur tacerẽt. Resp. primus: Stultus tacere nescit. Secũdus: Qui bene loqui nescit, melius est vt taceat, ne quid dixisse pœniteat. Nã sapiẽs nõ loquitur multa, nisi prius cõsideret quid aut quo loco aut tẽpore dicat. Tertius nomine Solinus, respondit, Me dixisse aliquando pœnituit, tacuisse nunquã. Iuxta illud: Nulli tacuisse nocet,
noc

nocet esse loquutũ.Dicit enim Amb. Patiẽtia silẽdi & opor tunitas loquẽdi,sunt maxima fundamẽta virtutũ.Tertia taciturnitas est insidiãtis nolẽtis informare proximũ, vt habeat quod vituperet,de quo Hier.Malũt vituperãre quã emẽdare,quales fuerũt isti.Idcirco deus nõ aduertit malitiã eorũ,sed vt subditur:*Ipse apprehensum sanauit eũ ac dimisit.* Beda in Hom. dicit:Ideo ante pharisæos hydropicũ sanauit, vt mox cõtra auaritiã disputet, & ipsorũ auaritiã arguat, per quã sabbatũ violãt.nã per illius ægritudinẽ corporis,exprimitur illorũ ægritudo mẽtis. Nam sicut hydropicus habet tres proprietates,s.corpus inflatũ,anhelitũ fœtidũ, & sitim inextinguibilẽ:sic per ista tria designãtur tria genera peccatorũ,quæ maximè regnãt in domibus diuitũ & principum. Primò,ꝑ inflationẽ corporis intellige superbiã.Vnde Isa.3. Eleuati sunt,ambulauerũt extẽto collo,nõ curãtes an pauperes pereũt,dicẽtes illud Sap.2.Sit fortitudo nostra lex iniustitiæ.Sequitur:Nõ parcamus viduæ, &c. De talibus Isa. 28.Vę coronæ superbiæ,q̃a odibilis corã deo est & hominibus superbia,Eccl.10.ꝓpter quod scribitur Sap. 4.Dirũpet inflatos sine voce,s.excusationis.Et hoc erit in die iudicij. De quo Isa.2.Dies dñi exercituũ super omnẽ superbum& excelsum & super omnẽ arrogãtẽ,& humiliabitur, &c. Væ animæ eorũ,quia implebitur illud Ps.30.Retribuet abũdanter faciẽtibus superbiã.Secũdò, per sitim intelligitur auaritia.Nã sicut hydropicus,quãtò plus bibit, tãtò ampliꝰ sitit: sic & auarus.Eccl.5.Auarus nõ implebitur pecunia.Et vt dicit Didymus:Omnis auarus est insatiabilis appetitus, nòn dicit sufficit,sicut infernus.De quo Pro.30. Tria sunt insatiabilia, & quartũ quod nunquã dicit sufficit, infernꝰ, &c. Nã auaritia modũ ignorat.Ideo Tullius in Offic.li.2. Pessimũ vitiũ auaritia,præcipuè in principibus & Rempub.gerentibꝰ.Propter q̃d Ietro cognatus Mosi, dixit Mosi , Exo. 18.Prouide de omni plebe viros sapiẽtes & timẽtes deũ, in quibus sit veritas,& qui oderint auaritiã.Sed vbi sunt? Rarò inueniuntur tales,nã cõqueritur Isa.c.1.Principes tui infideles,socij furũ,oẽs diligunt munera,sequuntur retributiones,pupillo nõ iudicãt,& causa viduæ nõ ingreditur ad illos.De talibus dicit Apost. Eph.5. Omnis auarus non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Tertiò, per fœtidum anhelitum intelligitur luxuria, quæ sequitur auaritiam.Vnde Ier.5.Saturaui eos & mœchati sunt. Sed vbi est

amplior fornicatio & excessio puritatis in carnali mollitie quã in domibus principũ & diuitũ? Mat.11. Qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt. Ideo Hie. Vbi superbia, vbi auaritia, vbi luxuria, quã apud infelices diuites huius mundi? Nũc subditur Saluatoris sapientia, in obseruatorũ insidiantiũ cõfutiatione, di. *Et respõdens Iesus*, nõ ad voces, sed ad corda quibus murmurabãt, & di. ad illos: *Cuius vestrũ bos aut asinus cadet in puteũ, & nõ cõtinuò extrahet illũ die sabbati?* Notãter dicit *vestrùm* in plurali, quia oẽs laborãt vitio auaritiæ. Iuxta illud Ier.6. A minori vsq; ad maiorẽ oẽs auaritiæ studẽt, & à propheta vsq; ad sacerdotẽ. Nã cupiditas mouebat ipsos animalia extrahere de puteo die sabbati: Christũ autẽ charitas ad sanandũ homines. *Et non poterant ad hæc respõdere*, quia sciebãt seipsos culpabiles & reos per cupiditatẽ violare sabbatũ. ¶Pro quo sciendum de festiuitate sabbati. Dicit Th.2.2.q.127. Præceptũ de sabbato fuit quodãmodo morale, & quodãmodo ceremoniale. In quantũ ceremoniale, sic fuit figura quietis Christi in sepulchro quæ præteriit. & sic cessare debuit, vt habetur de cõs.di.3.peruenit. Qui die sabbati prohibent operari, prædicatores Antichristi dicimus. Hæc Gre. Sed inquãtũ morale, designat in præcepto ꝙ vnus dies debet esse in hebdomada honori diuino singulariter deputatus, in quo debemus quiescere ab opere seruili, i. peccato. Vnde Aug. ser.20. super Io. Sacramẽtũ sabbati est antiquis patribus præceptũ, quod nos Christiani spiritualiter obseruam⁹, cũ ab omni opere seruili, i. peccato abstinemus & sic festiuitas sabbati est mutata ꝑ Ecclesiã sanctã in diẽ dominicã, quadruplici ratione. Primò, ob memoriã dñicæ natiuitatis, quia dñico die natus est Iesus in mundũ. In hoc maximã charitatem nobis exhibuit. Vnde Aug. super Io. Si deus peccatores nõ amaret, de cœlo ad terrã nõ descẽderet. Ideo Ber. O natiuitas sancta, mũdo amabilis, angelis lætabilis. Reuera fuit natiuitas amabilis, & lętabilis, vt dicit Aug. quia deus factus est filius hominis, vt filios hominũ faceret filios Dei, de quo angeli lętabantur di. Lu.2. Euangelizo vobis gaudiũ magnũ quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator. Reuera gaudiũ magnũ fuit isto die, quia dicit Augu. Subiecit se vt exaltaret te, inclinauit se vt susciperet te, exinaniuit se maiestate vt impleret te diuinitate, descendit vsque ad te vt ascenderes vsque ad eũ, & hoc factũ est die dominico. Secundò, ad memoriã benefi-

cij resurrectionis quæ fuit die dñico, quæ est causa & exẽplar nostræ resurrectionis, Io.11. Ego sum resurrectio & vita: nã illa die tria nobis cõtulit bona. Primò, mortẽ nostrã moriẽdo destruxit, & vitã resurgẽdo reparauit. Secũdò, naturã humanã veste immortalitatis induit cùm immortalis & impassibilis resurrexit. Tertiò, quia timorẽ mortis abstulit, & nos per suã resurrectionẽ de æterna beatitudine assecurauit. Cùm certũ sit ꝙ mẽbra sequi debeãt, vbi caput præcessit. Vnde Gre. Si mẽbra nostri redẽptoris sumus, præsumamus in nobis, ꝙ iã gestũ cõstat in capite, s. ꝙ resurgem⁹ ad vitã immortalẽ. De quo 1. Cor. 15. Sicut in Adã oẽs moriuntur, ita & in Christo oẽs viuificabũtur. Ideo scribitur in ca. de cõs. di. 3. Sabbato: Diẽ dominicũ propter venerabilẽ resurrectionẽ nõ solùm in pascha, sed singulis dominicis celebramus. Tertiò, festiuitas sabbati mutata est in diẽ dominicũ propter hoc ne videamur iudaizare. De quo di. Aug. super Io. ser. 20. Sacramentũ sabbati est antiquis patrib. præceptũ quod nos Christiani spiritualiter obseruam⁹ cùm ab omni seruili opere, i. peccato abstinemus. De quo & Glo. Deut. 5. Quicquid agimus, si propter futurã requiẽ facim⁹, sabbatũ obseruamus. Quartò, festiuitas sabbati mutata est in diẽ dominicũ propter dignitatẽ diei dominicæ. ¶ Dicit enĩ Leo papa, in c. 75. dist. Quòd die dñico quicquid à Dño insigne est institutũ, in huius diei dignitate est gestũ. In hac enim die mundus sumpsit exordiũ: in hac per resurrectionẽ mors interitũ & vita accepit principiũ: nã ꝗplura opera digna deus fecit die dñico. Primò, illo die deus cœlũ & terrã & angelos creauit. Secũdò, illa die stetit arca Noë post diluuiũ in mõtibus Armeniæ. Tertiò, ipso die dñs eripuit populũ suũ de Aegypto in manu forti. Quartò eadẽ die primitus mãna pluebat de cœlo in escã filiorũ Israël. Quintò, eodẽ die Christus natus est de Virgine Maria. Sextò, eodẽ die Christus circũcisus est, & primò sanguinẽ suũ fudit ꝓ nobis. Septimò, eadẽ die cõuertit aquã in vinũ in nuptiis, & fecit initiũ signorũ. Octauò, aliqui dicunt ꝙ baptizatus sit eodẽ die Christus. Nonò, eodem die satiauit quinq; milia hominum quinque panibus & duobus piscibus. Decimò, eodem die honorificatus est cum ramis in die palmarũ. Vndecimò, eodem die surrexit. Duodecimò, misit spiritumsanctum discipulis. Idcirco scribitur Exod. 20. Memento, vt diem sabbati sanctifices, id est, vt summo studio illum

honores, & nihil operis manualis in eo facias, ꝑ quod pos sis impedire quietē mētis in deū. Dicit enim Aug. in regula: Dominico die à labore terreno cessandum atq; omnino orationibus insistendum est, vt si quid negligentiæ per sex dies agitur, per diē resurrectionis dominicę precibus expietur. Nam est in can. de cōs. di. 3. ieiunia: Dominico die nihil aliud est agēdū q̃ deo vacādū. ¶ Pro quo sciēdū, ꝙ pręceptū de celebratione festiuitatis cōtingit transgredi tripliciter. Primò, manualiter operādo, secūdò mercādo, tertiò peccando. Primò dixi, trāsgreditur festiuitas manualiter operādo, quia prohibetur à deo. Exo. 20. Nō facies in eo omne op⁹. Vnde dicit S. Th. 2. 2. q. 122. In quatuor casibus cōtingit laborare manualiter & festiuitatē nō trāsgredi. Primò, ꝓpter laboris modicitatē: puta si labor tā modicus sit, ꝙ quietem mētis impedire nō posset in deo: quia solus ille labor q̃ tollit quietē animi & spirit⁹ libertatē, causat mortale peccatū. Secūdò, propter laboris necessitatē, quę tāta debet esse vt labor operis sine rei periculo præueniri vel differri nō possit. Sicut cōtingit in messe propter periculū hostiū. Vel si iacētibus segetib⁹ in agro aut fœno immineret tēpestas. Itē non videtur peccare carnifex, pistor vel pincerna q̃ præparāt victualia, vt sequēti die vēdant, si prius cōmodè nō poterant præparare vel præparata conseruare. Similiter contingit in vindemiis ꝓpter frigus imminēs, vel in captura halecū, vt habetur de feriis ca. licet. Tertiò, propter cordis pietatē, q̃a bene licet ꝓpter deū arare & agrū pauperis seminare, vel ducere religiosis pauperibus ligna, vel aliis presbyteris miseris: sic ꝙ paupertas hoc exigat, & non affectio carnalis vel spes remunerationis. Quartò, ꝓpter publicā vtilitatē, puta laborare ꝑ pōte vel in muro vel fossa, cōtra inuasionē hostiū: sicut Machabęi fecerūt, 1. Macha. 2. sic secundū Glo. in bello iusto possent se homines munire: sic etiā ꝑ cōseruatione vitæ, vt cōficere species in apotheca, vel fodiēdo herbas: & sic hîc reprehēdit Iudęos, *Cuius vestrū bos vel asinus*, q. d. Si licitū est & sine peccato subuenire iumēto, magis homini in die sabbati. Secūdò, festiuitas transgreditur mercādo, vt habetur de feriis: Oēs dies dominicos decreuimus obseruari, vt mercatura in eis minimè exerceatur. Dicit tñ Guilielmus: Si homo nō facit ex cōsuetudine, sed ex necessitate: vt fortè alio die ita cōmodè nō posset inuenire quo indiget, non credo peccare mortaliter. Sin autē hoc facit cupiditate

ditate lucri, vt mercatores mane exponẽtes, nõ visitãt officia diuina nec sermones, & tales mortaliter peccãt. Si autẽ emptio & vẽditio fieret de victualibus, vt pane, carnibus, ceruisia, & sic de aliis, & si fieret post sermonẽ & diuinũ officiũ nõ neglectũ: nõ creditur illicitũ: quia quilibet Christian' tenetur audire missas totas die dñico, vt habetur de cons. di. 1. missas. Missas totas die dñico audire pręcipimus. Similiter vt habetur ca. sequẽti, cũ ad celebrãd. Cùm ad celebrandũ missas in dei nomine conueniat populus: nõ ante discedat q̃ missæ solẽnitas cõpleatur, & vbi episcopus non fuerit, benedictionẽ à sacerdote accipiat. Similiter die dominico tenetur vnusquisq; ad dei verbũ audiendũ, vt habetur de cõs. d. 1. sacerdote. Sacerdote verbũ dei in Ecclesia faciẽte, si quis egressus de auditorio fuerit, excõmunicetur. Itẽ fabri subferrãtes equos in die festo secũdũ Gu. si nõ faciũt hoc ex necessitate, peccãt mortaliter. Similiter q faciũt serta de floribus, nõ excusantur, qa in his de facili fit abusus, & sunt incitamenta vanitatis & lasciuiæ. Gul. Nisi fiat sine pretio, & cũ sit modicus labor: & nõ est intẽtio ad lasciuiã, sed ad recreationẽ moderatã, æquè bene est veniale peccatũ. Tertiò, trãsgreditur festiuitas peccãdo. Iere. 17. Nolite portare põdera in die sabbati, hoc est, põd' peccati. De quo Ps. 17. Iniquitates meæ supergressæ sunt, &c. Scribitur nãq; de feriis: Oẽs dies dñicos decreuimus obseruari, & ab omni opere seruili illicito abstinere. Modo peccatum mortale est opus seruile illicitũ. Per illud enim seruitur diabolo. Ioã. 8. Qui facit peccatũ, seruus est peccati, &c. 2. Pet. 2. A quo qs superatus est, huius & seruus est, modò indignũ & illicitum est seruire diabolo, qui nullo placatur obsequio. Na dicit S. Th. Homo magis impeditur à rebus diuinis per opus peccati quã per aliud opus corporale quodcũq;. Similiter Alex. de Halis: Qui peccatũ in die festo cõmittit, dupliciter peccat. Primò, facit mortale cõtra præceptũ, Nõ mœchaberis, vel aliquod aliud. Secũdò, facit cõtra illud præceptũ de obseruatiõe festiuitatis. Ideo scribit Gre. in Dialo. Mulier à viro cognita sabbato de mane dię dñi cõmiscuit se processiõi & à diabolo est obsessa & grauiter vexata. Ideo valde peruersi sunt qui diebus festiuis nolũt sanctè viuere, quia sicut sancto loco deferẽdus est honor, sic & tẽpori. Vnde si quis in omnibus festiuitatibus araret, malus iudicaretur, sed peiores qui fornicãtur, chorizant & inebriantur. Dicit enim

Aug. Melius est die dominico arare, quàm chorizare: melius est fœminā lanā texere, quā tota die impudicè saltare. ¶ Propter quod nota qui festiuitates violant, tripliciter puniūtur. Primò, in tēporalibus: quia in his nō prosperantur, sed quandoq; captiuātur, equi lædūtur, vel domus cōburuntur, iuxta illud Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc torquetur. Secundò, puniuntur in corpore, & aliquando infirmantur per mensem vel duos, vel frangūt crura vel brachia vel manus, & sic oportet eos festiuare. Tertiò, puniūtur anima, quia quoties festa soluunt, toties mortaliter peccant & animam occidūt. Exo. 31. Qui polluerit sabbatū, morte moriatur. Iac. 1. Peccatū cùm cōsummatū fuerit generat mortem. ita ꝙ talibus dicitur Isa. 1. Solēnitates vestras odiuit anima mea, nam qui violāt festiuitatem diei dominicæ, in sanctā trinitatē peccant. Primò, in patrem, cuius potentia mūdus creatus est. Secūdò, in filium, cuius sapientia mundus redēptus est. Tertiò, in spiritumsanctū, qui tali die in mundum missus est. Et sic consequenter ingrati sunt creatori, redemptori, & consolatori propter quod legitur, Num. 15. de quodā qui collegit ligna in sabbato, nescierunt quid facerēt ei, & cōsuluerunt dominum, qui dixit, Morte moriatur homo iste, obruat eū lapidibus omnis turba: Et sic ecōuerso, qui festiuat, dat ei Deus prosperitatem animæ & corporis.

¶ *De varijs nuptiis, fugiendáque superbia.* ENARRATIO II.

C*Vm inuitatus fueris ad nuptias, recūbe in nouißimo loco.* Luc. 14. ¶ Ista est secunda pars principalis huius Euang. in qua innuitur Saluatoris sapientia in benigna instructione, dic. *Cùm inuitatus fueris ad nuptias.* Pro quo sciēdū, ꝙ triplices sunt nuptiæ ad quas inuitamur. Primæ culpæ, secūdæ gratiæ, tertiæ gloriæ. Primæ sunt nuptiæ culpæ, & celebrantur inter animū & diabolum per cōsensum peccati mortalis. Ad illas inuitat nos diabolus per nuntiū prauę suggestionis, alliciēs nos ad peccatū. Sed non recūbe in primo loco, cōsiderando peccati delectationē: sed recumbe in loco nouissimo, considerādo cōfusionē æternā & inferni pœnā. De quo Greg. Momētaneū est quod delectat, &c. Ideo Eccl. 7. Memorare nouissima, &c. nā peccator retrahitur ab esu morselli ex magnitudine pagamēti: nec est credendū cauponi potū suggerenti, quia non facit nisi vt expendas & vt bursam spoliet. Sic diabolus facit vt te spoliet salute, Prou. 5. Nouissima illius amara quasi absynthiū, q̄a stipēdia peccati mors, Rom. 6. Secun

6. Secūdæ sunt nuptiæ gratiæ, s. vnio animæ cū Deo. Cibi ha rū nuptiarum sunt cōsolationes spirituales. Ad has nuptias inuitamur per sacrā scripturā & prædicationes & inspirationes diuinas. *Sed non discumbas in primo loco*, i. noli extolli de gratia tibi collata, *ne forte honoratior te sit inuitatus*, i. alter, qui te præcellit in gratia, *& veniēs qui te inuitauit & illū*, i. Deus qui singula corda noscit, *dicat tibi: Da huic locum*, i. ex eo ꝙ aliis te prætulisti subtrahet tibi gratiā. Dicit enim Greg. De medicina venenū facit, qui de gratia superbit, Iac. 4. deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā Idcirco *recūbe in loco nouissimo*, s. minorem te aliis reputādo, vt Apost. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorū, qui nō sum dignus vocari apostolus, quoniā persecutus sum Ecclesiā Dei, gratia autē Dei sum, id quod sum. Ecce nihil ascripsit sibi, sed Deo. Talis fuit Dauid qui dixit, 2. Reg. 6. Vilior fiam quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. Dicit nāq; Aug. Magis cogitare debes quid tibi desit, quàm quid tibi assit. quod habes caue ne perdas, quod non, supplica ꝙ habeas, s. in humili oratione. Eccl. 7. Humilia valdè spiritum tuum. Nam vas de quantò profundius, de tātò capacius ad suscipiendū humorem: sic & cor profundæ humilitatis dispositū est ad gratiā. Eccl. 3. Quātò magnus es, humilia te in omnib. & inuenies gratiā. Nam secundū Ber. Humilitas diuinæ gratiæ est familiaris. Idē super Cant. In veritate didici nihil ita efficax ad gratiā promerendā, conseruandā & nutriendā, sicut nō altè sapere, sed timere. Tertiæ sunt nuptiæ gloriæ. De quibus Matt. 21. Simile est regnū cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Ad has nuptias multi sunt vocati, sed pauci electi. vocatus fuit Lucifer, sed nō recubuit in loco nouissimo, sed primo cū dixit Isa. 14. In cœlū cōscendam, super astra cœli exaltabo soliū meū & similis ero altissimo, propter quod cecidit. Luc. 10. Videbā Satanā quasi fulgur de cœlo cadentē. O quot sunt hodie tales, qui volūt intrare ad nuptias cœlestes & volūt recūbere in primo loco. De quib. Ber. Quē sequimini miseri, quē sequimini? Nōnne iste est mōs, in quē ascēdit angelus &, factus est diabolus? ¶ Idcirco meritò dicit: *Recumbe in loco nouissimo*, i. teipsum humilia, & hoc multis de causis. Primò, ꝓpter securitatē. Prou. 10. Qui ambulat simpliciter ambulat cōfidēter. Aug. Qui in terra sedet, nō habet quo cadat: ecōuerso idē dicit, Quātò qs in loco superiori, tātò in periculo maiori. Et scribitur, Eccl. 3. Qui amat pe-

riculũ,peribit in illo. Secũdò propter cõditionis vilitatem, quia terra & puluis es. Eccl.10. Quid superbis terra & cinis? Nã terrã teris, terrã geris, in terrã reuerteris: ꝓpter qđ exclamat Inn. In de vilitate humanæ cõditionis: Vnde homini fastus & superbia, cùm homo in principio est sperma fœtidũ, in medio saccus stercorũ, in fine cibus vermiũ? Tertiò propterChristi cõformitatẽ. Phil.2. Exinaniuit semetipsum formã serui accipiẽs. Nã ipse di. Apoc.1. Ego sum primus & nouissimus. Gl. Primus in æternitate, & nouissimus in humilitate. Et hãc docuit Mat.11. Discite à me, q̃a mitis sum, &c. Hier. Quantũcunq; te humiliaueris, Christo humilior non eris: non igitur verearis sedere in loco in quo Christus sedet. Ideo Aug. Erubescat superbire humana infirmitas, cùm se ita humiliauit diuina maiestas. Quartò, ꝓpter acceptabitatẽ: nã nullũ opus nec vlla anima est Deo accepta sine humilitate. De quo Greg. Perit omne quod agitur, nisi humilitate custodiatur. Ideo Isa. vlt. dicit dñs: Ad quẽ respiciã nisi ad pauperculũ & cõtritũ spiritu & tremẽtẽ sermones meos? Nã dicit Inn. Quãtò quis sibi vilior, tãtò Deo acceptior & pretiosior. Similiter & opera humiliũ acceptat deus. Iudith 9. Humiliũ & mansuetorũ semper tibi placuit deprecatio. Hinc est ꝙ Maria de humilitate, dic. Luc.1. Respexit humilitatẽ. ac si diceret, nihil tam acceptũ erat Deo in me: de quo Ber. Audeo dicere ꝙ nec virginitas Marię placuisset Deo, si humilitate caruisset. Ideo Isid. Esto paruulus in oculis tuis, & eris magnus in oculis Dei. Quintò, ꝓpter necessitatẽ, q̃a sine ea nullus ad regnũ cœlorũ ingreditur. Mat.18. Nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in reg. cœl. Aug. Excelsa est patria, sed humilior est via: ambula per viã humilitatis & peruenies ad gaudiũ æternæ claritatis, de quo tex. *Qui se humiliat, exaltabitur*, s. in terris, in iudicio, & in cœlo. Primò exaltabitur in terris, per gratiæ visitationẽ. Isa.40. Omnis vallis exaltabitur. Vnde Cassio. super Ps.103. In mediũ mõtiũ pertrãsibũt aquæ. In vallibus humiliũ animarũ pertrãseũt aquæ gratiarũ. Ideo Ber. Magna virtus humilitas, cui facilè se inclinat diuina maiestas. Secũdò humilis exaltabitur in iudicio per iudicis assessionem. Mat.10. Vos qui secuti estis me, s. in humilitate, verbo & exẽplo, sedebitis sup sedes, &c. & implebitur illud Sap.5. Hi sunt, quos aliquãdo habuimus in derisum, &c. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei & inter sanctos sors illorũ

est.

est. Tertiò, humilis exaltabitur in cœlo per gloriã. Prou. 29. Humilẽ spiritu suscipiet gloria. Reuera gloria, quia dicit Isid. Humilitas nos deo iũgit, superbia separat à Deo. Ideo ter in anno legũtur ista verba, Qui se humiliat, exaltabitur, ad designandũ, ꝙ vera humilitas debet stare in tribus. Primò, in corde, per defectuũ cõsideratione. Mich. 6. Humiliatio in medio tui. Aug. Aestimate vos in corde inferiores, qui in manifesto estis superiores. Secũdò, in ore per locutionẽ confessionis, Eccl. 4. Presbytero humilia animã tuam. habetur enim de pœnitẽ. dist. 1. taciturnitas. Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis, ne talis reputetur apud homines foris, qualẽ se iandudũ exhibuit diuino conspectui. Vbi autẽ superbia regnat, vel hypocrisis, humilitas locũ habere nõ potest. Tertiò, in opere per sanctã operationẽ, vt habetur de pœni. dist. 2. si quis. Exercitia humilitatis sunt vilioribus se subdere officiis, sicut Christus qui lauit pedes discipulorũ, Io. 13. Tales tripliciter exaltantur, vt dictũ est. *Sed qui exaltat se, humiliabitur*, s. in terris à priuatione gratiæ. In iudicio stabit in terra, post iudiciũ erit in inferno. Vnde Gre. 33. Mor. Cõsideret homo quid elatus in terra merebitur, si angelus aliis prælatus in infernum prosternitur, 2. Pe. 2. Si deus angelis peccãtibus nõ pepercit, sed rudẽtibus inferni detractos in tartarũ tradidit cruciãdos: quid faciet figmẽto & nequã seruo? nam superbia est dño Deo valde contraria. Prou. 6. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes, &c. Ideo scribitur Eccl. 25. Extollẽtiã oculorũ meorũ ne dederis mihi. Rationẽ dicit Eccl. 3. Synagogæ superborũ nõ erit sanitas, s. gratiæ. ¶ Est enim superbia infirmitas incurabilis duplici ratiõe. Prima est, qa nõ cognoscũt se infirmos: & dicit Aug. Nemo insanabilior, quàm qui sanus esse videtur, & nõ est. Et sic superbi. Vnde Ber. Omnis superbia est stultitia, quia seipsum nescit. Nam secũdum Hier. superbia plus audet q̃ potest, & sic seipsum ignorat, & sic erit insanabilis: dicit enim Seneca: Salutis initiũ cognitio propria: ideo ad sanitatẽ difficulter venimus, qa nos ęgrotare nescimus. Secũdò non curatur de facili, qa remediũ à superbis nõ accipitur, qa deteriores fiũt ex correptionibus, sicut Iudæi ex prædicatione Christi. Chrys. Sicut quãtò plura ligna, tãtò maior oritur flãma: sic ignis rancoris in superbis dicit, quid iste habet me arguere? Ideo Iob 11. Vir vanus in superbiã erigitur, & tanquã pullũ onagri se

liberũ natũ putat, quasi sub nullius ditione & potestate esset: vt dicit Aug. de ciui. Dei: Omnis superbus cupit eminere solus. Ideo Greg. Quãtò quisq; altius hîc erigitur, tantò ibi depressius immergetur. Ideo *recũbe in loco nouissimo*, q̃a scribitur Iob 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. dicit nãque Cassio. super Ps. 146. Suscipiens mansuetos dñs. Mansueti suscipiuntur in cœlũ, superbi verò deiiciẽtur in terrã: iuxta illud Abdiæ: Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidũ tuũ, inde detraham te, dicit dominus.

¶ Dominica XVIII. *post Trinitatem.*

De modo acquirendi charitatem Dei. ENARRATIO I.

D*Iliges dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo.* Mat. 22. Mar. 12. & Luc. 10. ¶In summa Euãg. duo innuũtur. Primò, quęstio legisdoctoris inuidẽter postulata, Secũdò, respõsio saluatoris, sapiẽter declarata. Primũ ibi: *Magister quod est mandatũ magnũ, &c.* Secũdũ ibi: *Diliges dominũ Deũ, &c.* De primo dicit: *In illo tempore*, s. feria secũda post palmarũ, *cùm audissent Pharisæi quòd Iesus imposuisset silentiũ Sadducæis*, qui negabãt resurrectionem, *accesserũt ad Iesum Pharisæi.* Chrys. vt multitudine vincerent, quẽ ratione superare non poterant. *Et interrog. eum vnus ex eis.* Licet essent multi, tamẽ ordinauerunt vnum dolosè. Chryso. Vnus loquitur pro oĩbus, & oẽs loquũtur per vnũ, vt si cõfusus esset, solus videretur cõfundi: si autẽ vinceret, omnes viderẽtur per eum vicisse. Et hic fuit *legisdoctor tẽtans eum*, quia putabat se sapientẽ, cogitabat velle seducere ęternam veritatẽ. *Interrogãs, Magister quod est mandatũ magnũ in lege?* Non erat eis dubium, ꝙ tria mandata in prima tabula fuerunt maxima, & putabãt Chrĩstũ vnũ de his respondere, & deinde volebant eum transgressorem vniuscuiusq; probare. Sed nõ est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominũ. Prou. 21. Quia sciebat quid esset in homine. Io. 2. Idcirco respondit producens radicẽ præceptorũ, s. dilectionẽ, dicens: *Diliges dominum Deum tuum.* ¶Hęc est secunda pars, in qua (vt dixi) innuitur Saluatoris respõsio sapienter declarata, di. *Diliges dominũ, &c.* s. qui pro te seruus factus est. Phil. 2. Exinaniit semetipsum, &c. dicit *Deum*, qui pro te incarnatus est, *Tuum*, quia pro te in cruce suspẽsus est, & dedit tibi corpus suũ in edulium & sanguinẽ in ablutionẽ criminũ. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et notãter dicit, *Diliges*, & nõ cognosces, q̃a notitia Dei & cognitio alta nõ saluat. Iac. 4. Sciẽti igitur bonũ facere & nõ

faci-

faciēti peccatū est illi.Ideò Isid.li.2.de sum.bo.ca.1.Melius est studiū bene viuēdi,q̄ multa sciēdi.Ergo dicit,*Diliges*,nō cognosces.Nā diligere Deū religiosi cordis est.Cant.1.Recti diligūt.Sed qui recti nō sunt,Deū nō diligūt.De quo habetur in can.q.4.23.c.hoc autē para ex his:Omnis iniquus bonorū est inimicus.Cùm sit inimicus iustitiæ & bonitatis (qui est Deus)diligere nō potest.Itē nō di.time Deū,sed dilige, quia diligere maius est quā timere.Aug. Timere seruorū est,diligere filiorū : timere sub necessitate,diligere in libertate.Chrys.Qui in timore Deo seruit,pœnam euadet, mercedē iustitiæ nō habebit.Sunt nāque duo quę nos in futuro expectāt,s.vita & pœna.Nā per opus bonū ad vitā,sed per opus malū ad pœnā peruenitur.Idcirco per timorē homo bene declinat à malo,sed per amorē anhelat ad vitā.Idcirco di.*diliges*.Notanter di.*diliges*,in futuro,non in præsenti. Nā secundū Ber.Hoc mandatum in præsenti vita nō potest adimpleri,quia prædicta verba,s.*Diliges dominū Deū tuū, &c.* idem significāt,ac si dicat,*Diliges dominū Deū tuū* ex omni cogitatione,ex omni volūtate & omni memoria:cordis enim est cogitare, & ideo *ex toto corde*, i. ex omni cogitatione.Similiter animæ est velle,ideo *ex tota anima*,i.ex tota volūtate siue memoria. Sed quis est,qui hæc tria semper perficiat, qui ex toto corde semper cogitet,qui voluntatē suam diuinæ voluntati semper cōformet,& qui Deū semper memoriter teneat ? Reuera nullus ad hoc sufficit in hac vita, vbi vel corporis necessitas,vel cordis vanitas,vel mētis instabilitas etiā maximis sanctis aliquid surripit.Hinc Bern. Ego sanè putò nō antè perfectè impletū,vt diligas dn̄m Deum tuum ex toto corde tuo,quousq; iam cor nō cogatur cogitare de corpore & anima,eidem in hoc statu viuificando & sensificādo intēdere desinat,& virtus eisdē releuata molestiis in Dei potētia roboretur. Impossibile nāq; est, cor hîc ex toto ad Deū colligere & diuino infigere vultui, quādiu huic fragili & erumnoso corpori necesse est seruire.Itaque in corpore spirituali & immortali, in corpore integro placidóq;,& per oīa subiecto spiritui speret se anima hoc pręceptū posse implere, quod reuera solū cōtinget post generalē resurrectionē.Sed di.Sic hæc difficultas constituit nos oēs huius præcepti transgressores.Resp.Ber.Quòd nō:nam quod minus habet imperfectio cōuersationis nostræ, suppleat humilitas cōfessionis.Potius enim vult Deus à nobis humil

humilem defectionẽ,quàm superbã cõplexionẽ.Propterea mãdata sua mãdauit custodire nimis,vt videntes imperfectionẽ nostrã in implẽdo istud mandatũ,& nõ posse implere quod debemus, fugiamus ad misericordiã eius,dicentes illud Psal.62.Quoniã melior est misericordia tua super vitas.Vel aliter respõdere possumus,ꝙ huius præcepti incõplexio nõ cõstituit trãsgressores, sed cõtẽptus. Licet enim impossibile sit dictũ præceptũ in hac vita posse attingere, trãsgressionẽ tamen euadimus, si infimũ gradum charitatis attingimus.Est autẽ infimus gradus charitatis diuinæ,vt nihil supra Deum aut æqualiter Deo diligatur, à quo gradu qui deficit,à salute deficit.Vnde sicut null⁹ in hac vita prędictũ mandatũ poterit adimplere:sic etiã nullus infra hunc infimũ gradũ poterit remanere. In quo si morte præoccupati fuerimus,cum conatu amplius perficiẽdi,in refrigerio erimus,dicemúsq; Deo,Noli me condẽnare,fecimus enim quod potuimus , etsi nõ quod debuimus fecimus.Impletio ergo huius mãdati non est de necessitate salutis,aliàs omnis homo esset in statu damnationis:sed conatus ad perficiendũ quod mãdatur de necessitate salutis est.Ideo di.in futuro, *Diliges dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo.* In quibus verbis, primò,innuitur dilectionis postulatio,ibi.*diliges,&c.* Secundò,eius modificatio subiũgitur,ibi,*ex toto corde.* ¶De primo di.*diliges,&c.* Ber.De hac virtute loqui cõsciẽtia dictat,charitas suggerit,spiritus ingerit,& tamẽ indignè de charitate prędicat qui nõ amat.Et ideo ego vir vidẽs paupertatẽ meã de hac sancta materia alios audire mallẽ quàm ego ipse loqui.Nã de dignitate huius laudabilis virtutis di.Raba.Charitas est ignis in meditatione mẽtẽ purificãs à sordibus vitiorũ.Pro.10.Vniuersa delicta operit charitas.Itẽ est lux in oratione mentẽ irradians.Eccl.2.Qui timetis dñm,diligite illũ,& illuminabũtur corda vestra.Nã charitas est lux perducẽs ad æternã claritatẽ.Vnde Dion.de diuinis no.Ad visionẽ cęlestis gloriæ necesse est vt homo se exerceat in dei amore.Gilber.Nullũ bonũ perfectè cognoscitur,quod non perfectè amatur.nã secundũ amorẽ habebimus Dei cognitionẽ.De quo Aug.8.de Trin.Quãtò flagrãtius Deũ diligimus,tãtò serenius eũ videbim⁹.Ideo Hug.super Io.di.Maior est dilectio quã intelligẽtia. Intelligentia foris stat,vbi charitas intrat.Itẽ charitas est lux in oratione. Gre.in Regist.Nihil impetrat q sine charitate orat.Itẽ est mel in gra-

tiarum

tiarum actione, mentē dulcorās in dulcedine diuinorū beneficiorū.Ideo Epist.est hodie concordās cū Euāg. Gratias ago Deo meo semper, s.dulciter propter dilectionē, quam exhibuit in creatione, redemptione,beatificatione, & hoc dulciter & amabiliter.Cassiod.Nil cōstat fore bonū,nisi ab ipso collatū.Itē est vinū in contēplatione mentē inebrians iucūda dilectione.De quo Aug.13.confes.Quātò amor plus accenditur, tātò spiritus magis sursum fertur, nec quiescit donec ad locū veniat,s.ad dñm in quo quiescat, & quantò altius eleuatur, tantò nihil de inferioribus occupatur. De quo Gre.7.Mor.Sancti viri in tāta altitudine se subleuāt,vt audire quæ mūdi sunt,graue onus credāt:& præsens vita tędere incipit,dū amor interior dulcessit. Gilb.super Can. O quàm durū est amāti animū cum mūdo diuidere,& Christo peregrinas curas admittere,& cęleste secretū infestare. Idcirco dilige,nā dilectio tanta est virtus,ꝙ nemo dānatur cū charitate,& sine charitate nemo saluatur.Rationem ponit Hug.de laude charit. di. Charitas est fons proprius,de quo nō cōmunicat alienus.idcirco Deut.15.Audi Israel,quid dominus Deus tuus petit à te,nisi vt timeas dñm Deū tuū, & ambules in viis eius,&·diligas eū ex toto corde tuo,&c.Super quo Aug.O pie dñe,quid tibi ego sum vt amari iubeas te à me?& minaris mihi ingētes miserias,irasceris si nō faciā:& quid amor meꝰ ꝙ delectaris in eo?Resp.Aug.nisi ꝑfectū meū.Idē:Tantò habemus Deū principaliorē, quantò amorē puriorē.Ideo di. ꝑpter profectū meū.De quo 2.Cor. 2.Quod oculus nō vidit,&c.Hug.Quantū potes tantū dilige,potestas tua erit mēsura tua:quātò plus amas,tātò plus habes:quantò plus habes,tātò felicior es.Sed di. Libenter vellē cōsequi charitatē:nescio quomodo acquirā.Respon. quòd quatuor requirūtur. Primū est peccati deputatio. Ps. 96.Qui diligitis dñm,odite malū,i.peccatū. Nā sicut aqua igni est cōtraria ipsum extinguens:sic peccata extinguunt charitatē.Iudith 5.Deus illorū odit iniquitatē.Gre.Qui adhuc per illicita desideria defluit, profectò Deum nō amat. Figuratur in natura cordis,quod nō potest pati dura,& sic charitas mortale peccatū.Aug.super Io.Hom.8.Charitas & mortale peccatū opponūtur:nisi vnū radicitus euulsum fuerit,aliud plātari nō poterit.Ideo ex quo tāta malitia est inter homines,pauca inter eos dilectio est.Matt.24. Quoniā abūdauit iniquitas,refrigescet charitas multorū.Secūdum est

est alienæ charitatis extirpatio, vt dilectio terrenorũ, 1.Io. 2.Si quis diligit mũdũ,nõ est charitas patris in eo.Aug.ibi. Charitas est actio rectitudinis semp̱ habẽs oculos ad Deũ. Nã cũ proprius locus diuinæ charitatis sit cor humanum, ideo requirit totũ.Ber.Charitas destruit charitatẽ,quia carnalis spiritualẽ,terrena cęlestẽ.Figuratur Leu.10.Filij Aaron thuribulis imposuerũt ignẽ alienũ incensum offerẽtes domino,& egressus ignis deuorauit eos,& mortui sunt: & sic aliena dilectio. Aug.super Psal. Noli extra Deũ aliquid quærere vel diligere:nimis est auarus cui nõ sufficit Deus. Reuocemus igitur nostras affectiones de rebus & amicis. Mat.15.Qui amat patrẽ aut matrẽ plus q̃ me,nõ est me dignus.Nã hoc intelligẽdũ est de omnibus,qui in Deo & cũ Deo & propter Deũ diligi nõ possunt.Ideo Gre.Qui Deum puro corde diligere desiderat,necessarium est vt aliena diligere non affectet. Tertium est mentis sursum eleuatio. Coloss.3. Quæ sursum sunt quærite,vbi est Christus in dextera Dei sedẽs,&c.Vnde Ber.Anima ad imaginẽ Dei creata,quãtò inferius aratur,tãtò superius eleuatur:sicut aqua quæ naturaliter deorsum fluit,cõtra naturã sursum eleuatur,sicut sol quãtò altior,tãtò clarior:& sic mẽs alta in dilectione.Quartũ est beneficiorũ Dei recordatio.Aug.Ad dilectionẽ Dei in nobis excitandã & nutriẽdam nil melius cognosco,quã beneficiorũ Dei recordationẽ.O quãta beneficia sunt nobis collata.De quibus Hug.in li.meditat. Quid amplius Deus debuit tibi facere & nõ fecit?Cùm non eras, creauit te,seruũ peccati & diaboli te feceras,& redemit te. O q̃ durè redemit te.De quo Ber.Plura fecit mira, pertulit dura,nõ tã facilè redẽptus sicut factus.Hug.In mũdi periculis ambulabas,angelũ tibi dedit,p̱ se venit,&c.Aug. Nil ita humanis affectibus impressum est, q̃ vt diligas diligẽtẽ teipsum:si piget amare,nõ pigeat reamare.¶Dixi,Secundò subiũgit dilectionis modificationẽ,ibi:*Ex toto corde*,quia habet cõuenientiam cũ dilectione.Aug.de doct.Christ.Sic est vt omnẽ intellectũ,affectũ,memoriã, voluntatẽ in illũ cõferas à quo habes quæ cõfers.Hoc est primum,quia radix. Ose.9.Radix eorũ exiccata est,fructũ nequaquam faciẽt.& sic Gre.Quod præcipitur in dilectione fundatur.Ergo meritò primũ.Primò,quia facilè ad intelligẽdũ.Pro.14.Doctrina prudentũ facilis.1.Io.5.Mãdata eius grauia nõ sunt, non est necesse philosophos adire, mare transfretare. Deut.30.

Mand

Mádatũ hoc quod ego præcipio tibi, hodie nõ eſt ſupra te, neq; procul poſitũ,&c. Secũdò,ad portandũ leue à paupere & diuite. Matt.11. Iugũ meũ ſuaue,& onus meũ leue. Ber. O iugũ ſancti amoris q̃ glorioſè illaqueas,quàm ſuauiter premis. Augu. Omnia ſæua & immania charitas facit leuia. Et Ber. ſuper Cant. Vbi eſt amor,ibi nõ labor,ſed ſapor. Act.5. Ibãt Apoſtoli gaudentes,&c. & ſic crux B. Andreæ,ignis B. Laurẽtij. Gre. Qui Deũ veraciter amat,omnia aſpera ęquanimiter portat. Aug. Amor Dei nihil ſuauius. Pſ.33. Guſtate & videte. Hier. Amãtibus Deum,nihil durũ,nihil difficile. Tertiò,eſt breue ad retinẽdum. Decuit enim verbũ abbreuiatũ in carne etiã abbreuiatã facere legẽ. Aug. Si nõ vacat tẽpus omnes paginas perſcrutari,omnia volumina ſermonum euoluere,tene charitatẽ,ibi pẽdent omnia. Qui charitatem tenet in moribus,tenet omnia quæ latẽt & patent in diuinis ſermonibus. Idẽ in lib. de doct. Chriſt. Vt nemo excuſationẽ haberet in die iudicij,&c. Quartò,eſt vtile ad ſeruandũ in præſenti & in futuro. In præſenti propter cõionẽ. Gre. in paſto. Pẽſent inuidi quãtæ virtutis ſit charitas,quæ ſine labore aliena opera facit noſtra. Bern. Charitas eſt virtus largiflua,quæ omnia facit cõia,etiã cęleſtẽ gloriã. Vnde Aug. Ad viſionẽ cęleſtis gloriæ neceſſe eſt vt homo exerceat ſe in Dei amore. Gre. in Moral. O ſanctũ opus charitatis: quod in me nõ habeo diligo in te,quod tuũ eſt per laborem,meum per amorẽ. Ber. O charitas,quę neminẽ ſpolias, omnia rapis,nulli aufers ſua,omnia facis tua in futuro.

¶ *De neceßitate,vtilitate,ac ordinatione diuinæ charitatis.*

ENARRATIO II.

D*iliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo.* Mat.22. ¶ In ſumma verb. duo innuuntur. Primò,legis dominicę plenitudo, ibi: *Diliges,&c.* Secũdò,charitatis vnicæ latitudo,ibi: *Et proximũ.* De primo di. *Diliges dominũ Deũ tuũ.* S. Tho. ſuper 3. Sẽt. diſt.17. dic. Quòd totalitas in dilectione diuina eſt duplex. Prima ſecũdũ actũ,in qua nihil deerit in his quę poteſt homo expẽdere in amorẽ dñi,quin in dilectione ponat. Et hęc totalitas non poteſt cõpleri in via: ſed magis oſtenditur,vt ſciatur, quò perueniendũ eſt,& erit in patria,vt dicit Aug. quia illa totalitas excludit omne illud quod etiã ad tẽpus actũ intercipere poſſet. Et hoc nõ poteſt fieri,quia ſcribitur Sapiẽ.9. Corpus quod corrumpitur,aggrauat animã. Alio modo capitur totalitas ſecundum habitũ,ſecundum quem homo

homo nihil ſubtrahit de his quæ debet ponere ſecundũ tẽpus illud in amore Dei:ſic ꝙ nihil debet eſſe in corde hominis,quod eſt cõtra dilectionẽ dei, vel ſupra dilectionẽ dei: & ſic eſt in præcepto.de quo Mag.in 3.diſt.2.Illud pręceptũ nõ penitus impletur in hac vita, ſed in parte. Sicut eñ ex parte cognoſcimus,ſic diligimus.Ideo Ber.Infimũ gradum charitatis attingimus,dũ nihil ſupra eũ vel cõtra eũ diligimus.Sicut eñ ſerpẽs Moſis deuorauit ſerpẽtes magorũ: ſic dilectio diuina omnẽ aliã dilectionẽ.Notanter di.Diliges, nõ timeas,nõ ſcias,ſed diliges.Dicit nãque Aug.ſuper illo verbo Apoſt.Ro.13.Plenitudo legis eſt dilectio:Qui charitatẽ tenet in moribus,ille tenet quod latet,vt patet in diuinis ſermo. Ideo Deus tria ponit de charitate in ſcriptura,ſ. poſtulationẽ, probationẽ & remunerationẽ. Primò poſuit de dilectione poſtulationẽ, Deut. 10. Audi Iſrael quid dñs petit ad te, niſi vt timeas dñm Deũ tuũ, & ambules in viis eius, vt diligas eum ac ſeruias dño Deo tuo, in toto corde tuo,& in tota anima tua,cuſtodiáſq; mãdata dñi?Vbi Aug. O bone Ieſu , quid tibi ſum ego vt amari te iubeas à me? niſi faciã iraſceris mihi, minaris ingẽtes miſerias:quid eſt tamẽ amor meus?Reſp.Aug.Niſi ꝓpter profectũ meũ. Idẽ: Quãtò habemus puriorẽ amorẽ,tãtò habemus Deũ principaliorẽ. 1.Ioã.4. Qui in charitate manet,in Deo manet, & Deus in eo.Ideo dicit propter profectũ meũ . dicit nanque Apoſt.1.Cor.2.Quod oculus nõ vidit,&c.Ideo Aug.li.8. de Trin.Quãtò ardẽtius Deũ diligimus,tãtò ſerenius eũ videbimus.Itẽ dignũ & iuſtũ eſt vt Deũ diligamus. Primò, propter eius bonitatẽ:ſecundò, propter dilectionis prioritatẽ. Primò,quia ſummè bonus.Matth.10.Nemo bonus,&c.De ſecundo,1.Io.4.Nõ quaſi nos dilexerimus Deũ,ſed quoniã ipſe prior dilexit nos.Ier.31.In charitate perpetua dilexi te. Io.3.Sic Deus dilexit mundũ,&c.Aug.Dilige dñm Deũ tuũ qui peccatis tuis ſeruire fecit vnigenitũ ſuũ,qui dedit tibi in miniſterium angelos,aërẽ cum volucribus, terram cum germinibus,aquã cum piſcibus.Idem:Nihil humanis affectibus ita eſt impreſſum, quã vt diligas diligẽtẽ teipſum:ſi pigeat amare,non tædeat reamare. O ſi diligis corporalem patrẽ à quo habes corpus mortale:quantò magis cœleſtẽ à quo habes immortale?Si matrẽ quæ te produxit in mũdum miſeriis plenũ : quantò magis qui te ducet in alium mundum æternis gaudiis plenũ?Si intantũ fratres carnales qui tecum

tecũ hæreditatẽ participando pauperiorẽ te faciunt:quãtò magis Christũ qui tecũ diuidet hæreditatẽ patris,& ditiorẽ te faciet? Si filiũ diligis,cũ quo intantũ laboras, nec scis si in aliquo proficias:quantò magis Christũ qui in infinitum tibi benefactur' est? Si vxorẽ diligis, quæ fortè aliũ plus te diligit:quantò magis Christũ qui nunquã separabit amorẽ suũ à te? Nã Christus pro te dereliquit, & dedit animã, Ier. 12. Reliqui domũ meã, dimisi hæreditatẽ meã, i. angelos q sunt hęredes cœli, & dedi dilectã animã meã in manus inimicorũ. Et si diligis amicum, quì pro te effudit lachrymas, quãtò magis Christũ qui pro te effudit sanguinẽ? 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimoniũ dant in terra, s. dilectionis spiritus, i. anima, & sanguis, & aqua, s. lachrymarũ. Ber. O q̃ vehementer amplexatus est me in cruce, in qua effluxit aqua de latere, manauit sanguis ex corde, recessit anima ex corpore. Itẽ Ber. Non est passus pro se, quia non peccauit: nec pro angelis bonis, quia nõ necesse erat: nec pro malis, quia nõ prodest eis, ex quo nunquam habebũt gloriã: sed pro te. Ps. 68. Zelus domus tuæ, i. animæ fidelis, comedit me, i. fuit causa passionis. Apo. 1. Dilexit nos & lauit, &c. Si diligeres illũ, qui ꝑ te daret oculũ & manũ, ipse totũ corpus dedit ꝑ te in mortẽ. Ex his patet ꝙ meritò debemus diligere Christũ plus quã res tẽporales, plus quàm amicos nostros, plus quàm corpus propriũ, sicut martyres fecerunt. Si enim non haberes tantã virtutem & fortitudinem, dilige tamen ita Deum vt propter dilectionem relinquas vilissimum in toto mundo, hoc est, peccatũ, quod est ita vile ꝙ nulli prodest, nec corpori nec animæ, & vilius, quàm serpens & rana.

Pessima res vitiũ nil æquè perniciosum.

Et si non dimittis hoc vile propter Christum, quomodo tempore Antichristi dares manũ vel oculũ? Ideo in vilissimũ locũ deputantur peccatores, i. in infernũ, Ps. Pluet super peccatores laqueos ignis, &c. Nam, sicut guttæ pluuiæ sunt innumerabiles, sic pœnæ damnatorũ. Igitur dilige deũ & effugies. Hugo in lib. de arra animæ. Nihil possumus deo pro beneficiis repẽdere, q̃ reamare. ¶ Sed di. Quanta debet esse charitas mea ad Deũ? Resp. Ber. Modus diligendi deum est sine modo. Primò, quia Deus est infinitus & immensus. Ideo non est finis amoris terminus & mẽsura. Secũdo, quia nos dilexit in infinitum. Ber. Amat immensitas, amat æternitas, amat Deus cuius magnitudinis non est finis. Ideo vt

infinitati correſpondeamus, in infinitũ diligere debemus. Tertiò, quia infinita nobis bona tribuit, ideo infinitos tenemus affect' charitatis. Vnde S. Th. ſuper 3. di. 2. dicit, cauſa diligẽdi deũ eſt diuina bonitas, quæ eſt infinita: & ſic nõ eſt modus vltra quẽ nõ oportet progredi. Hugo, Quantũ potes tantũ dilige, menſura tua ſit poteſtas tua. Quartò, quia infinita vtilitas nobis eueniet, Pſ. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, &c. Aug. Si timẽtibus, quid tũc diligẽtibus te? cùm ſeruorũ ſit timere, filiorũ diligere. Idcirco nota vtilitates charitatis. Primò, valet ad peccatorũ purgationẽ, Pro. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. Et 1. Petr. 4. Charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Aug. Quod gutta in camino ignis, hoc facit peccatũ veniale in homine diligẽte. De hoc igne, Lu. 12. Ignẽ veni mittere. &c. Leu. 6. Ignis in altari ſemper ardebit. Secũdò, valet ad laboris alleuiationẽ. Aug. Charitas omnia immania & difficilia facit leuia, Mat. 11. Tollite iugũ meũ, &c. Hie. Nihil amãtib' durũ, nihil difficile, 1. Cor. 13. Charitas oĩa ſuffert, Gre. Mens quæ fortiter deũ diligit, dulce ęſtimat, quod amarũ ſit. Act. 5. Ibãt apoſtoli gaudẽtes, &c. Pſ. 33. Guſtate & videte, &c. Greg. Qui verè deũ amat, omnia æquanimiter portat. Tertiò, valet ad omniũ tẽporaliũ deſpectionẽ. Soph 3. In igne zeli mei deuorabitur omnis terra, i. omnis terrena dilectio. Ber. Affectãti cœleſtia nõ ſapiũt terrena. Gre. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro: ita vt homo deſideret diſſolutionẽ à terreno corpore, Iob 10. Tædet animã meã vitæ meæ, &c. Phi. 1. Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Gul. O quàm durũ eſt amãti animum cũ Chriſto & mũdo diuidere. Quartò, valet ad omnium noſtrûm ſanctificationẽ & emendationẽ: nã quicquid agimus in charitate, meritoriũ efficitur atq; ſanctũ. Vnde aurũ ſuperductum nobilitat omne metallũ: ſic omnia opera noſtra charitas. Apoc. 3. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitũ probatũ, vt locuples fias, i. charitatẽ. Aug. Charitas ſi deſit, fruſtra aſſunt cætera: ſi aſſit, habentur omnia. Philo. Qui habet vnã virtutẽ, habet oẽs. Iſid. Charitas omniũ virtutũ obtinet principatũ. Vnde ſicut deus cõtinet omnia, ſic charitas oẽs virtutes. Col. 3. Super omnia hæc charitatẽ habere, quod eſt vinculũ perfectionis. Aug. Tunc homo eſt perfectus quãdo charitate plenus. Ideo 1. Cor. 16. Omnia veſtra in charitate fiant. 1. Cor. 13. Si linguis hominũ, &c. factus ſum, &c. Augu. Non numeroſitas operũ, nõ diuturnitas temporũ, ſed maior

ior charitas auget meritū & præmiū. Ex illo sequitur, ꝙ cū paucis operibus homo posset magis mereri, quã alter cum multis, si maior adest charitas. Hilar. Frustra erit omnis operatio, si nō adhibeatur dei dilectio, 1. Io. 3. Qui nō diligit, manet in morte. Hugo, Dilige, & fac quicquid vis. Quintò, valet charitas ad omniū bonorū participationē. Nã ex vinculo charitatis colligamur & vnimur, ꝙ omnia nostra mutuò cõmunicamus. Ber. Charitas est virtus largiflua, nã omnia facit cõmunia. Ps. 118. Participē me fac deus omniū timentiū te. Gre. in Pasto. Hinc ergo pensent inuidi, charitas quã tæ virtutis sit, quæ alieni laboris opera nostra sine labore facit, quod tuū per laborē, meū per amorē, Ber. O charitas neminē spolias, omnia rapis, nulli aufers sua, omnia facis tua. de con. dist. 4. Ecclesiæ charitas quæ per spiritūsanctū diffunditur in cordibus eorū qui participes sui sunt, peccata dimittit: eorū qui sui non sunt, tenet. Sextò, charitas valet ad omniū maloiū nostrorū & aliorū bonorū cooperationē. Ro. 8. Scimus quoniã diligentibus, &c. Si autē omnia: Ergo nostra & aliorum bona & mala. Quomodo enim mala mea non cooperantur, ex quorū cognitione humilitatē teneo, & in patientia me affligo? aut qũo aliorū mala non cooperantur mihi in bonum, quibus in corde cõpatior? Quē affectum Apost. habuit, 2. Cor. 12. Lugeã multos ex his qui peccauerūt, & nō egerunt pœnitentiam. Et 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et sic patet qũo ex fidelibus nostris affectibus nostra, & aliorū mala proueniūt ad salutem. ¶ Sequitur, *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* In quibus verbis dũo innuuntur. Primò, dilectionis necessitas, secundò, diligendi qualitas. Primum ibi, *Diliges.* Quod sonat præcipientis autoritatē. Secundum ibi, *Sicut teipsum.* Quod designat diligendi qualitatē. De primo dicit, *Diliges proximū tuū.* Ecce præcepit, quia in sacra scriptura ponitur frequēter futurū indicatiui pro imperatiuo, more Hebræorū & Græcorū. Nota, necessitas dilectionis patet ex quatuor, ex scriptura, figura, natura, creatura. Primò, in scriptura, ex eo ꝙ crebrius monet ad dilectionem proximi in scripturis, Leui. 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum, Io. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Luc. 10. Diliges proximum tuū, sicut teipsum. Et hîc in proposito adeò necessaria est huius mandati executio, quòd Deus seipsum à nobis diligi non reputat, si non & proximum diligamus. 1. Ioã. 4.

Qui nõ diligit fratrẽ suũ,quẽ videt, deũ quẽ nõ videt, q̃uo potest diligere? Itẽ,1.Io.4.Si quis dicit diligo deũ, & fratrẽ suũ odit,mẽdax est. Et iterũ,1.Io.3.Omnis q̄ odit fratrẽ suũ homicida est. Ex q̄bus oĩbus patet necessitas dilectionis. Secũdò,patet ex figura,i.exẽplo & regula, q̄d Deus in seipso nobis proposuit ad imitandũ. Nã Deus in tantũ nos dilexit ꝙ oẽs homines vult saluos fieri.1. Tim.2. Et sic nos Idcirco proximus,siue bonus sit siue malus , est diligendus. De bono satis claret ꝙ amandus est, quia talis filius dei nominatur & est,i.Ioã.3. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pater,vt filij Dei nominemur & simus. Et Christus reputat eũ attinere sibi omni genere attinentiæ. Mat.12. Quicunq; fecerit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse frater me⁹, soror,& mater est. Si autẽ malus proximus est,adhuc diligẽdus est, & propter deũ & propter seipsum,& propter te. Primò,propter deũ quia si deũ diligis,& eius filiũ amabis,cùm sanæ mẽtis est,& propter deũ debes amare proximum,cùm insanę mentis factus est. Secũdò, propter ipsum,quia si fratrẽ amabas sanũ,nihilominus debes amare ægrotũ. In tali enim statu magis indiget amore tuo,q̃ in alio. Tertiò,propter teipsum debes amare eũ:magis enim lucraris amando eũ cùm tibi nocet,quã cùm tibi beneficus erat. Inde em̃ efficimur filij dei,Mat.5. Diligite inimicos,&c. vt sitis filij patris vestri,q̄ in cœlis est. Nã Christus dilexit nos,cũ inimicĩ eius essemus,Ro.5. Cùm inimici essemus, recõciliati sumus per mortẽ filij eius. Et sic nos facere debemus ex imitatione & figura eius. Tertiò,necessitas huius præcepti patet ex natura,qua cõiuncti sumus adinuicem. De quo Aug. Voluit Deus vnicũ formare hominẽ in principio à quo oẽs procederẽt,vt tanquã fratres oẽs homines se amarẽt. Nec sic factũ legimus in angelis & animalibus brutis. Nec solũ fratres sumus secundũ hominẽ,sed etiã habemus adinuicẽ fraternitatẽ spiritualẽ. De quo Aug. Oẽs fratres sumus secundũ ꝙ homines : quãtò magis secundũ ꝙ Christiani sumus? nã ratione fraternitatis , spiritus est vnus pater, Deus vna mater Ecclesia. Quæ fraternitas tãtò fortius stringit ad diligendũ,quantò reuerentior pater deus est quã homo , & quãtò reuerẽtior mater Ecclesia quã carnalis, & quãtò hæres cœlestis melior quã tẽporalis. Quartò, necessitas huius præcepti patet ex creatura, oẽs em̃ creaturæ eiusdẽ speciei mutuò se diligũt, Eccl.13. Omne animal diligit simile sibi,

nam

nã lupus, serpens, & crudeliora aliis animalibus non solent malitiã inferre in ea quæ sunt sui generis. Et sic ab omnib. monemur nos mutuò diligere. ¶ Nota, quinq; sunt diligenda secundũ ordinẽ charitatis. Primò, deus, qui est super omnia diligendus. De quo dicit: *Diliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo* Aug. hæc totalitas intẽdit, vt oẽs motus animæ ad deũ referãtur, vt cor tuũ non sit inclinatũ ad aliquid quod sit contra deũ. Nã cor habet quatuor effectus, s. dolorẽ, spẽ, timorẽ & gaudiũ. Et om̃nia illa debẽt permaximè & super omnia in corde tuo inclinata esse ad Deũ. Pro. 23. Præbe fili mi cor tuũ mihi. Nã dilectio habet similitudinem cũ corde aliqualẽ. Primò, cor est calidũ & siccũ, sic dei charitas inflãmat ad amorẽ cœlestis gloriæ & patriæ. Augu. 13. Confe. Quantò amor plus accẽditur, tantò magis spiritus sursum fertur. Ps. 72. Inflãmatũ est cor meũ & renes mei cõmutati sunt, i. cogitationes à mũdo separatæ. Ro. 12. Spiritu feruentes, dño seruientes. Sed cor est principiũ vitæ & omnis motus, sic Dei dilectio, Eph. 3. In charitate radicati & fundati, vt possitis cõprehendere cũ omnibus sanctis, &c. nã charitas illa nutrit alias virtutes, sicut mater filias. Ideo Galat. 5. Fructus spiritus sunt charitas, gaudiũ, pax. Tertiò, cor est indigẽtis naturæ, quia nõ potest pati infirmitatẽ magnã, sicut alia mẽbra: sic dilectio Dei nõ potest pati vnũ peccatũ mortale. Aug. super Io. Hom. 8. deus qui charitas est, & peccatũ mortale opponuntur, nisi vna euulsa radicitus fuerit, alia plãtari nõ poterit. Patitur autẽ charitas veniale, sicut cor aliquã leuẽ distẽperantiã, quæ nõ mortẽ infert. Pro. 24. Septies in die cadit iustus. Quartò, cor inferius est acutũ, & superius latũ: sic dilectio debet esse dilatata sursum, infra acuta & parua. Greg. Electi Dei tãta latitudine cor in dilectione dilatãt, vt audire quæ mũdi sunt graue põdus æstimẽt. Secũdò, tenemur diligere hoc quod est in nobis, s. animã propriã & animã proximi sicut sigillũ regis. Nam sicut imago diligitur propter illũ cuius est signũ, sic crucifixus diligitur ꝓpter Christum: nõ quia lapis vel lignum, sed quia Christum repræsentat. Et sic diligere debes animã tuam & proximi tui tanquàm imaginem Dei. Item diligere debes animã tuam & proximi tui sicut pretiosum thesaurum, pro quo Christus omnia dedit. Vnde Aug. Sicut Deus omnem creaturam, sic anima omne corporeum naturæ dignitate præcellit. Ideo Bern. Totus mundus respectu vnius animę

pretiũ æstimari nõ potest, non enim pro toto mũdo animã daret, quã pro humana anima dedit: ideo eã ita dilige, quòd nõ macules eã peccatis. Ps.10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suã. Tertiò, diligere tenemur corpus, vt cõseruetur in esse, & ꝙ possimus deo seruire, vt in corpore mereamur vitã æternã promereri, dando ei cibũ & quietẽ. Senec. Sic tene corpus tuum, sicut medicus ægrũ. Ro.12. Rationabile sit obsequiũ vestrum. Quartò, tenemur diligere proximum, qui prope nos est, & primò debemus diligere vxorem & parentes, secũdò amicos & filios, tertiò domesticos, quartò extraneos, quintò inimicos, sed di. An magis tenetur homo patrẽ vel matrẽ diligere q̃ vxorẽ? Resp. A quo homo amplius dilectionẽ & beneficia recepit & procurationẽ, maiorẽ dilectionẽ impendere debet. Sed sic est de parẽtibus, & non de vxore. Hier. Memento parentũ sub quorũ manibus recepisti incremẽtũ, sit tibi gratavita ipsorũ quasi vita tua. Eccl.7. Retribue illis qũo & illi tibi. Sed di. Tamen dicitur Ge.1. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, &c. Hoc intelligitur quo ad adhæsionem habitationis, non quo ad amorem. Quintò, diligere debemus quod infra nos est, s. temporalia solùm ad sustentationem quò ad nos, & eleemosynarum largitionem quo ad alios. Luc.11. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Chry. Omnia quæ Deus nobis dat, per nos aliis dat. Ideo Tob.4. Panem tuum cum esurientibus & egentibus comede.

¶ Dominica XIX. post trinitatem.

De septem circunstantiis ad hoc requisitis ne confidentia nostra in Deum frustretur. ENARRATIO I.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. ¶ In summa Euangelij duo innuuntur. Primò, ponit operationẽ nostræ salutis. Secundò, subiungit manifestationem diuinæ virtutis, ibi: *Vt quid cogitatis mala.* De primo dicit: *In illo temp.* s. post eiectionẽ dæmonum de obsessis in regione Gerasenorũ. *Tunc ascendit in nauiculam & venit in ciuitatem suam*, s. Capharnaũ, quã non nascendo sed miraculis illustrando, fecit suã. Ibi, *offerebant ei paralyticũ iacentem in lecto. Videns fidem illorum* mittentium siue offerentium, *dixit paralytico Iesus, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Pro quo sciendum, quòd confidentia est quadruplex. Prima est praua & malitiosa, s. cùm quis peccat propter hoc, quia cõfidit de Dei misericordia, quasi negans dei iustitiã, in eo ꝙ dominus non puniens statim peccator

catorem, ostēdit ei suā misericordiā, propter quam debuit ipsum honorare, sed vult eū peccatis suis dehonestare. De quib. Eccl. 8. Quia nō profertur citò cōtra malos sententia, absq; vllo timore filij hominū perpetrāt mala, nō cōsiderātes illud Aug. Nullū malū impunitū. Vnde talibus consulitur, Eccl. 5. Fili, de propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatū super peccatū, & ne dicas, miseratio dñi magna est, multitudinis peccatorū meorū miserebitur, misericordia enim & ira ab illo citò proximāt, & in peccatores respicit ira illius. Ac si diceret, Licet est misericors, ꝓpter quod mali peccāt, attamē nō derelinquit suā iustitiā, per quā peccatores puniat, qa dicit Aug. Nunquā stat dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Nam esto ꝙ cōsequeris misericordiā, quam tibi polliceris per maledictā fiduciā, non tamē impunè abibis, eò ꝙ scribitur Iob 24. deus inultū abire nō patitur. Et Eccl. 12. Cūcta quæ fiūt, adducet dñs ad iudiciū pro omni errato, siue bonū siue malū sit. De quo Iob 20. Luet quę fecit omnia, nec tamē cōsumetur iuxta multitudinem adinuentionū suarum, sic sustinebit, s. in purgatorio, si non hîc punitur. Deut. 25. Pro mēsura peccati erit & plagarum modus, & Apoc. 18. Quantū glorificauit se & in delitiis fuit, tantū illi date tormentū & luctū. Et hæc fiducia dicitur meritò malitiosa, quia dicit Ber. Est infidelis fiducia solius maledictionis capax, cùm peccamus in spe veniæ. Talis eñi fiducia verius cōtemptus iudicatur. Rom. 2. An diuitias bonitatis Dei & patiētię & longanimitatis cōtemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitētiam te adducit? Secūdū autē duritiam tuam & impœnitēs cor thesaurizas tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vnicuique secūdū opera eius. ¶ Secūda fiducia est fatua & pręsumptuosa, vt cùm homo sperat se facturum, quod in solius dei potestate est positū, & cùm sperat se facturum quod vires suas excedit, & quod per se & ex se adimplere non poterit, sicut cùm quis peccat latius, & præsumit se statuto tēpore cōuersurū. De qua fiducia dicitur Eccl. 29. Repromissio nequissima multos perdidit, fatuū enim est cōfidere de finali pœnitentia, cùm scribatur Eccl. 9. Nescit homo finē suū. & Aug. Maxima insania est hominē ærumnosam vitā ducentem in seipso mutabili carni & spiritui cōfidere, in qua cōfidētia fatua, pauci saluātur, de quo Psal. 15. Nō cōgregabo cōuenticula eorū de sanguinibus. Quod exponēs Ber. di. de

ſanguinibus,i.qui in peccatis perdurāt,nō magnas multitudines taliū cōgregabo,nec ingētes aceruos colligā in regno meo.Quia in omni ſcriptura canonica vnū tantùm inuenies extrema illa pœnitentia ſaluatū in hora dominicæ paſſionis.O quàm fatuum eſt præſumptuoſum in extrema neceſſitate ſub vnius horæ momēto omnia ad mentē reuocare & in cōfeſſione exprimere.Ideo Aug.in can.de pœn.d. 7.nullus.Nullus expectet, quouſq; peccare nō pōt.Nā non neceſſitas,ſed arbitrij libertas reſpicitur à Deo gratia ſua cooperāte,iuxta illud Aug.Iuſtificatur homo nō per liberā voluntatē,ſed per Chriſti gratiā,nō ꝙ ſine volūtate & arbitrio noſtro fiat:ſed non eſt ex libero arbitrio cauſante, ſed tātùm cōſentiēte.Liberātur homines à malo ſola gratia,& perducūtur ad bonū.O quot ſunt tales prꝗſumptuoſi,de q̄bus Eccl.8.Sūt impij,qui ita ſecuri ſunt,quaſi iuſtorū facta habeāt,de bono fine ſperātes & malā vitā ducentes,cùm tñ ſit in dubio,vt ſcribitur Ioël.2. Quis ſcit,ſi conuertatur & ignoſcat deus?Idcirco talis præſumptuoſa fiducia nō eſt habenda,eò ꝙ dicit Greg.Timendū eſt,ne dum quis expectat miſericordiā,inueniat iudiciū & iuſtitiā.Tertiò, fiducia eſt vana & defectuoſa,vt qui in trāſitoriis mūdi cōfidūt, vt aliqui in ſapiētia.De quib.Aug.in Soliloq. Audiuimus & vidimus multos ſua ſapiētia cœlos aſcēdiſſe,& animas in abyſſos periſſe,ſicut philoſophi,qui ſciuerūt curſum planetarū, naturas creaturarū.De quorū numero fuit Ariſt.de quo dicit Aug.ſuper illud Pſ.140.Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorū.Omniū philoſophorū philoſophus ſedet in inferno, vbi eſt ſtridor dentiū & fletus oculorū.Ideo tales ſapientes mūdi hortatur Chriſtus,Luc.11.Vide ne lumen quod in te eſt,tenebrꝗ ſint.Nā multoties lumē ſapientiæ huius mūdi ꝑducit ad tenebras inferni,vt Architofel 2.Reg.17. Ideo hortatur etiam nos dominus, Ier.9.Hæc dicit dominus:Nō glorietur ſapiēs in ſapiētia ſua. Rationē dicit Apoſt.1.Cor. 3.Sapiētia huius mūdi,ſtultitia eſt apud deū.Ergo vana eſt fiducia ipſius cōfidētis in ſua ſapiētia. Itē aliqui cōfidunt in ſua potētia & opprimūt pauperes,dicētes illud Sap.2. Opprimamus pauperē iuſtū,& nō parcamus viduꝗ,&c.Sit fortitudo noſtra lex iniuſtitiꝗ.Circūueniamus iuſtū,quoniā inutilis eſt nobis & cōtrarius eſt operib.noſtris.Talis fuit Pilatus,Io.19.dicēs:Neſcis q̄a poteſtatē habeo crucifigere,& poteſtatē habeo dimittere te? De talib.Amos 6. Væ vobis qui

opulenti

opulēti estis in Siō & cōfiditis in monte Samariæ, i.in alta potētia, cùm scribatur Eccl.10. Omnis potētatus breuis vita: vt patet de Alexādro, qui paradisum intrare voluit. Et qd factū est? Datus est ei lapis qui antequā fuit coopertus terra pōderabat vltra omne pōdus auri & argēti, coopertus verò terra fuit leuior pluma. Et sic est potētia terrenorum. Isa.35. Cōfidis super baculū arundineū cōfractū. Itē aliqui confidūt in diuitiarū copia. Contra quos scribitur Prou.11. Qui cōfidit in diuitiis suis corruet. Fatuus mercator est, qui cōfidit in mercimoniis in via cōstitutis, dū nō sunt in domo. De quib. Baruch 3. Vbi sunt, qui argētū thesaurizāt & aurū in quo cōfidūt homines, & nō est finis acquisitionis eorū? Exterminati sunt, & ad inferos descēderūt, s. nudi & inopes, & alij loco eorū exsurrexerūt. Iob 27. Diues cùm dormierit, nihil secū afferet. Idcirco talis fiducia meritò est vana & defectuosa, q̄a scribitur Eccl.1. Vidi cūcta quę fiūt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Et si vniuersa, qd tūc cōsequimur: subdit ibi.c.2. Quid p̄dest homini de vniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? Resp. Cūcti dies eius laboribus & ęrūnis pleni sunt. Nā omnes diuitię, potētię & sapiētiæ huius mūdi telæ aranearū cōparātur de quib. Isa.49. Nō est qui inuocet iustitiā, neq; est qui iudicet verè, sed cōfidūt in nihilo & telas araneę texuerunt, & telę eorum non erunt in vestimentum, nec operientur operibus suis, opera eorum opera inutilia, &c. Quarta fiducia est falsa & mēdatiosa, cùm q̄s sperat quod futurū nō est, s. longā vitā quā quis sibi blāditur, dicēs: Adhuc iuuenis es, lōgo tēpore habes viuere, vtere bonis & iucūdis in tēpore iuuētutis: de quo Sap.2. Nō prætereat nos flos tēporis, coronemus nos rosis antequā marcescāt, nullū pratū sit quod nō pertranseat luxuria nostra, nemo nostrûm exors sit luxuriæ nostræ, vbiq; relinquamus signa lætitiæ. Quasi diceret, & in senectute cōuertemur. Talibus dicit dominus, Ier.7. Nolite cōfidere in verbis mēdacij. Et sequitur: Ecce vos cōfiditis vobis in sermonib. mēdacij, quę nō proderūt vobis: nā qui cōfidūt se diu viuere, & in hac fiducia licētius peccāt, spē suā ponere dicūtur in mēdacio, q̄a inter mille homines vnus nō tam diu viuit quādiu se viuere posse sperat. De hac fiducia dicitur Sap.5. Spes impij quasi lanugo est quę à vēto tollitur, & tāquā spuma gracilis, quæ à p̄cella dispergitur, & tāquā fumus qui à vēto diffusus est, &

tanquá memoria hoſpitis vnius diei prætereũtis. Sicut eñ illa quatuor ſunt vana & inutilia & vaniora eſſe nõ poſsũt, & velociter euaneſcũt:ſic illa fiducia de longa vita. Iſa. 39. Dũ non ſperatur veniet cõtritio eius,& 1. The.5. Cùm dixerint pax & ſecuritas, tũc repẽtinus eis ſupueniet interitus. Propter qđ hortatur nos Aug. di. Nemo de corde ſuo pręſumat,nemo de ſuis virib.cõfidat,qa nemo ſecurus in hac vita,quę tota tẽtatio nominatur. Nã homo in hac vita eſt ſicut in domo aliena. Ideo Ber. Nõ eſt cõfidẽtię, ſed perfidiæ in ſeipſo cõfidere:qualẽ cõfidẽtiã habuit diues ille cuius ager fructus vberes attulit, & dixit animę ſuę:Anima mea habes multa bona repoſita,&c. dictũ eſt ei, Stulte hac nocte repetẽt animã tuã à te,quæ autẽ paraſti cuius erũt? Et ſic continget omnib. qui fiduciã ſuã in his mẽdaciis ponũt:de quibus Aug. O inſenſati filij hominũ quãdiu dicitis cras,cras? coruina voce dęũ decipere cupiẽtes,quare nõ modo,& quare nõ ſtatim? an neſcitis & nõ intelligitis qa cras nihil eſtis? vel cras minus quã hodie poteſtis? Greg. Qui hodie aptus nõ eſt,cras minus aptus erit. Nã qui veniã ſpopõdit pœnitẽti,peccãti diẽ craſtinũ nõ promiſit. Ideo Prou. 12. Qui cõfidit in cogitationib. ſuis, impiè agit. Has quatuor fiducias immittit angelus Satanę cordib. ſtultorũ, cuius immiſſioni cõſentire nõ debemus,ſed diuinę inſpiratiõi. Pro. Habe fiduciã in dño ex toto corde tuo,& ne innitaris prudẽtię tuę. Ratio Iſa. 57. Qui habet fiduciam mei, hæreditabit terram. Quinta fiducia eſt ſancta & virtuoſa, cùm homo oẽs priores abiicit & cõtẽnit,in ſolo deo fiduciã ponit. De qua dicitur Pſ. 2. Beati oẽs qui cõfidũt in domino. Ratio,qa ſperantes in eũ ſua fiducia nõ fraudãtur. De quib. Pſ. 36. Spera in eo,& ipſe faciet,&c. Eccl. 2. Reſpicite filij nationes hominũ,& ſcitote qa nullus ſperauit in dño & cõfuſus eſt. Quis enim permãſit in mãdatis eius & derelictus eſt? Hinc Iob 4. Recordare obſecro te qs vnquã innocẽs periit, aut quãdo recti deleti ſunt? Nã quãtò fiducia talis in deum eſt fortior & audacior, tãtò ſecurius & abũdãtius quis impetrabit qđ ſperat:de quo Ber. Tãta eſt abũdãtia pietatis, vt quãtũ ſinũ fiducię expẽdere poſſumus,tãtũ accepturi erimus. Ideo Ier. 17. Benedictus vir qui cõfidit in domino & erit dominus fiducia eius. ¶ Pro quo ſciendũ,cõfidere debemus in deo de quatuor. Primò,de tẽporali prouiſione,ſecũdò,de peccatorum remiſſione,tertiò, de tẽtationũ receptione, quartò, de

bono

bonorũ remuneratione. Dixi primò habere debemus fiduciã in Deo de tẽporali sustẽtatione. de qua Ps.54. Iacta cogitatũ tuũ in dño,& ipse te enutriet.& Ier.17.Qui cõfidit in domino,erit tanquã lignũ quod trãsplantatur super aquas, quod ad humorẽ emittit radices suas,& nõ timebit cùm venerit ęstus.Sicut eñ ex aquis lignũ trahit humorẽ:sic deus administrat victũ & amictũ vniuersis,1.Pet.5.Omnẽ solicitudinẽ vestrã proiiciẽtes in eum:nam ipsi cura est de vobis. Ipse est qui dicit,Mat.6.Nolite soliciti esse,&c. Cõsiderate lilia agri,&c.Istã fiduciã prouidẽtiæ debemus capere ex tribus.Primò,ex paterna cõditione:ad patrẽ eñ pertinet prouidere filiis suis:sicut dixit discip.suis,Mat.6.Scit eñ pater vester,quia his omnib.indigetis. Et Luc.10.Si ergo vos cũ scitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, &c. Et Psal. 102.Quomodo miseretur pater filiorum,misertus est dominus timẽtibus se.Secundò,fiduciã prouidẽtiæ debemus recipere ex priori euẽtione,quia Deus prius sustentauit in se confidentes,vt Heli.3.Reg.17.Quem pauit per coruum,qui attulit ei panes & carnes circa torrentẽ Carith, & torrente exiccato sustẽtauit eũ dominus per mulierẽ in Sarepta Sidoniorũ,dicẽs:Præcepi eñ mulieri viduæ,vt pascat te. Vbi hydria farinæ nõ defecit,nec lechytus olei.Sic similiter pauit filios Israel.Exo.16.Deficiente farina de Aegypto dedit eis mãna de cę.de quo Sap.16.Angelorũ esca nutriuisti populũ tuum.Tertiò,fiduciã prouidẽtiæ debemus recipere ex liberalitatis dispẽsatione, quia nõ solùm rationalibus sed etiã irrationabilibus animalibus prouidet.Mat.6.Respicite volatilia cęli,quomodo nõ serũt neq; metunt,neq; congregãt in horrea, sed pater vester cęlestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? ista fiducia tollit diffidẽtiã superfluæ prouisionis & solicitudinis,cũ dicitur per Psal.144. Aperis tu manũ tuã,&c. Psal.135. Qui dat escã omni carni. Ipse eñ est,de quo 1.Re.2.Dominus pauperẽ facit & ditat. Ideo Pro.11.Qui cõfidit in diuitiis suis,corruet,s.in defectũ paupertatis ex diuina permissione.Et secundũ Amb.Dedecus est homini curare de cibo qui militat Dei regno.& Raban.Nimia solicitudo cupiditatis facit vt careamus necessariis.Secundò,debemus cõfidere in domino fiducia venię de peccatorũ remissione.De qua subdit in textu : *confide fili: remittuntur tibi peccata tua.* Istam fiduciã debemus recipere ex tribus.Primò ex domini incarnatione,quia di.Aug.Qui fecit

cit hominē,factus eſt homo,ne periret quod fecit: nā propter peccatores incarnatus eſt.De quo 1.Tim.1.Chriſtus venit in hūc mundū peccatores ſaluos facere.& Mat.9.Nō veni vocare iuſtos,ſed peccatores.Et hoc debet nobis eſſe magna cauſa fiduciæ veniæ,quia ſecūdū Aug.Si homines perire voluiſſet,de cœlis ad terrā nō deſcēdiſſet.Et Luc.9.Filius hominis nō venit animas perdere,ſed ſaluare. Secūdò,iſtā fiduciā veniæ debemus recipere ex innata miſeratione.De quo Greg.Deus cuius propriū eſt miſereri ſemp & parcere. De quo di.Mat.9.Miſericordiā volo & nō ſacrificiū.Nā ſecundū Aug. Pronior eſt ad miſerādū & ad dādū,quàm nos ad recipiendū.Tertiò , fiduciā veniæ debemus recipere ex patiēti expectatiōe.Iſa.30. Propterea expectat dn̄s vt miſereatur veſtri.Ideo hortatur nos Apoſt.Heb.4. Adeamus cū fiducia ad thronū gratiæ eius.Hāc fiduciā non habēt deſperātes,vt Cain in Gen.4.Maior eſt iniquitas mea, quā vt veniā mereatur.De quo Ber.Mētiris Cain,maior eſt Dei miſericordia,quā quæuis noſtra miſeria.Ideo tales ſunt maledicti.Eccl. 2.Væ diſſolutis corde,q̄a nō credūt Deo:ideo non protegentur ab eo.Nā di.Aug. ſuper Io.Solū deſperationis crimē mederi nō poteſt.& Amb.Nō poteſt agere pœnitentiā,qui nō ſperat indulgētiā.Quapropter hortatur nos Ber. di.Corrige teipſum,& ſpera indulgētiā,nulla eſt culpa quę nō habeat veniā.Tertiò,debemus habere in Deo fiduciam de tētationū ereptione.De quo Pſ.90.In me ſperauit,liberabo eū, &c.Et iterū ibidē:Clamauit ad me, & ego exaudiā eū:cū ipſo,&c.Hāc fiduciā debemus capere ex trib. Primò, ex hoſtiū deſperatione.Io.16.Cōfidite quoniā ego vici mūdū,& nō ſolū mundū vicit,ſed etiā diabolum.Io.12. Nunc princeps huius mūdi eiicietur foras:ita ꝙ dicit Hier. Debilis eſt hoſtis,nō poteſt vincere niſi volentē.Secūdò,ex adiutorij diuini promiſſione.De quo Heb.13. Ipſe dixit,Non te deſerā neq; derelinquā: nā cœlum & terra tranſibūt, verba eius nō trāſibūt.Luc.21.Ideo cōfidēter cū Pſ.117. dicamus: Dominus mihi adiutor,nō timebo quid faciat mihi homo. Tertiò,illā fiduciā debemus recipere ex diuinę bonitatis diſpoſitione.Nā tāta eſt Dei bonitas,ꝙ mēſurat pōdus tribulationis ſecūdū vires vniuſcuiuſq; hominis.De quo 1.Cor. 15.Fidelis deus qui nō patietur vos tētari ſupra id q̄d poteſtis,ſed faciet etiā cū tētatione prouētū,vt poſſitis ſuſtinere. Quartò,debemus cōfidere in dn̄o, in fiducia glorię de oīm

bono

bonorum remuneratione. De qua Heb.10.Nolite amittere cõfidentiã vestrã quæ magnã habet remuneratione.De qua Sap.3.Qui cõfidunt in illo, intelligẽt veritatẽ,s.illã,de qua Ioã.14.Ego sum via,veritas & vita,via in exilio, veritas in promisso,vita in præmio.Hãc fiduciã gloriæ debemus reci pere ex tribus.Primò,ex cõuẽtione.Nã cõuenit nos ꝑ dena rio,diurno,&c.Mat.20.Conuẽtione facta ex denario diurno,&c.Quia dicitur Sap.3.Bonorũ laborũ gloriosus est fru ctus.Secũdò,ex prophetica ꝓmissione.De qua Psal.83.Gra tiã & gloriã dabit dominus.Et Isa.64.Oculus nõ vidit,&c. Tertiò,fiduciã gloriæ debem⁹ recipere ex Christi passione. De qua Heb.10. Habemus fiduciã in introitu sanctorum in sanguine Christi.Greg.Præmiũ virtutis erit ipse,qui dedit virtutẽ. Idcirco nõ in nostris meritis,sed in meritis passionis Iesu Christi debemus confidere,vt possimus saluari. De quo Ber. Dñe scio me nequaquã posse peruenire ad te,nisi adiutus à te.¶Nota,vt nostra cõfidẽtia in Deum habita nõ frustretur,ad hoc requirũtur septẽ.Primò,requiritur, vt ha beam⁹ puritatẽ cõsciẽtiæ.Nã citat⁹ ad iudiciũ nõ vadit cũ fiducia,si sentit se iniustũ:sed si iustũ se sentit,vadit secur⁹. 1.Io.3.Si cor nostrũ nõ reprehẽderit nos,fiduciã habem⁹ ad deũ.De quo Sene.Nihil ita timidũ facit animũ sicut reprehẽsibilis cõsciẽtia.Sed consciẽtia purã causat securitatem. Sap.17.Cũ sit eñ timida nequitia,data est in omniũ cõdẽna tionẽ.Secũdò,asperitatẽ pęnitẽtiæ. Si eñ laborantes otiosi stetissẽt in vineã missi,nõ securè postularẽt pretiũ.Mat.20. Voca operarios,&c.Nã operãtibus datur præmiũ.2.The.3. Si quis nõ vult operari,nec mãducet.Psal.127.Labores ma nu.tua.&c.Magi.in 3.d.26.dic.Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis proueniẽs ex Dei gratia & meritis pręcedẽtib⁹.Nã sine meritis sperare,nõ est spes sed præsumptio. Ideo Psal.36.Spera in dño.& fac bonũ.Gre.Dũ opus perfici tur,præmij fiducia crescit. Tertiò, vt fiducia nostra non sit frustranea,habere debemus pietatẽ eleemosynæ. nã aduenieẽte dño dũ nõ inuenit hospitiũ apud te,quid faciet cũ veneris ad eũ?Dicit eñ Chry.super Mat.Quid à deo recipies, cũ deo nihil dedisti?Sed dicet tibi,Esuriui & nõ dedistis mi hi mãducare:hospes erã,& nõ col.me.Ite maledicti in ignẽ æter.Ideo hortatur nos Saluat.Lu.6.Date & dabitur vobis: nã donũ eleemosynæ operabitur fiduciã gloriæ.Tob.4.Fiducia magna erit corã summo Deo eleemosyna. Quartò,
debe

debemus habere charitatẽ beneuolẽtię, nã homo cõfidit de amico, nõ de inimico. Ideo 1. Io. 4. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscũ, vt fiduciã habeamus. Gre. Qui plus diligit plus præsumit. Est cm̃ naturale, ꝙ animalia quæ abũdant in calore, sunt audacia, vt canes & leones: sed animalia frigida sunt pauida: vt lepores & catti. Philos. in Ethi. Senes pusillanimes sunt & malæ spei, econuerso verò iuuenes sunt magnanimes & bonæ spei ꝑpter calorẽ. Et sic habẽtes charitatis calorẽ magna possunt de Deo confidere, vt Maria & Martha cõfisæ sunt de suscitatione Lazari. Io. 11. Dñe, ecce quẽ amas infirmatur. Nã sine charitate nõ est habẽda fiducia gloriæ. Vnde Ambr. Sicut sine via nullus peruenit quo tẽdit, sic nec sine charitate. Ber. Charitas audet magna petere, & ad Deũ suã fiduciã eleuare. Quintò, debemus habere timiditatẽ reuerentiæ. Nam ciuitas quę semper rebellis est dño, & nõ timuit eũ, nec obediuit ei, nõ potest habere fiduciã alicuius honoris, siue doni: sic illi qui non sunt timẽtes Deũ: quia scrib. Prou. 14. In timore dñi fiducia fortitudinis. Et Ps. 144. Voluntatẽ timentiũ se faciet, &c. Ideo hortamur Eccl. 2. Qui timetis dñm, sperate in illũ, & in oblectationẽ veniet vobis misericordia. Sextò, debemus habere studiositatẽ doctrinæ. Nã scholaris qui nescit doctrinã magistri, non habet fiduciã eũ accedendi. Ideo docemur Pro. 22. Appone cor tuũ ad doctrinã meã. Et sequitur: Vt sit in dño fiducia tua. Dicit enim Saluator Luc. 9. Qui me erubuerit & meos sermones, hũc filius hominis erubescet. Septimò, habere debemus firmitatẽ perseuerãtiæ. Nã miles qui nõ fugit de prælio, si firmiter stetit, fiducialiter ad dominũ redit, & sic homo perseuerãs in bono. Ad quod hortamur, 1. Io. 2. Manete in eo, vt cùm apparuerit, habeamus fiduciã, & non cõfundamur ab eo in aduẽtu eius. Nam scrib. Luc. 9. Nemo mittẽs manũ suam, &c. Sed qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Matt. 10. & 24. Ideo Greg. In cassum bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur.

¶ *Quæ præsidia præmuniant hominem ne succumbat vel abducatur peruersis cogitationibus.* ENARRAT. II.

V*T quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Mat. 9. ¶ Ista est secunda pars principalis istius Euangelij in qua innuitur manifestatio diuinæ virtutis, nam nostra cogitatio ortum habet à sensu. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur. Et sic Christus in eo ꝙ propalauit

lauit cordiales cogitationes, manifestauit diuinã virtutẽ: quia ꝑtinet ad Deũ cognoscere cogitatiões.1.Re.16.Homo videt ea quæ parent,Deus autẽ intuetur cor.Ideo ad ostendẽdum se verũ Deum arguebat cordiũ cogitationes,dicẽs: *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Hiero.ad Demetriadem virg. Est tutissimũ atq; perfectũ,vt animus assuescat discernere cogitationes suas, vt bonas alat, malas occidat: quia fons boni cogitatio bona,fons mali cogitatio mala.¶ Notandũ cogitationes esse multiplices. Primò, sunt otiosæ & neglectæ,quæ dormiẽte ratione præter intentionẽ nostram in corde diuersis imaginationibus volutãtur.de quo Ps.93. Dñs scit cogitationes hominũ,quia vanæ sunt.Istę sunt abiiciẽdæ,nec in eis diu est morandũ,quia dicit Ber.Tã facilè est eas reiicere sicut recipere in anima,& sunt repellẽdæ. Primò,quia inutiles.Isa.59.Cogitationes eorũ cogitationes inutiles. Secũdò,sunt repellẽdæ,quia causant perditionem tẽporis,quia di.Cassio.super illud Psal.39.Et cor meũ dereliquit me.Quocũq; tẽpore nõ noueris te de Deo cogitasse, illud tẽpus cogita te perdidisse.Tertiò,si homo moratur in eis,trãsferũt ad turpia.Vnde Ber.Dũ otiosa tanquã minima nõ spernimus,interdũ labimur ad turpia & inhonesta.Ideo Hier.Nũquã vagis cogitationibus pateas,quæ si in animo sederint,dominabũtur tui,& adducent te ad delictũ maximũ.Diabolus enim in expugnatione animæ vtitur duplicibus instrumẽtis, s.paruis & magnis:perpẽdit nanque quòd grossam suggestionẽ non reciperes.Ideo sicut paruulus latrũculus per fenestrã mittitur,vt maioribus latronibus seras apperiat:ita diabolus paruas cogitationes immittit,& si illæ per negligentiã admittũtur,trahũt mentẽ ad malũ cõsensum.Ideo ille dicitur beatus,qui statim dũ incipit cogitare turpia,interficit cogitatus.Psal.136.Beatus qui tene.& alli.par.su.ad pe.¶Secũdæ cogitationes sunt criminosæ, & infectę,s.qñ sunt de his quę in se sunt peccata mortalia.De his est distinguẽdũ,quia fiũt multis modis.Primò,sine omni delectatiõe quasi vẽtus flãs & sine cõsensu:& sic nullũ causant damnũ,sed ꝑ resistẽtiã homo meretur. De quo Gre.in Mor.Tũc ad summã perfectionẽ pertingimus cũ cogitationes superfluas à mẽte resecamus:quia nõ est nostri arbitrij cogitationis prauę suggestionem peruenire,sed diaboli est malũ suggerere,nostrũ nõ consentire.Secũdò,tales perueniũt vsq; ad delectationem sine consensu,& sic est veniale.

De

De quo Hugo: Cogitatio mentē nō polluit: sed si delectatio conscientiā corrūpit, facit peccatū mortale. Tertiò, tales cogitationes perueniūt ad cōsensum, vno modo ꝙ vult in delectatione voluptari, licet nō vult in opus procedere, & sic est mortale, maximè in peccatis carnalibus, secūdum Aug. quia spōte cōtra rationē admittit, quod secūdum rationem expellere debet. Attamen dicit Hugo de arca Noë, ꝙ talis cōsensus est duplex. Aut subditus sine deliberatione & à sola surreptione & à primo motu, & talis surreptio est veniale peccatū. Alius cōsensus est in delectatione motuū & deliberatione, & sic est mortale, & aggrauatur cùm intēdit in opus. De tali scri. Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant à Deo: & multiplicces sunt secūdū multiplicitatē vitiorū. Aliquæ rācorosæ, vt cogitatio Saul, qui cogitauit Dauid tradere in manu Philisthinorū, 1. Re. 19. & cogitatio filiorū Iacob cōtra fratrē Ioseph, Gen. 37. Qui cū vidissent eū, cogitauerūt eū occidere. Isti fuerūt homicidę mētales. Aug. Gladiū nō eduxisti, & proximū occidisti. Itē aliquæ sunt ambitiosæ. Ista cogitatio intrauit in Apostolos, Luc. 22. Facta est contētio inter eos, quis eorum videretur maior. Dicit Petr. Blesen. Ambitio est quędā simia charitatis. charitas patiens est pro æternis: ambitio patitur omnia ꝓ caducis. charitas benigna est pauperibus: ambitio diuitibus. charitas omnia suffert ꝓ veritate: ambitio ꝓ vanitate omnia credit, omnia sperat, sed lōgè dissimili modo: hęc ad gloriā huius vitę, sed illa, s. charitas ad gloriam sine fine. Isti, s. ambitiosi in vigiliis, in periculis maris ac latronū, in mortib⁹ frequēter sunt martyres seculi in curiis dominorū. Isti verò in charitate ꝑ multas tribulationes intrant in regnū cęlorū. Ista cogitatio ambitiosa ex angelo fecit diabolū, prout ambitio capitur ꝓ desiderio vanæ gloriæ. Itē aliquæ sunt auaræ & cupidę cogitationes: vnde Aug. Res quā desideras muscipula est, tenes obolū, tēneris à diabolo. Posito etiā ꝙ solùm intētionē spoliādi habeas, & nō cōsequeris. De quo Hier. in can. 14. q. 6. fur. Nō eñ quod furto ablatū est, sed mēs furātis attēditur. Itē aliquæ sunt voluptuosæ, s. de voluptate carnis. De quib. Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescētia sua, i. ex quo corrupta fuit in primis parētibus, certè modicū meliorata est in suis posteris, Albert. Si super carbonē cādelę extinctæ, non tamen omnino mortificatæ, quin aliquis ignis remaneat, suprà proiicitur tenuis

nuis puluis sulphuris, reaccenditur: sic moraliter quantũcunq; homo in se flãmas voluptatis extinxerit, semper tamẽ manet igniculus nõ mortificat⁹, hoc est fomes carnalis cõcupiscentiæ, qui totaliter in vita extingui non potest. Ideo summopere cauendũ est, ne suprà proiiciatur tenuis puluis sulphuris. Sulphur calidũ, fœtidũ, & tenax est, & designat luxuriã: & puluis tenuis huius sulphuris est cogitatio morosa de circunstãtiis & delectationibus cauendũ est vnicuiq; pœnitenti ne de eisdẽ cogitationes recordatiuas admittat, qa secundũ Aug. ad Demetriadẽ virginẽ: Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare: eò ꝙ dicit Gre. 35. Mora. Sępe mẽs ita in recordatione culpæ exuritur, vt ad perpetrationẽ illius lõgè grauius, q̃ prius capta fuit, vrgeatur. Ideo Deut. 15 Caue, ne fortè surrepat tibi impia cogitatio. Attamen surreptio adhuc nihil est, sed mora, Ier. 4. vsquequo morabũtur in te cogitationes noxiæ? Vbi Gre. 27. Mora. Nõ reprehẽdit cur veniũt, sed cur morãtur. Nã in bono corde quandoq; veniũt cogitatiões illicitæ, sed morari ꝓhibẽtur. Ideo Hier. ad Eustochiũ: Dũ paruus est hostis interfice eũ. Et Isa. 1. Auferte malũ cogitationũ vestrarũ ab oculis meis. Et hoc multis de causis. Primò, quia cor inquinat, quod est nobili⁹ in homine, quia Deus habitat in eo. 1. Reg. 7. Pręparate cor da vestra dño. Et Prou. 23. Præbe fili mi cor tuũ mihi. Hinc est, ꝙ dato ꝙ in malis cogitationibus nullũ sit peccatũ, tamen propter nobilitatẽ cordis dedignari debet homo cor suũ fœdis cogitationibus deturpare, exẽplo illius gentilis Senecæ, qui dicit, Si scirẽ deos ignoscituros, &c. Quod considerans propheta petiit in Psal. 50. Cor mundũ crea in me Deus. Secundò, quia catenã infernalẽ parant. De quo Gre. Ex cogitatiõe nascitur delectatio, ex delectatione affectio, ex affectione consensus, ex cõsensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione defensio, ex defensione gloria, ex gloriatione æterna dãnatio. Ecce quantũ malũ inducũt cogitationes malæ. Hiero. Peius est in corde per meditationẽ peccare, q̃ per præcipitationẽ in opere. Tertio, quia domiciliũ diaboli præparãt, cõtra quod Apost. Eph. 4. Nolite locũ dare diabolo. Locus enim diabolo datur per fœdas cogitationes & immundas, in quibus ipse immundus spiritus delectatur, & per eas sibi homo obligatur. Vnde Grego. in Moral. Licet reproborum mentes non semper diabolum sequuntur in opere, valde

tamē illi se obligāt in cogitatione. Sic ecōtra per bonas cogitationes præparatur locus in corde nostro. Iuxta illud 1. Reg. 2. Ipsi præparātur cogitationes, gl. bo. Quartò, q̄a malæ cogitationes cū malis delectationibus faciūt in homine infernū. Nā vbi est diabolus, ibi infernus. sic ecōtra vbi est Deus, ibi est cœlū. Quia igitur diabolus habet domicilium in corde polluto malis cogitationibus, sicut dictū est, ergo quodāmodo facit ibi infernū. Quia sicut in inferno est ignis sic in corde tali est ignis ardētis cōcupiscentiæ fœtor luxuriæ, vermis remordētis cōsciētiæ, tenebræ obscuratæ intelligētiæ. Vnde Ps. 68. Obscurētur oculi eorū ne videant. Sicut em̄ stercus hirundinis excæcauit oculos Tobiæ, sic stercus diaboli malarū cogitationū oculos cordis excæcat, ne videāt lucē boni, q̄a lux gratiæ spiritussancti aufertur p̄ malas cogitationes. De quo Ber. Sicut repellere à se spiritum s. nō est in voto cogitātis, sit tñ ex culpa negligētis. Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictū, & aufert se à cogitationib' quæ sunt sine intellectu. Quartū malū est, ꝙ malæ cogitationes hominē gratia Dei priuāt. Vnde postquā diabolus misit in cor Iudæ, vt traderet Deū, perdidit omnē gratiā irrecuperabiliter: sic & alij peccatores quāplures etiam irrecuperabiliter ꝓpter malas cogitatiōes, ꝑdūt gratiā. Nā multi habēt à deo spirituales gratias deuotionis & diuinæ dulcedinis in oratiōe & meditatione, quas ꝑdūt quādoq; p̄ malas cogitationes. Ecc. 10. Muscæ moriētes perdūt suauitatē vnguēti. Muscæ sunt cogitatiōes volatiles & vagę quę tūc sunt moriētes, qñ ad instar cadaueris mortui putrescūt in corde. Et istæ muscæ perdūt suauitatē vnguenti, i. omnis deuotionis & gratiæ, quia deuotio per spiritūsanctū vncta est. Vnde meritò arguit malas cogitationes, di. *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Sed dic. Quibus cautelis debet se q̄s à malis cogitationibus præmunire? Respō. Primū est timor dñi, videlicet vt homo imaginetur semper Deū præsentem esse & videre secreta cordis. Multa em̄ peccata operis cauētur propter timorē hominū, ne hominibus innotescāt, multò magis ꝓpter deū, q̄ omnia videt. Pro. 15. Per timorē Dñi declinat omnis à malo. Et Ecc. 1. Timor dñi expellit peccatū. Secundū est, ꝙ deprimendi sunt oculi. De quo Greg. Vt mens sit mūda à cogitatione, deprimēdi sunt oculi quasi raptores ad culpā. Oculi enim sunt prima tela libidinis, nam aspectus mentem & cor vulnerat. Thre. 3. Oculus meus depræda

prædatus eſt animã meã.Ideo docemur Eccl.9.Auerte faciẽ tuã à muliere compta.Ideo Iob.31. Pepigi fœdus cũ oculis meis,ne cogitarẽ de virgine.Vbi Gre.Non enim Eua lignũ tetigiſſet,niſi prius incauta reſpexiſſet.Tertiũ eſt fuga otij, de qua Hier.Sẽper aliquid boni operis facito,&c.nõ enim facilè capitur à diabolo,q ſedulò vacat bono exercitio.Vnde legitur in Vita patrũ:Qui eſt occupatus aliquo bono exercitio habet vnũ dęmonẽ eũ tentantẽ:ſed qui eſt otioſus, habet mille dæmones eũ tentãtes.Sed ſciendũ,ꝙ malę cogitatiões ꝑ quinq; expellũtur,quæ intelligũtur per quinq; digitos in manu per quã homo expellit à ſe inimicũ volẽtẽ eũ lædere in corpore.Primũ eſt memoria mortis.Aug.Nihil ſic reuocat à peccato quã frequẽns mortis meditatio.Secũdũ eſt memoria paſſionis Chriſti.Aug. Totus nobis figatur in corde,q pro nobis fixus eſt in cruce.Tertiũ eſt memoria extremi iudicij,vbi reddituri ſumus rationẽ de cogitationibus noſtris.Sap.1. In cogitationib' impij interrogatio erit. Quartũ eſt pœna dãnatorũ. Iſid.in Synodis:Intende anima mea quaſcũq; pœnas ſeculi,quoſcũq; tormentorũ dolores gehẽnæ & opera,hoc totũ leue eſt qđ pateris.Hie.Tanta in inferno eſt vis doloris,ꝙ mẽs ad aliud dirigi nõ poterit,niſi quò vis doloris impellit.Quintũ eſt gloria beatorũ,de quo Pſ.89.qm̃ mille anni ante oculos tuos,tãquã dies heſterna quæ præteriit. Vnde ꝓ concluſione illius ſermonis cauere nos debemus à malis cogitationib',& ſi incidãt,eas immediatè expellere debem'.Cæſarius:Incipiamus bonas cogitatiões diligere,& ſtatim ab illis,quę malę ſunt nos dignabitur dñs liberare.❡Tertię ſunt cogitatiões periculoſæ & nõ rectæ,vt quidã cogitãt dę lõga vita,& velle in ſenio pœnitere,vt diues,Lu.12.Lętare anima mea,&c.Cõtra quos Ecc. 5.Ne dixeris,eſt mihi ſufficiẽs vita,&c.q̃a dicit' Iac.4.Quæ eſt vita veſtra?vapor eſt ad modicũ parens. Ideo Pſ.20.Cogitauerũt cõſilia,quæ nõ potuerũt ſtabilire.Tales ſunt iſti, de quib' Sap.3.Dixerunt impij, cogitãtes apud ſe nõ rectè. Venite,fruamur bonis,&c.Subdit, Hæc cogitauerũt & errauerũt in voluptatibus ſuis. ❡Quartæ ſunt cogitationes cõmodoſæ rectæ:vt ſunt illæ,quæ ſunt de neceſſariis vitæ, ſine quib' ſubſiſtere nõ valem'.Et dicuntur tam diu rectæ, quãdiu non excedunt limites neceſſitatis, ſ. tẽpore & loco. Quia dicitur Ecc.3.Omnia tẽpus habent:quia ſi in loco incõgruo,id eſt,in oratorio,& tẽpore incongruo,id eſt,tẽpore

orationis in cordibus versantur, erunt maximè noxiæ. Et ideo reprimendæ, exemplo Abrahæ Gen. 15. qui aues hora oblationis, quæ ipsum impediebant, abigebat. ¶ Quintæ sunt cogitationes virtuosæ & perfectæ, quæ ab omnibus his expeditæ, cōuersantur, vel in suis defectibus humiliter vel in dei beneficiis dulciter: vel se erigunt ad Deum fortiter, contemplantes cœlestia & diuina. De quibus Sap. 5. Cogitationes eorum apud altissimum. Habes quomodo Deus hominem super omnia dilexit, scilicet super omnes creaturas corporales, super angelos, & super seipsum. Et quando homo cogitat talia beneficia dei, incitatur ad dilectionem Dei & proximi, quam nobis, &c.

¶ Dominica x x. post Trinitatem.

De impedimentis atque supplicus eorum qui ad spirituales nuptias inuitati vel omnino venire dedignantur, vel indigna veste accedunt.

ENARRATIO I.

M*Vlti sunt vocati, pauci verò electi.* Mat. 22. ¶ In summa euangelij tria innuūtur. Primò, gratiæ præparamentū: secundò, misericordię impedimentū: tertiò iustitiæ cōplementum. Primum patet in principio. Secundū ibi: *Nolebāt venire.* Tertium ibi: *Rex autem cū audisset, iratus est.* De primo dicit: *In illo tempore*, s. feria tertia post palmarū, cùm loquebatur turbis Iudæorū & Scribis in parabolis, tunc dixit eis hāc similitudinē: *Simile est regnū cœlorū*, i. militans Ecclesia in qua habitat deus per gratiā, *homini regi*, i. deo patri. Qui dicitur homo ratione misericordiæ exhibitæ generi humano, & rex ratione suæ iustitiæ: *qui fecit nuptias filio suo*, s. Christo, s. spirituales in coniunctione fidelis animæ per fidem. Vnde Ose. 2. Sponsabo te mihi in fide. Hæ nuptiæ celebrantur in peccatorum conuersione, vbi impletur illud 1. Cor. 6. Qui adhæret deo, vnus spiritus efficitur cum eo. De quibus nuptiis dicit Gre. Nuptiæ spirituales in luctu incipiunt, & ad gaudia perducūt. Nā de his nuptiis gaudet tota cœlestis curia. De quo Luc. 15. Gaudiū est angelis dei super vno peccatore pœnitentiā agente. Hæ nuptiæ celebrantur in thalamo conscientiæ tuæ, vbi anima desponsatur deo: quando proponis deo adhærere firma dilectione, & non resistere. Et sic anima erit dei sponsa, de qua Sap. 8. Hanc amaui & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Reuera est amator sponsæ, i. animæ fidelis. Nam sicut zelotes terrenus pro puella quam

quã sibi cupit copulare, inter cętera quinq; facit, sic spõsus cœlestis. Primò, portat amore eius sertũ: & sic Christus amore animæ coronam spineã. Io. 19. Itẽ chirotecas depictas & calceos exscissos, i. vulnera manuũ cruẽtata, ac pedũ foramina pro anima tua tulit. Luc. vlt. Videte manus meas & pedes meos. Itẽ cingulũ depictũ, i. liuorẽ flagellorũ. Io. 19. Apprehẽdit Pilatus Iesum, & flagellauit. Itẽ vestes curiales, id est, purpurã Pilati & albã vestem Herodis portauit tibi ad amorẽ, sibi in opprobium & in illusionẽ tulit. Secundò, cantilenas amatorias canit, sic Christus cecinit, i. dixit in cruce non vnam sed septem omni instrumẽto musico dulciores, ad quarũ melodiã Sol in cœlo obscuratus est, latro in cruce cõuersus, Maria iuxta crucem turbata, terra tremuit, petræ scissæ sunt, velũ templi scissum à summo vsq; deorsum. De quibus Isa. 8. Zelus domini exercituũ faciet hoc. Tertiò, dat clenodia nobilissima: sic Christus dedit de corpore animã, de corde sanguinẽ, de latere aquã. Quartò, pro illa se fatigat, sic Christus laborauit torneamẽti amore, & adimpletũ est illud, Isa. 1. A plãta pedis vsq; ad verticẽ nõ est in eo sanitas, & seruabit cicatrices vsq; in diẽ iudicij, in signũ amoris tui. Quintò, pręparat ei balneum aromaticũ: sic Christus nos balneauit sanguine suo. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. O q̃ suauissimus odor illius balnei, qui recõciliauit iram patris. Rom. 5. Cùm inimici essemus, recõciliati sumus per sanguinẽ filij eius. Sextò, aures puellæ pulsat, rogans ministerialiter, tam per literas quàm per seipsum & nũtios: sic Christus fecit per literas veteris & noui Testamẽti, & per seipsum multipliciter in Euãgelio, & per nũtios, i. prædicatores, vt maneamus in eius dilectione. Io. 15. Manete in dilectione mea. Et Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: & sic hodie (vt subdit) *misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias*. Nota ad nuptias gratię vocat nos deus dupliciter, s. occultè & apertè. Primò, occultè mittit seruos, i. inspirationes. Vnde Aug. dei vocatio est occulta inspiratio. De qua scribitur Io. 4. Porrò ad me dictũ est verbũ absconditũ. Vbi Greg. in Moral. Verbum absconditũ est diuinũ inspiraculum. Et subdit: *Nolebãt venire*, id est, diuinum inspiraculum mente concipere. Iuxta illud Psal. 35. Noluit intelligere vt bene ageret. Hîc tangitur secunda pars illius Euangelij, in qua (vt dixi) innuit misericordiæ impedimentũ. Et est quintuplex. Primũ est propria

volũtas,quia dicit,*Nolebāt venire*, s.ex peruersa voluntate no lebant obedire.De qua Bern.Quid odit deus aut punit nisi propriā voluntatē?Tolle propriā voluntatē, & infernus nō erit.Habetur nāq; in can.56.dist.nasci. Nō in feminib⁹,sed in volũtate nascētis causa vitiorũ est atq; virtutũ. Voluntas bona est origo virtutis. Volũtas verò mala est origo vitij.Ideo hortamur. Eccl.18.Post cōcupiscētias tuas nō eas, & à volũtate tua auertere.Si præstas animæ tuæ cōcupiscētias ei⁹,faciēt te in gaudiũ inimicis tuis.Secũdò,vocat nos deus apertè,s.voce prædicatorum, Isa.58.Clama,ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuā,& annuntia populo meo scelera eorũ. De qua vocatione subdit in textu, *Iterũ misit alios seruos* i.prædicatores,di. *Dicite inuitatis,Ecce prandiũ meũ paraui*.i. corpus meũ per manus sacerdotis tibi tradendũ.O quā venerabile prandiũ est.Vnde Sap.16.Angelorũ esca nutriuisti populũ tuũ,s.in nuptiis gratiæ.*Tauri mei*,i.patres veteris Testamenti,qui cornu ventilabant inimicos. *Et altilia*, i. patres noui Testamenti, qui penna contemplationis alta petunt. *Occisa sunt*,i.peccatis mortui,quasi d. Patrum præcedentium mortē aspicite,& pro salute vestra cogitate, omnia parata sunt,*venite ad nuptias*, s.gratiæ. ¶Reuera omnia parata sunt. Primò,parata est scriptura,quæ docet quid fugere, quid facere debemus,Io.5.Scrutamini scripturas,in quibus putatis vitā æternā habere. Et illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me.Ideo Gre.super Eze.Qui viā vitæ desiderāt, verba vitæ audire debent.Et Ps.98.Tu parasti directiones,iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti,iudiciũ quod timendũ est, & iustitiā faciendā parasti in scripturis, de quo ad Rom.13. Quæcunq; scripta sunt,ad nostrā doctrinam scripta sunt,vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.Secundò,parata est dei misericordia, s.per passionē.Vnde Ber. Deficiente mihi sanctitate & iustitia succurrat mihi passio tua.De quo Apost.ad Tit.3.Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundũ suā misericordiam saluos nos fecit. Tertiò, parata est mensa. Ps. 22.Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Quartò, paratus est locus. Ioan. 14. Vado parare vobis locum. O quàm amœnus locus. Psalm. 22. In loco pascuæ ibi me collocauit.Vnde Ioan. 10. Ingredietur & egredietur & pascua inueniet, scilicet in regno cœlorũ.

De

De quo Lucę 22.Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pa ter meus regnū,vt edatis & bibatis ſuper mēſam meā in re gno meo.Et ſic omnia parata ſunt.De quo Chryſ.ſup Mat. Quicquid requiritur ad ſalutē,paratū eſt per eius mortem. Ideo in cruce dixit illud Io.19.Cōſummatū eſt,ſ.opus redē- ptionis ad ſalutē humani generis. *Venite ad nuptias*,q.d.Cùm tanta ſit inſtātia nuntiorū & pręparatio prandij & prouoca tio exēpli nequaquā debetis cōtradicere.Sed ſubdit:*Illi autē neglexerunt*.Ecce ſecundū impedimentū,in nuptiis gratiæ ne- gligētia.De qua Greg.Illi negligūt qui terrena appetūt,æ- terna nō intelligūt,intellecta cōtemnunt. De quibus Pſal. 105.Pro nihilo habuerūt terrā deſiderabilē,i.paruipendunt ad modicū curantes.De talibus dicit Greg. Quantū negli- gis,tantū decreſcis, & retrorſum vadis.Nā dicit Leo papa: Nō negligentibus,otiātibus & torpētibus, ſed laborātibus promittitur præmiū,cùm dicitur Matt.20. Voca operarios, non deſides & negligētes,& redde illis mercedē. Tertium impedimentū in nuptiis gratiæ eſt ſuperbia damnationis. De qua dicit, *Alij abierūt in villā ſuā*,terrenā appetēdo domi- nationem.De talibus dicit Greg.26.Moral.Qui de terrenis rebus ſuperbiūt,cœleſtis patriæ aditū ſibi claudūt.Nam via ad nuptias gratiæ & gloriæ eſt humilitas.Luc.14.Cùm inui tatus fueris ad nuptias,recumbe in nouiſſimo loco. Ratio, quia dicit Pſ.100. Non habitabit in medio domus meę qui facit ſuperbiā:& Hug.Superbia aufert homini deū,inuidia proximū,ira ſeipſum.Aufert Deū,quia Deus ſuperbis reſi- ſtit.Iac.4.Greg.Qui diligūt gloriā vanā, amittunt æternā. Quartū impedimentū eſt amor terrenorū bonorū per auari tiā,de qua ſubdit, *Alij abierunt in negotiationē ſuā*, ſ.cupidita- tis. Vnde Naum 3. Plures feciſti negotiationes tuas quàm ſtellę cœli ſint.Hi ſunt,quibus nimis prolixū apparet,quic- quid agitur in Eccleſia cātando & prędicādo,quorū eſt mēs circa terrena occupata magis quàm diuina.Vnde Greg Ma ledictū negotiū,per quod negligitur diuinū conuiuiū,quia inducit perditionē.de quo Eccl. 8. Multos perdidit aurū & argentū.& Mat.16.Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mū- dū lucretur,animæ verò ſuæ detrimentū patiatur? Aut quā cōmutationem dabit homo pro anima ſua? ſ.in hoc ꝙ lu- craris pecuniā,& perdis animā.q.d.Quæ erit finalis ſpes tu- liū?De quibus Greg.Quid poſſunt ſperare in cœlis,qui ma- iorem ſpē & amorē ponunt in terris?Ideo Pſ.61. Diuitiæ ſi

affluant,nolite cor apponere·eò ꝙ scribitur Matt.10. Facilius est camelũ per foramen acus trãsire , quàm diuitẽ,&c. Quintũ quod impedit peruenire ad nuptias gratiæ est propria malitia. Vnde subdit in tex. *Reliqui tenuerũt seruos eius, & cõtumeliis affectos occiderũt:* & sic fecerũt Iudæi, qui occiderunt prophetas & apostolos qui eos vocabãt & inuitabãt ad nuptias. O quot sunt hodie tales,qui seruos regis cœlestis, s. prædicatores persequuntur & odiũt. Amos 5. Odio habuerunt corripientẽ in porta,ita ꝙ possent dicere illud Ps.108. Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea. Sed ne timeas,quòd hoc Deus dimittat inultũ. Quia habetur in can.11.q.3.quicunq;. Quicũq; cõtristauerit doctorẽ veritatis,peccat in Christũ,& patrẽ omniũ exacerbat Deũ. Propter qđ & vita carebit æterna. Nã nõ facis cõtumeliã prędicatori,sed Christo. Luc.10. Qui vos audit, me audit:& q vos spernit,me spernit. Ideo Gal.5. Qui cõturbat vos,portabit iudiciũ,quicũq; est ille. De quo iudicio erat tertiũ membrum. De quo subdit in text. *Audiẽs rex iratus est.* Eius audire est apertè ad vindictã iustitiæ cõsurgere & aliis manifestare. Et dicit, *iratus est.* Aug. Ira Dei est vindicta peccati. Nã tunc irasci dicitur, cùm exigente culpa iustitia sua malos punit,licet hoc in summa tranquillitate facit. *Et missis exercitibus,*i. plagis vel angelis suis, *perdidit homicidas illos,* s. qui occiderũt seipsos in anima, & alios per mala exẽpla. De quibus Greg. in Moral. Deus quos dãnandos ęternaliter nouit,hîc etiã aliquando temporaliter punit:vt sic temporalis pœna sit initiũ æternæ damnationis. Ergo præteritum ponit pro futuro , pro certitudine veritatis : quia ita certa est damnatio malorũ apud Deum, ac si iam facta esset. Ideo nõ vocat eos,dicens eis,Quid audio de vobis?sicut de villico,Luc.16. Ad designandũ, ꝙ manifesta crimina nõ indigẽt probatione. De quo habetur de ac.& denun.ca. euidentia. Euidẽtia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Ideo subdit in textu. *Ciuitatẽ illorum succẽdit,*i.corpus illorum cum sensibus succẽdit igne infernali:& sic cognoscẽt duplicem pœnã. Primò pœnã damni,quæ tangitur ibi: *Perdidit homicidas illos.* Secũdò pœnã sensus,quæ tangitur ibi: *Et ciuitatẽ eorũ succẽdit,* i.corpora in quibus habitauerũt, igni gehennæ tradet per exercitus suos,i.angelos puniẽdos, per quos vindictam exercet,secundũ illud Matt.13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum. Subdit: *Tunc ait: Nuptia*

quidem

quidē parata sunt, ſ. gratiarū, quia ſecūdum Aug. Paratior deus eſt gratiā dare, quàm nos accipere, *ſed qui inuitati fuerāt, nō erāt digni*, i. indignos ſe reddiderunt per abuſum liberi arbitrij. *Ite ergo ad exitus viarū, & quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias.* Vbi Chryſ. Iubet cuiuſcunq; conuerſationis homines inuitare ad Dei gratiā, quia non eſt acceptio apud Deū, Act. 10. quia vult omnes homines ſaluos fieri, 1. Tim. 2. Ideo Aug. de vita Chriſtian. Magis vult te ſua pietate ſaluari, quàm tuo peccato perire. Ideo ſubdit: *Et egreſſi ſerui eius*, i. prędicatores, qui dicūtur egredi à voluptatibus carnis & vanitatib. mundi & ab omnibus diuitiis, *in vias*, i. ad cœleſtes doctrinas quę ſunt viæ ſalutis æternæ, in quibus ipſi prędicatores principaliter ambulare debent, & alios ad eas vocare, vt ſecū venire poſſint ad nuptias gratiæ. Ideo ſubdit: *Et congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos.* quia ſancta mater Eccleſia in hoc ſeculo militans in medio eſt inter cœlum & infernum, ideo cōtinet ciues ad vtranq; ciuitatē pertinentes, ſ. bonos & malos, ideo cōparatur ſagenæ miſſæ in mari, congreganti in ſe piſces bonos & malos. Mat. 13. Sed cùm implebitur in nouiſſimo die, tūc angeli Dei educentes eam de mari huius mūdi ad litus æternitatis: eligēt bonos in vaſa ſua, i. in æterna tabernacula, malos autē foras mittent extra conſortiū beatorū ad ignem æternū. Ideo ſubdit: *Et impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentum*, i. ſacramēta Eccleſiæ ſumentium & cibum gratiæ comedentiū, ſ. euchariſtiam, ſecundum quod canit Eccleſia: Sumunt boni, ſumunt mali. Quorū differentiam innuit text. dic. *Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes.* Chryſ. Dies aſpectionis eſt dies iudicij, vbi manifeſtè apparebit, qui vbiq; præſens eſt & videbit, i. alios videre faciet ordinē diſcumbentiū in præſenti Eccleſia. Et ſubdit, *Vidit ibi*, i. videre faciet. *hominem*, i. cōgregationē omniū malorum, qui in vno deſignātur: nam ſicut omnes electi cum Chriſto vnū ſunt corpus, ſic omnes mali cum diabolo vnū ſunt corpus, ideo per vnū hominem omnes intelligūtur: *non veſtitum veſte nuptiali*, nō habentē charitatē Dei & proximi. *& ait illi: Amice*, ſolo verbo nō opere, nō in veritate, ſed in ſimilitudine, amice obligatione, nō ſolutione, amice pro quo tāta feci, dixi & ſuſtinui, feci mirabilia in creaturis, iuxta illud Pſ. 138. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. Dixi vtilia in ſcripturis. Iſa. 48. Ego dn̄s Deus tuus docens te vtilia. ſuſtinuit crudelia in preſſuris. Thre. 1. O vos om-

nes qui transitis,&c. *Quomodo huc intrasti*:q.d.miror cùm tantam dilectionē tibi exhibui,tantam amicitiā tibi ostēdi,infinita beneficia tibi tribui, & tu ingratus fuisti illorū.Ideo dic.Quomodo sic presumptuosè intrasti ac si amicus esses: *nō habes vestē nuptialē*. i.charitatē Dei & proximi. ¶ Vnde charitas dicitur meritò vestis nuptialis.Primò secūdū Greg.q̄a Christus hāc vestē induit dū ad nuptias Ecclesiæ venit.Io. 3.Sic Deus dilexit mūdū,vt filiū suū vnigenitū daret. Aug. Sola charitas fecit Christū incarnari.Idē: Si homines nō diligeret,de cœlis ad terrā nō descēderet,& Ber.Tantā charitatē in carne exhibuit,vt durissimi cordis sit qui eū toto affectu nō diligit.Ergo hāc vestē omnes habere debemus,q̄a non sufficit fides sine charitate.1.Cor.14.Si habuero omnē fidem ita vt mōtes transferā, charitatē autē nō habuero,nihil sum.Nā illam vestē charitatis texuit nō ex lana brutorum animaliū, sed ex sanguine viscerū.De quo Ber. Patet arcanū cordis per foramen corporis,clauus penetrans,clauis reserās factus est mihi,vt videā voluntatē domini.Nam idē dicit:Ipse sustinuit passionē,vt emeret tuā dilectionem. Ideo mirū ꝙ homo fidelis careat veste charitatis, nā ad vestē charitatis habendā incitāt nos omnes creaturæ.De quo Aug.Cœlū & terra & omnia quæ in eis sunt dicūt mihi vt amem te.Itē charitas dicitur vestis, quia tegit turpitudinē peccatorum Prou.10.Vniuersa delicta operit charitas.Ideo Apoc.16.Beatus qui custodit vestimēta sua,ne nudus ambulet.Et dicitur nō solùm vestis sed & nuptialis,q̄a ad nuptias vitæ æternæ nullus potest ingredi sine charitate. De quo Ber.Nisi quis habuerit in præsenti vestē charitatis,nunquā in futuro habebit stolā æternæ iucūditatis. Figuratur Hest. 3.Non erat licitū indutum sacco aulam regis Assueri intrare:Sic spiritualiter nō licet ingredi in regnum cœli timore seruili,per quē malū vitatur,sed debet esse veste nuptiali,i. charitate:per quā quis meritoriè bonū operatur.Ideo Aug. Multi sunt qui putāt ꝙ ad vitā æternā sufficit mala nō agere:sed decipiuntur,nisi assit bonū ex charitate facere,iuxta illud Ps.33.Declina à malo & fac bonū,& Mat.7.Omnis arbor quę nō facit fructū bonū,&c.Nō dicit malū, quia Christus in iudicio nō obiiciet mala quę q̄s fecit,sed bona quæ nō fecit.Sic in proposito,*Quomodo huc intrasti?* Nō dicit:quia tale malū fecisti,sed ait,*non habens vestem nuptialem*.i. charitatem. Nā deficiente charitate,deficiūt omnia bona,vt dicit

Hila

Hilarius: Frustra est omnis operatio bona, nisi assit dei dilectio: Ideo Aug. Habeto vestē charitatis, & omnia habebis. Et Amb. Nunquā accipiet aliquis æternitatē felicitatis perpetuæ sine diuina charitate. Qua caruit iste, de quo subdit, *& ille obmutuit.* Et meritò secundum Greg. Omnis excusatio cessat, cū foris & intus increpat qui cōsciētias cōsiderat, & implebitur illud Ps. 30. Muta fiāt labia dolosa. Et illud Isa. 38. Quid respōdebit mihi cùm ipse fecerim? Greg. Nō dabitur locus audiētiæ, vbi arguūtur propriæ cōscientię. Et si respōdisset, tamē inuitasti me: tūc audiuisset, mutare debuisti vestē veterē exuēdo, & vestē charitatis induēdo. Nā secundū Aug. Hęc est tunica incōsutilis, quā noluit Christus scindi, quia vestē charitatis vult inuiolatā seruari, secundum quod docuit, diliges dominū Deū tuū, &c. Gl. Qui totum dicit, nihil excipit. Vbi dat intelligere illud Aug. Charitas valet ad omnia, sine qua nihil valēt omnia. ¶ Ideo subdit: *Tunc dicet rex ministris.* i. dæmonibus. per quos exequitur suā iustitiā. De quo Ps. 67. Tribulationē & immissiones per angelos malos. Vnde Adamātius super librū Iudicū, Ipsi sunt pœnę autores, qui fuerūt culpæ suggestores. *Ligatis manibus,* i. operibus, *& pedibus,* i. affectib. Et meritò manus ligātur peccatori. Primò, quia noluit se defendere cōtra diabolū, vt scribitur Iac. 4. Resistite diabolo & fugiet à vobis. Secūdò, quia noluit operari vt acquireret cibū vitæ 2. Thes. 3. Si qs nō vult operari nec māducet. Tertiò, quia nō extēdit manus ad pauperē per eleemosynarū largitionē, Prou. vlt. Manū suā aperuit inopi, cùm scribitur Prou. 28. Qui dat pauperi nō indigebit, qui despicit deprecantē, sustinebit penuriā. Quartò ligātur manus peccatori, quia nō leuauit eas ad Deū per gratiarū act. iuxta doctrinā Thre. 3. Leuemus corda nostra cū manibus ad Deū in cœlos. Itē pedes ligantur. & meritò. Primò, quia noluit fugere peccatorū occasiones. Iuxta doctrinā Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatū. Secūdò, qa fuit tardus ad opera lucis & obedientiæ, vt docemur Io. 12. Ambulate in luce, dū lucē habetis. Et Eccl. 31. In omnib. operibus tuis esto velox. Eccl. 9. Quodcūq; facere potest manus tua, instāter operare, qa nec opes nec ratio nec sapiētia nec sciētia erūt apud inferos, quò tu properas. De quib. subdit, *Proÿcite eum in tenebras exteriores,* qa hìc habuerunt interiores tenebras, ibi exteriores, quia secūdū magistrū in 4. dist. vlt. Tūc mali penitus extra lucem corporalem & spiritualem

Dei

Dei erunt, tunc autẽ si patiũtur tenebras in cæcitate mẽtis, non tamen penitus extra lucẽ Dei sunt nec priuantur corporali luce, sed ibi licet ignis lucet, non tamen ad aliquam consolationẽ, sed ad pœnarũ augmentationẽ. Vnde tenebrę exteriores sũt malignitates odij & volũtatis, ita quòd vellent Deum non esse, & est quædã obliuio Dei, quia tormẽtorum interiorũ & exteriorũ doloribus ita afficiẽtur & turbabũtur, vt ab illis ad cogitandũ aliquid de Deo vix & rarò vel nunquã mentem reuocent. Vnde Aug. Illuc tẽdit vis cogitationis, vbi est impetus doloris. Sed in hac vita nullus adeò malus est, vt penit⁹ excludatur à cogitatione Dei. Similiter & ante iudicium isti in inferno possunt videre & cognoscere Deum oculo intellectus, vt dicit Aug. de diuite in inferno posito, qui eleuãs oculos vidit Abrahã, & in sinu eius Lazarũ: sed post iudiciũ erunt in tenebris, vbi nullã lucem Dei videbunt. Subdit: *Vbi erit fletus & stridor dentiũ.* Bern. Fletus erit ob ignẽ, qui nõ extinguitur: stridor ob vermen, qui nõ moritur. De quo Isa. vlt. Vermis eorũ nõ morietur, & ignis eorũ non extinguetur. Similiter fletus erit ex dolore, stridor dentiũ ex tremore: vel fletus pro risu, stridor pro corporis cultu, *quia multi sunt vocati*, s. ad gratiam, *pauci electi*, s. ad gloriã. Vbi Greg. O quàm solicitè vnusquisque metuere debet, cùm ignoret quæ restant. Nam si vnus solus de toto genere humano crederetur periturus, deberet pro se quilibet formidare, ne ipse esset vnicus ille. Sic dominus ait discipulis, Matt. 26. Vnus vestrûm me traditurus est. Et contristati valde cœperũt singuli dicere, Nũquid ego sum domine? multò magis, cũ dixit, *multi sunt vocati, &c.* timere deberent. Ideo Aug. Nemo glorietur, nemo desperet, solus Deus scit qui sunt eius. Inquantũ possumus, nulli desperationem indicamus, sed omnes dicamus, Fiat volũtas tua. Dicit nãque S. Tho. Sicut præordinata sunt præmia, sic & media ad consequẽdum illa, quæ sunt bona opera ex charitate facta. Ad quæ hortamur 2. Petr. 1. Satagite, vt ꝑ opera vestra bona certã vocationẽ vestram atque electionẽ faciatis. Quia dicit Athan. Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam.

¶ *Dominica XXI. post Trinitatem.*

De origine ac causis veræ nobilitatis. Quódque infirmitas sit patienter ferenda. ENARRATIO I.

Erat quidã regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Io. 5. ¶ In sum. Euang. duo innuuntur. Primò, reguli supplicatio

catio ꝓ filij sanitate, secũdò Christi reprehẽsio ꝓ eius incredulitate. De primo di. *In illo tẽpore*, s. cũ in Cana Galilææ conuertit aquã in vinũ & dis. credere fecisset. Post hoc descẽdit in Capharnaũ cũ matre & discip. Et ibi nõ mãsit multis diebus, sed inde ascẽdit Hierosolymã primo Paschate post inceptã publicã prædicationẽ, vbi eiecit vẽdentes & emẽtes, & aliquos discipulos sibi attraxit, sicut dicitur Ioan. 2. Postea voluit reuerti in Galilæã, oportuit eũ ire per mediã Samariã, vbi multos sibi ad fidẽ copulauit, in ciuitate Sychar mansit per duos dies. Postea iterũ de Samaria venit in Canã Galilææ, vbi cõuertit aquã in vinũ. Et vt esset ibidẽ, *Erat quidã Regulus*, nõ diminutiuè, i. paruus rex, quia tũc tẽporis nõ legitur aliquẽ fuisse in Galilęa regẽ, nisi Herodem Antipã. Ergo secundũ Orige. debet hoc capi ꝓ officiali regis vel Cæsaris habẽte tũc in Iudæa potestatẽ, quiã Romani abstulerũt regnũ, & diuiserunt in quatuor tetrarchias: & sic ille nõ fuit rex, sed quidã nobilis habẽs potestatẽ regis. ¶Nota hic tria. Primũ vnde habet hortũ nobilitas. Secundum quæ sunt signa nobilitatis. Tertiũ quid tenẽtur nobiles suis subditis. Pro quo sciẽdum, nobilitas ortũ habuit à virtutibus, nã primus rex super Israel, s. Saul est electus à Deo, quia humilis fuit & virtuosus. Vnde 1. Reg. 15. Cũ esses paruulus in oculis tuis, i. humilis, caput in tribubus Israel factus es, vnxítq; te dominus in regẽ super Israel. Itẽ secũdus rex fuit Dauid, qui etiã propter suã probitatẽ electus est à Deo. Vnde dicit dominus de eo, Inueni virũ secundum cor meũ. s. misericordẽ. De quo scrib. 1 Machab. 2. Dauid in misericordia cõsecutus est sedẽ regni in secula. Ex his habetur, ꝙ nobiles sunt ex virtute cognoscẽdi. De quo Greg. Summa nobilitas est clarũ esse virtutibus. Ideo nõ ex longis tunicis, & longis manicis, & scissuris sunt cognoscẽdi, quia sic mechanici & rustici essent nobiles, quod non est. Quia di. Arist. in Polit. lib. 10. Virtus & malitia determinãt nobiles & ignobiles. Et 40. dist. nos. Nobilitas morum plus ornat, quàm progenitorum. Et Socr. Generosissimus est, qui optimus est. Quapropter Iudæis qui se iactabãt de nobilitate Abrahæ, respon. Iesus, Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite. Chry. Quid prodest generatio clara quum mores sordidant? Ideo Hieron. Ille apud Deum generosior. qui est fide deuotior, vita sanctior, & opere virtuosior. ¶Sed di. Quæ sunt illæ virtutes per quas cognoscuntur nobiles?

biles? Resp.Prima eſt largitas.Vnde Deus qui eſt nobiliſſimus,eſt largiſſimus,quiā nō ſolū dat nobis ſua bona,ſed ſemetipſum, in præſenti ſacramētaliter, & in futuro in præmiū.Gene.15.Ego ero merces tua magna nimis.Itē apparet eius largitas in hoc,quia ſcribitur Matt.5. Facit ſolē ſuum oriri ſuper bonos & malos.Itē in hoc,ꝙ quinque milia hominū,cibauit,Io.6.Nā ſicut aquila nō comedit prædā ſola, ſed diuidit aliis ratione ſuæ nobilitatis: ſic & Chriſtus fecit.Quod pertinet ad nobiles.Vnde Ariſt.de regimine principū.O Alexāder tuis largus eſto,quia ignominia regis vel principis eſt paupertas populi.Sed viceuerſa auaritia & rapina ſunt ignobilitatis ſigna,qa nō decet principē fore ſociū furū,Iſa.1.Secūda virtus eſt gratitudo & recognitio beneficiorū Dei & hominū.De qua Aug.Qui beneficia nō cognoſcit,ingratus eſt,vt ſunt de quib.Pſ.77.Obliti ſunt beneficiorū eius.Quæ quidē gratitudo nō ſolùm debet referri Deo,ſed exhiberi ſubditis, à quibus nutriuntur nobiles, etiā per ſudoris effuſionē ruſticorū, & quātò in maiori reuerētia habēt ſubditos,tantò ſunt nobiliores. Sed iſti ſunt ignobiles, qui ſpernūt & paruipēdūt pauperes:& ſunt ignobiliores canibus,qui agnoſcūt beneficia eis exhibita,& retribuūt quādoque bona ſuis benefactoribus.Tertia virtus, per quā nobiles cognoſcūtur, eſt miſericordia in pauperes. Ideo in ſignū clemētiæ reges inungūtur, & rex apū non habet ſtimulum pungēs,ſicut aliæ apes.Quòd autē clementia pertinet ad reges & principes,oſtēdit Sene.dicēs: Nullū ex omnibus magis quàm clemētia regē & principē decet.Sed iſti qui ſunt duri & immiſericordes ad pauperes, non ſunt corā Deo nobiles.Quarta virtus nobiliū eſt virilitas & ſtrenuitas,ſ.pauperes & ſubditos defendēdo.Ideo nobis militibus datur enſis ad defendendū orphanos & viduas, vt legitur de Dauid 1.Reg.22.Cōuenerūt ad eū omnes qui erāt in anguſtia conſtituti,& oppreſſi ære alieno, & amaro animo,& factus eſt eorū princeps,qui habetur in ca.23.q.5. regū.Regū propriū eſt facere iudiciū atq; iuſtitiā, & liberare de manu calumniantiū vi oppreſſos. Sed heu quidā defendunt ſubditos ab aliis,ſed per ſe ſpoliant eos. Et tales ſunt ſimiles ceto in mari, qui defendit haleca ab aliis piſcibus, ſed per ſeipſum deuorantur.Quibus minatur dñs Iſa.17.In illa die occidet dñs cetū, qui eſt in mari. Quinta virtus eſt iuſtitia. De qua Sap. 6. Audite reges,& intelligite, diſcite

iudic

iudices finiũ terræ, præbete aures vos qui cõtinetis multitudines & placetis vobis in turbis nationũ, quoniã data est à dño potestas vobis & virtus ab altissimo. Et sequitur: Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapiẽtiã & ne excidatis. Sap. 1. Diligite iustitiã qui iudicatis terrã. Psal. 57. Rectè iudicate filij hominum. Ideo Sap. 6. Qui custodierint iustitiã, iustè iudicabũtur, & qui didicerint iusta, inueniẽt quid respõdeant, vt scrib. Tob. 13. Facite iustitiã corã Deo, credentes quòd faciat vobiscũ misericordiã suã. Ideo Deut. 6. Iustè quod iustũ est prosequeris, & tales sunt nobiles corã Deo. Ideo subdit in textu: *Cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæã, abiit ad eum & rogabat eum, vt descenderet & sanaret filium eius.* Capharnaũ fuit sita in valle respectu Canæ Galilææ. Vnde infirmitas illius fuit causa sanitatis patris in fide, quia Christum non visitasset regulus ille, si filius eius infirmus non fuisset, & per cõsequẽs nec credidisset. Sic hodie infirmitas immittitur alicui à Deo propter eius salutẽ, vt dic. Greg. 7. q. 1. cùm percussio. Cùm percussio corporalis imminet, vtrũ pro purgatione vel pro vindicta cõtingat, Dei iudicium in hoc ignoratur, & ideo nõ debet à nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat. ¶ Ideo sciẽdum, ꝙ infirmitas patiẽter est tolerãda multis de causis. Prima, quia ad bonum incitat, vt, s. homo se pręparet ad exitũ ab hoc seculo, iuxta illud Luc. 12. Cùm venerit & pulsauerit, cõfestim aperiãt ei. Incerti enim sumus, quando & qualiter veniet, & in quo statu moriemur, vt di. Sene. Mors vbiq; te expectat: si sapiẽs fueris, vbiq; eã expectabis. Ergo infirmitas est nũtius, quẽ nobis Christus mittit vt præparemus nos. Eccl. 31. Infirmitas grauis sobriã facit animã. Gre. 38. dist. Qui ea. Quicunq; stultus est in culpa, erit sapiens in pœna. Ps. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, &c. Secũdò, debemus patiẽter infirmitatẽ sustinere, quia à peccatis purgat. Greg. in Moral. Diuina dispẽsatione agitur vt prolixiori vitio prolixior detur ęgritudo, vt patet Num. 12. Maria soror Mosi percussa est lepra propter detractionem, eò quòd detraxit fratri suo Mosi: vt sic per illã infirmitatẽ purgaretur ab illo peccato. Isidor. in Synonymis: Aduersa corporis sunt animæ remedia: ægritudo carnem cruciat, sed mentem curat. Ideo quandoque per eadem mẽbra punitur qui infirmatur, per quæ peccauit. Verbi gratia: Sicut qui

offen

offendit Deũ per illicitũ visum efficitur quandoq; cæcus, & qui per illicitũ gressum, s. saltãdo, chorizãdo, & superbè incedẽdo Deũ offendit, erit quãdoque claudus. Similiter qui libẽter audit detractiones, erit quandoq; surdus. Iuxta illa, Sap.11. Per quæ quis peccat, ꝑ hæc & torquetur, vt etiã dicit Gre. Cõtraria cõtrariis curãtur. Nã sicut mater in suo dilecto filio nõ potest sustinere maculã in facie, sed immediatè lauat: sic Christus in suis dilectis nõ potest sustinere maculã peccati, sed debet ꝑ corporis infirmitatẽ. Tertiò, patiẽter debem⁹ infirmitatẽ sustinere, quia hostẽ nostrũ debilitat, s. carnẽ quæ cõcupiscit aduersus spiritũ: quia corpus est maximus inimicorũ nostrorũ. Mich.7. Inimici hominis domestici eius, & Ber. Est manifestum, quia in carne gerimus laqueũ nostrũ, quia corpus de terra formatũ est. Ideo semper trahit infra: sed anima à Deo creata est & infusa. ideo semꝑ tẽdit sursum. Sed quãdo corpus infirmatur, tũc spiritus fortificatur. 2. Cor.12. Cùm infirmor, tũc fortior sum & potens. Ambr. Infirmitas corporis est sobrietas mẽtis. Ergo libẽter debemus infirmitates corporis sustinere, vt animã sanã habeamus. Quartò, infirmitas est patienter sustinenda, quia à peccatis trahit, & ad bonũ faciẽdũ incitat. Iuxta illud Isa.1. Quiescite agere peruersè, discite benefacere, sic infirmus quiescit à multis malis, nõ delectatur eñ superbire in vestibus, nec luxuriã exercere, nec ad tabernã ire & inebriari, vt impleatur illud propheticũ Ose.2. Sepiã viã tuã spinis, & sepiã eã maceria. Et illud Eccl.28. Sepi aures tuas spinis & linguã nequã noli audire, & ori tuo facito ostia & seras auribus tuis, quia homo multa peccata sanus facit, &c. Ideo Hugo lib.3. de anima dicit, Quosdam præsciẽs Deus multa peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis ne peccẽt. & vtilius est frãgi doloribus ad salutẽ, quàm vti incolumitate ad damnationẽ. Itẽ non solùm suam. Luc.21. Sic in impatiẽtia potest quis perdere animam: à peccatis trahit, sed etiã ad bonũ adducit, sic ꝙ homo cõfitetur & compũgitur: quòd aliàs non faceret, iuxta illud Luc.14. Cõpelle intrare. Vbi Gre. Mala quæ nos hîc premũt, ad Deũ ire cõpellunt. & Isa.26. Domine in angustia requisierũt te: nã infirmus odit gaudiũ mundi, & habet tædiũ videre & audire quæ mundi sunt, dicens cum Apost. Philip.1. Cupio dissolui & esse cum Christo. Et quærit misericordiam Dei & auxilium eius, dicens illud Psal.114. Tribulationem & dolorem inueni, &c.

& sic infirmitas trahit hominē ad bonū. Quintò, infirmitas est patiēter sustinēda, quia est speciale donū dei & signū dilectionis ipsius. Apo.3. Ego quos amo arguo & castigo. Et sic castigauit Lazarū, Io.11. Dñe ecce quē amas, infirmatur. Vnde Orig. Qui diligitur à dño corripitur, qui nō diligitur in peccatis suis dimittitur. Ergo potius debet homo velle, quod sit de amicis dei & filiis, quā de inimicis. Seneca. Infirmitas eñ corporis est intermissio voluptatis. Sextò, infirmitas corporis est libenter sustinēda, q̄a à futuris pœnis liberat. Naum 1. Afflixi te in præsenti, & amplius nō affligā. Quā afflictionē præsentē desiderabat Aug. di. Hîc seca, hîc vre, &c. Est nāque dei magna misericordia hîc punire crimina. De quo Hier. 23. q. 5. q̄d ergo: Scitote eū ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternū puniret. Ideò hîc quibusdā parcit, vt eos in æternū feriat. Ecōuerso, aliquos hîc ferit nō parcēdo, vt in æternū parcat. Hoc summè placere debet cuilibet peccatori, qui peccauit, & necesse est eū puniri aut hîc aut in futuro, cùm tamē præsens tribulatio est minima respectu futuræ tribulationis. De quo Sapiēs Eccl. 29 Minimū ꝓ magno placeat tibi: nā præsens tribulatio & infirmitas est quasi denari⁹ respectu mille florenorū, q̄a ignis purgatorij & ignis inferni vnus est quò ad calorem, nisi ꝙ ignis purgatorij est trāsitori⁹, sed inferni perpetu⁹: ignis noster respectu ignis purgatorij est quasi depictus, vbi vnusquisq; purgabitur & grauissimè punietur, q̄ hic ꝓ peccatis suis nō est purgatus. Vnde dicitur in decretis: Igni purgatorij nulla pœna est cōparabilis, dis. 25. para. Qui in aliud. Ergo patiēs debet esse q̄libet in infirmitate sua, & deo ꝓ peccatis suis offerre. Sed q̄ est impatiēs, habet duplicē infernū quia hîc illā infirmitatē cōtra quā murmurat, & post æternā dñationē, quia sicut in patiētia quis possidet animā suā, Lu. 21. Sic in impatiētia potest quis ꝑdere animā suā. Greg. Regnū cœlorū nullus murmurās accipit, nec q̄ accipit murmurare pōt. Septimò, infirmitas & tribulatio est sustinenda patiēter, quia est pign⁹ æternæ salutis & via & porta cœli, quia in tribulatiōe cōformamur capiti nostro, s. Christo in præsenti vt sequamur vestigia eius. 1. Pet. 2. Christus passus est ꝓ nobis, vobis relinquēs exemplū, vt sequamini, &c. eò quòd scribitur Eccl. 23. Magna gloria est sequi dominū. Et Apost. 2. Tim. 2. Si sustinebim⁹ & conregnabimus. Sed heu quàm multi sunt volentes regnare cum Christo in cœlo,

ſed nihil volũt pati cũ eo hîc in mundo. Contra quos dicit Lu.24.Nónne oportuit Chriſtũ pati, & ſic intrare in gloriã ſuã?Sic & nos in neceſſitate oportet pati,ſi volumus intrare in regnũ dei.Nã hæc eſt porta ſalutis æternæ. Ideo Gre. Si dulcia quærim⁹,neceſſe eſt vt amara toleremus.Ber.Qui carnalibus voluptatibus paſcitur,æternarũ delitiarũ epulis indignus habetur.Nam ſecundũ Hier.Impoſſibile eſt vt pręſentibus quis & futuris fruatur bonis,vt hîc ventrem & ibi mentẽ repleat,& de delitiis ad delitias trãſeat.Inſuper etiã præſentes tribulationes & infirmitates augmentãt homini præmiũ cœleſte,vbi impletur illud Lu.6.Gaudete in illa die & exultate,ecce enĩ merces veſtra multa eſt in cœlo.Quapropter dicit Hier.Libẽs nũc tormẽta patior,vt futura mihi gloria ſeruetur.Modò quoties aliquẽ dolorẽ corporis patiẽter ſuſtines,toties mereberis coronã vitę æternę,& illud prę miũ excedit oẽs paſſiones pręſentis tẽporis, etiã ſi vnus ſuſtineret omniũ hominũ infirmitates. De quo Ro.8. Non ſunt cõdignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis.Itẽ nõ ſolũ eſt meritoriũ infirmitates patiẽter tolerare,ſed etiã valdè meritoriũ eſt infirmis famulari.Nõ eſt maior miſericordia in exteriorib⁹ operib⁹ miſericordię, q̃ quę exercetur circa infirmos miniſtrãdo & ſeruiẽdo.Ratio,quia ibi paſcitur eſuriẽs,ibi potat ſitiẽs,ibi nudus tegitur,ibi hoſpitalitas exhibetur,qñ lectus ad quieſcẽdũ paratus,ibi viſitatur infirmus,& vinctus vinculis infirmitatis ligatus,tandẽ exhibetur mortuo officiũ ſepulturæ: & ſic infirmis ſeruiẽdo exhibẽtur opera miſericordię oĩa, quę Chriſtus ita accipit ac ſi ſibi ſit factũ. De quo Mat. 25. Quod vni ex minimis feciſtis, &c.Itẽ ſeruire infirmis præcellit alia opera miſericordię &religiõis.Quod ſic ꝓbatur, q̃a in operibus rigoris vel religionis ſeruitur quãdoq; deo vno ſenſu vel mẽbro,vt in obediẽtia de guſtu in ieiunio,de lingua in ſilẽtio,de oculis in vigiliis, &c.In operibus verò pietatis circa infirmos, primò ſeruitur oculis in vigilãdo, & interdũ horrẽda videdo, ꝓ quib⁹ dabitur viſio diuina in cœlis.Secũdò,ſeruitur odoratu fœtores ſentiẽdo.Tertiò,auditu dura & importunitates infirmorũ audiẽdo. Quartò,tactu infirmũ tãgendo.Quintó,guſtu ſolitã comeſſationẽ intermittẽdo.Sextò,lingua eos cõſolando. Septimò,pedibus ꝓ eis diſcurrẽdo. Octauò,totũ corpus ſeruit pro eis diuerſimodè laborando. Quæ ergo religio poterit huic cõparari,in

ri, in qua seipsum homo ligat, & totũ se homo religat, vt ei ex toto corde seruiat & corpore & oĩbus sensibus? Ia. 2. Religio mũda & immaculata apud deũ & patrẽ, hęc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ, & immaculatũ se custodire ab hoc seculo. Huius religionis sectãdæ dedit nobis exẽplum Christus, qui tam benignum exhibuit se infirmis, eos visitãdo, dulciter alloquẽdo, & frequenter sanãdo.

¶ *De pertinentibus ad spirituale regnum fidelis animæ.*

ENARRATIO II.

D*Escende Domine priusquã moriatur filius meus.* Ioã. 4. ¶ Ista est secũda pars istius euãgelij, in qua (vt dixi) subiungitur Christi reprehẽsio ꝓ eius incredulitate. Dicit nãq; Theophilus: Ille regulus interfuit miraculo facto in nuptiis cũ aquã cõuertit in vinũ: & ex hoc credidit Christũ posse sanare filiũ eius. Sed credidit hoc nõ posse facere sine prẹsentia corporali. Ideo Christus corripuit incredulitatẽ eius, dicẽs, *Nisi signa & prodigia videritis, nõ credetis.* Reprehẽdit eũ, nõ quia petiuit ꝓ sanitate filij, sed ꝓpter defectum fidei. Vnde Gre. Memẽtote, quid petiit, & apertè cognoscetis, quia in fide dubitauit. Poposcit nãq; vt descẽderet. O quot sunt hodie tales signa poscẽtes: cùm tamẽ dicat Gre. Iã fides Christi est firmata per scripturas & sanguinis effusionẽ Christi: Ideo signa nõ sunt quęrenda. Mat. 12. Generatio praua & adultera signũ quærit. Vbi Gre. Sẽper signa quærere, est nunquam velle quid credere. Ideo Gl. Isa. 7. Achã noluit signa petere, ne videretur deũ tentare. Talis fuit iste dicens, *Domine descende, prius quàm moriatur filius meus*, incipiebat enim mori. Moraliter, Regulus est ratio hominis à paruo suo regno, quia habet regimẽ sensuũ exteriorũ & interiorũ super cogitatiões & desideria. Vnde Isid. de sum. bo. Rex inquã eris, si ratio te rexerit. Dicit nãq; Philos. 4. Politi. Mẽs rationalis regali dominio regit appetitum sensitiuum. Et meritò superior pars rationis dicitur rex à dignitate coronæ: quia digna est ęterna corona, si bene rexerit. Ideo Pro. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Sic ratio præcauet solicitè, ne quis vnquã motus inordinatus insurgat in regno animæ contra diuinum honorem, & si insurgere cœperit, statim in regali manu debet cohibere & cõpescere. Iuxta illud Ps. 118. Anima mea in manibus meis semper. Super quo Ambr. Qui corpus proprium ratione subegerit, nec eius passionibus animam suam turbari permiserit, hic

corona æterna dignus erit, & hoc totũ fit per rationẽ. Ideo Aug. Homo per rationẽ efficitur capax diuinę essentiæ. Nota, vt hoc regimine spiritus rationalis debitè gubernetur, tria sunt necessaria, s. sapiẽtia, iustitia, & potẽtia. Primò, ad regimen requiritur sapiẽtia in ordinatione. De quo Sap. 6. Audite reges & intelligite. Sequitur: Ad vos ergo reges sũt hi sermones mei, vt discatis sapientiã, & ne excidatis. Hãc pediuit Salo. 3. Reg. 3. Da seruo tuo cor docile, vt populũ tuũ iudicare possit & discernere inter bonũ & malũ. Nõ petiuit aurũ aut argentũ, nec gloriã æternã, sed sapientiã. Et si hoc petiuit rector corporũ, magis rector animarũ. Eò ꝙ scribitur Sap. 7. Neminẽ diligit deus, nisi qui cũ sapiẽtia inhabitat. Ideo diuinã sapientiã oẽs debemus appetere, dicẽtes illud Sap. 9. Mitte sapientiã tuã de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ, vt mecũ sit & mecũ laboret, vt sciam quid acceptũ sit corã te omni tẽpore. Quæ quidẽ sapientia cõsistit in verbo dei. Ecc. 1. Fõs sapiẽtiæ verbũ dei in excelsis. Qua si quis careat, corã deo fatuus & delirus est. Sap. 13. Vani sunt oẽs homines, in quibus nõ subest sciẽtia Dei. Et 38. dist. qui ea, dicit Gre. Qui ea quæ dei sunt sapiunt, à dño sapiuntur: & qui ea quæ dei sunt nesciũt, à dño nesciuntur. Ideo Gre. super Eze. Oẽs qui æternã patriã desiderãt, verba vitæ scire & addiscere debẽt: & qui hæc ignorãt, veri ignari sunt. de quo Hier. Ille litteras nescit quia sacras ignorat, nec verè potest deũ cognoscere sine sapiẽtia verbi dei. Et S. Th. par. 1. Maior notitia nõ habetur de deo in hac vita, quã in sacra scriptura. Ideo Chry. super illo verbo, Omnia parata sunt, Mat. 22. dicit: In sacra scriptura ignorãs inuenit q̃d discat, cõtumax quid timeat, laborãs quid speret. Ideo hæc est sapiẽtia quã vnusquisq; rex animæ habere debet, ne anima in æternũ pereat: quia scribitur Ecc. 10. Rex insipiẽs perdet populũ suũ, s. memoriã, voluntatẽ, & intellectũ, bonas cogitationes & inspirationes quas ratio regere debet. Et sic implebitur illud Eccl. 10. Væ tibi terra, cuius rex puer est, i. ratio puerilis sequens vanitatẽ. Secundò, rex debet habere iustitiã. Isa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex. Nã nullũ regnũ potest subsistere sine iustitia. Prou. 25. Firmabitur in iustitia thronus eius. Dicit nanq; Cyprianus: Quæq; bona in regno operatur iustitia. Ibidẽ: Iustitia regis pax populorũ, tutamẽ subditorũ, vnitas plebis, munimentũ gentis, gaudiũ hominũ: sic tu in regno animæ iustitiã debes habere. Tob. 13. Facite

cite iustitiā,credētes,ꝙ deus faciet vobiscū misericordiam. ¶ Sed diceres, Quid est iustitia? Dicit cap.12. q.2. Iustitia est summum bonum colere, ac vnicuiq; sua iura seruare. Hæc fac, & æternaliter regnabis. Pro.11. Iustitia liberabit à morte, vt patet in Dan. 6. Deus meus misit angelū suū & conclusit ora leonū & non nocuerunt mihi, quia corā deo inuenta est iustitia in me. & sic rex Ezechias Isa.38. & 4. Reg. 20. di. Memento dñe, qūo ambulauerim coram te in veritate, & quod rectum erat in oculis tuis fecerim & quindecim anni ei superadditi erāt. Tertiò, rex debet habere potētiam vt possit rebelles coërcere. Eccl.7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrūpere iniquitates. Sic ratio debet habere potentiā, vt valeat oēs motus animi ad bonū virtutis ordinare, vt figuratur in rege Iosia 4. Reg.23. qui potētia lucos succidit, & populū ad veri dei cultū reduxit. Primò, mala eradicauit, secūdò, bona induxit. Sic & tu in regno animæ. Vnde Amb. li.1. de offi. Non mediocris est fortitudo spiritus, vt aduersus omnia certet vitia & aduersus voluptates custodiat iustitiā. Illā potentiā habuit Eufrosina, de qua quære in Vita patrū, quæ potenter cōtra vitia carnis pugnauit. Ideo Prosper: Non caret regia potestate, qui nouit corpori suo rationabiliter imperare. Et Grego.22. Moral. Bene sancti viri sacræ scripturæ testimonio reges vocantur, qui modò ignē luxuriæ, modò æstū auaritiæ, modò gloriā mundi vincūt, ꝙ de eis scribitur Lu.17. Regnū dei intra vos est. In his tribus, in statu innocētiæ eramus reges, quia magna erat nostra potētia & iustitia, sed nūc per transgressionē primorū parentum facti sumus reguli, de quo Aug. in Enchiri. Adæ peccatū vitiauit totū genus humanū: nā cū cecidit de dei charitate & obediētia, factus est paruus in sapiētia, iustitia, & potentia. Idcirco meritò nūc dicitur regulus, cuius filius, i. opera nostra, (Nā secundū Arist. in 3. Ethic. Nos cōparamur ad opera nostra, sicut pater ad filios ex se natos) infirmata sunt in Capharnaū, i. in paradiso. Nā Capharnaū interpretatur villa pinguedinis, quia in pinguedine gulæ fuit causa infirmitatis humanæ, Eccl.37. Propter crapulam multi perierūt, quod possumus cōqueri illud Eze.18. Patres comederūt vuā acerbā, & dentes filiorū obstupescūt. Quia dicit Amb. in cā. 35. di. sexta die. Gula à paradiso regnantē repulit. & de con. di.5. nihil. Gula morbos facit, molestias ingerit: quòd quilibet potest conqueri illud Psal. 37. Nō est

ſanitas in carne mea,& illud Iſa.1.Omne caput lãguidum. Et ſic quilibet infirmatur, cùm ad opera bona indiſpoſitus redditur,incipit autem mori,cùm ad peccatum mortale inclinatur.Ezec.18.Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.

¶ *Dominica* XXII. *poſt Trinitatem.*

Quanta ſeueritate ac inflexibili æquitate omnium quæ fecit homo exigenda ſit ratio apud Tribunal Chriſti, cum in hac vita petentibus facillime omnia commiſſa remittuntur. ENARRATIO I.

I*Ratus dominus tradidit eum tortoribus, quò adusque redderet vniuerſum debitum* Matt.18. ¶In ſumma Euangelij duo innuuntur.Primò,diuina iuſtitia debitũ exigens.Secũdò,humana miſeria proximum puniens.Primum à principio.Secũdum ibi: *Egreſſus ſeruus ille.* De primo dicit, *Simile eſt regnũ cælorũ*, id eſt,præſens Eccleſia militans, *homini regi*,i. Chriſto Ieſu, de quo Apoc.19.Rex regũ & dominus dominantium, quod figurabat Pilatus in titulo triumphali, quem ſcripſit triplici lingua, ſ.Hebraica, Græca,& Latina:in qua totus mundus comprehenditur.quem & Iudæi voluerunt delere, ſed non potuerunt. *Qui voluit rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis.* In hoc ꝙ exigit rationem, datur intelligi ꝙ conſiderat opera noſtra. Vnde Pſ.93.Qui finxit oculum non conſiderat?q.d.Inſipienter & ſtultè æſtimatur ille non conſiderare opera noſtra.qui finxit oculum:& qui plantauit aurem, ꝙ ille non audiat vt dicitur in illo Pſ.Et dicit *cum ſeruis ſuis*.i.cum omnibus hominibus. Nam omnes ſumus ſerui Chriſti tribus rationibus. Primò,ratione creationis.De quo Iſa.44.Formaui te, ſeruus meus es tu Iſraël,non obliuiſcaris mei.De quo Magiſter in 2.diſt.1.Factus homo propter Deum vt ei ſeruiret,& mundus propter hominẽ vt homini ſeruiret.Poſitus eſt ergo homo in medio,vt ei ſeruiretur & ipſe ſeruiret,vt vtrunque acciperet.Voluit enim ſibi Deus ab homine ſeruiri, vt ea ſeruitute nõ Deus,ſed homo ſeruiens iuuaretur, & mundus ſeruiret homini vt ſimiliter homo iuuaretur.Totũ igitur bonũ hominis & quod factum eſt propter ipſum,& propter quod ipſe factus eſt Ideo Apoſt.1.Cor.3. Omnia veſtra ſunt, vos autẽ Chriſti.Dicit omnia,ſ.ſuperiora, æqualia,& & inferiora.Superiora ad perfruendum vt Deus trinitas,æqualia ad conuiuendũ,ſ.angeli. Qui licet modò ſunt nobis ſuperiores,in futuro erunt æquales.Mat.22.Erunt ſicut angeli Dei in cœlo.Qui & modò noſtri ſunt,quia ad vſum nobis ſunt miniſtrandi,ſicut res dominorum dicuntur eſſe famulorum,

mulorum,non dominio, ſed quia ſunt ad vſum illorũ. Sed dic.Tamẽ de homine in ſcriptura interdum reperitur,ꝙ factus ſit propter reparationem angelicæ ruinę.Reſpõdet Magiſter vbi ſuprà, ꝙ non eſt ita intelligẽdum quaſi non fuiſſet homo factus,ſi non peccaſſet angelus, ſed quia inter alias cauſas præcipuas hæc etiam nonnulla,i. aliqua extitit. Secundò,omnes ſumus ſerui Dei ratione emptionis , quia empti ſumus ad eius ſeruitium.1.Cor. 6. Empti eſtis pretio magno.1.Pet.1. Non corruptibilibus auro,vel argẽto redẽpti eſtis ſed ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.Tertiò,ſumus ſerui dei ratione cõductionis, conducti enim ſumus in vineã pręſentis vitę.Mat.20.Exiit primo mane cõducere operarios in vineã ſuã,&c.Vbi Gre. in Homil.Cõductio eſt vitę æternæ promiſſio pro operibus ſeruitutis noſtrę.Cum quibus ſeruis vult ponere rationem. ſ.in morte ſpecialiter,in nouiſſimo die generaliter,quando manifeſtabit omnibus , quomodo vnuſquiſq; vixit in vita ſua.Nã deficiẽtibus nũdinis vadũt mercatores ad pagamentũ,ſic deficiente pręſenti vita rationem ſumus reddituri, an viximus rationabiliter vt homines,vel irrationabiliter , vt beſtiæ:nam homo eſt animal rationale, ideo rationabiliter debet viuere,& de vita ſua rationẽ deo reddere.De quo habetur in can.15.q.1.meritò.para.ex eo.Homines quia rationales ſunt facti,de ſe & de omnibus rationẽ reddituri ſunt: melius enim eſſet homini ratione carere,quã cũ magna ſapientia rationis irrationabiliter viuere : quia ſcribitur in can.15.q.2.Si quis.Ea quę fiũt in mẽte alienata,etſi nõ imputãtur ad pœnã,tamẽ ſacri muneris excuſationem impediũt,vt patet de pueris fatuis , qui ſine propria culpa incidũt in furiã,& ſi quid mali agũt nõ imputatur eis ad culpã, quia habetur 15.q.1.Nõ ex voluntate naſcitur peccatum.Et Aug.lib.1.Retract.Nihil peccatũ niſi volũtariũ:& ergo melius eſſet ratione carere & ſaluari,q̃ abuti,& dãnari.Infelices ſunt qui ignorãt quid faciũt & rationẽ habent.Vadunt de tenebris ad tenebras,& neſciũt vbi cadunt. Infeliciores qui ſciũt per rationẽ quid faciũt, & apertis oculis ad infernum deſcendũt.Idcirco in fine vitæ vel mundi, de omnibus ſumus rationem reddituri.Vnde Greg. Tunc ab vnoquoq; noſtrûm vẽturus iudex exiget per iuſtitiã & veritatẽ,quod dedit per miſericordiam & largitatẽ:creſcunt dona, creſcũt & rationes donorum. Quapropter Greg. dat nobis ſalubre

consilium, dicens: Tantò humilior atq; ad seruiendum Deo promptior quisq; debet esse ex munere, quātò obligatiorē se esse cōspicit in reddenda ratione. quia scribitur Eccl. 12. Cuncta quæ fiūt adducet dominus ad iudiciū, & pro omni errato siue bonum siue malum expetetur ratio & exigetur. ¶Nota illa ratio erit magnæ periculositatis, & multiplicitatis. Primò, magnæ periculositatis, quia dicitur Eccl. 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Itē erit magnæ multiplicitatis, quia de omnib. Primò, de omnibus cogitationibus, de quo Iob 23. Ipse scit vias meas. Super quo Greg. Sic deus gressus nostros cōsiderat vt minutissimæ cogitationes indiscussæ nō remaneāt. vt scribitur Mat. 10. Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Capilli, i. cogitationes. Sap. 6. Interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur. Ideo Hier. in epist. ad filium Mauricij: Non dicas cogitaui malū, sed non feci: nā cogitare malum nefas est, sed facere crimen. Ideo Aug. Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare: quia scribitur 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ parent, Deus autē intuetur cor, & arguet cogitationes cordis. Sap. 1. In cogitationibus impij interrogatio erit. ¶Secundò ista ratio erit de omnibus locutionibus, Mat. 12. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddēt rationē. Hiero. Verbū otiosum est quod sine vtilitate loquentis & audiētis profertur: & si de talibus reddituri sumus rationē, quid de scurrilibus & criminalibus? de quib. Gl. Mat. 12. Verba scurrilia non sunt otiosa, sed criminosa. Ideo inutilia prohibet Apost. Ephe. 4. Omnis sermo vanus vel malus de ore vestro non procedat: Rationem dicit Isid. Sermo vanus est vanæ mentis signū: qualis enim sermo auditur, talis animus probatur. Attamen nota, exceptis verbis vanis & otiosis, multiplicia sunt verba criminosa, de quib. rationē debemus reddere, s. verba adulatoria, maledictoria, detractoria, negatoria, blasphematoria, pōposa, luxuriosa. Prima sunt verba adulatoria. Vnde Aug. Adulatio est puersa laudatio. Vbi inducitur ille qui laudatur ad peccādū. De quo Greg. in c. 46. dist. sunt nōnulli: Sunt nōnulli qui malefacta hominū laudant. Illi ædificāt, isti liniunt parietē. Tales adulatores sunt de numero fatuorū, de quibus Eccl. 7. Melius est à sapiente corripi, q̄ stultorū adulatione decipi. Quia dicit Aug. super Ps. Adulatio est fallaci laude seductio, vt etiā narrat Varro in sentētiis: Talis est qui adulatoriè suggerit, sicut qui clam perimit

perimit & occidit. Quapropter scribit Tullius: Nolo esse laudator, ne videar adulator. Nã adulatores sunt valde nociui laudatores. De quo Greg. Quem persecutio nõ vincit, multoties adulatio perimit. Ideo Aug. in can. 11. q 3. nemo. Melius est pro veritate pati suppliciũ, q̃ pro adulatione cõsequi beneficiũ. Secũda sunt verba maledictoria, vt ex rãcore, ira vel inuidia. Quæ etiã hominẽ segregãt à facie diuina. De quo Apost. 1. Cor. 6. Neq; maledici regnũ Dei possidebunt. Ideo Eccl. 28. Verbis tuis staterã facito, & frænos ori tuo rectos, & attẽde, ne fortè labaris, &c. Nã ista sunt mortalia & dãnabilia. De quibus Mat. 12. Ex verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis dãnaberis: Iustificaberis quidẽ ex bonis, dãnaberis verò ex maledicis. De quib. Gen. 27. Qui maledixerit tibi, sit ipse maledict⁹. de quo 4. q. 3. Qui negligũt, dicit Hier. Qui negligũt oris maledici cõsuetudinẽ resecare, etsi nõ corde maledicũt, tñ immũditiã labiorũ secũdum Isaię verbũ, & inquinamẽta oris per maledictionẽ incurrũt. Tertia sunt verba detractoria, quę etiam dñs odit, vt dicit Apost. Ro. 1. Detractores deo odibiles. & Ps. 100. Detrahẽtẽ secretò proximo suo hũc ꝑsequebar. Quia qui mala faciũt bonis, peiores sunt q̃ infernus, qui malos deuorat, sed isti bonos & malos. Et tolerabiliores sunt fures q̃ detractores, quia fures tantũ bona tẽporalia auferũt, isti verò auferunt quod restituere non possunt, s. bonã famã. Vnde Anacletus Papa in can. 6. q. 1. Deteriores sunt, qui detrahẽdo vitam & mores corrũpunt, quã qui substantias auferũt. Et Alexãder in can. q. 1. summa. Summa iniquitas est detrahere, q̃a omnis qui detrahit fratri suo, homicida est. De quo & can. 11. q. 3. nemo. Nemo peritorũ aut prudentiũ putet, ꝙ minus sit periculum in verbis, lingua mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo. Et Ber. Nunquid detrahentis lingua nõ est quasi vipera qui tres inficit vno flatu, s. seipsum, i. animam, & illũ de quo detrahit in fama, & audientẽ vulnerat & inficit in sua cõsciẽtia. Ideo. Prou. 30. Generatio quæ pro dẽtibus gladios habet, maledicta. Ideo Aug. super illud Ps. 118. Pro eo vt me diligerent, detrahebãt: dicit, Ne detrahas aut audias detrahentem. Nam qui detrahit, eradicabitur de terra viuentium, quia dicit Ber. Detrahere & detrahentem audire, vtrum horũ damnabilius, non facilè dixerim, quia detractor & libens auditor, vterq; diabolum in lingua portat. Quarta sunt verba nugatoria. De quibus Isid. 22. q. 2.

Omne genus mēdacij summopere fuge,ne casu nec studio loquaris falsum,quia dicit S.Tho.2.2.q.110. art.3. Omne mendaciū est peccatū ad minus veniale,vt iocosum & officiosum,sed dānosum,est mortale. De quo Sap.1. Os quod mētitur occidit animā.& Ps.5.Perdes oēs qui loquūtur mēdaciū.Ideo Greg.Incauti sunt humiles, qui mēdacio se illaqueāt. vt sunt qui negāt veritatē cū interrogātur.De quibus Aug.2.2.q.2. Cum humilitatis causa mētiris, si nō eras peccator,mētiendo efficieris.Nā dicit Aug.super Io.Nō ita arrogātia caueatur,vt veritas relinquatur.Ideo Eccl.20.Potior est fur,quàm assiduitas viri mēdacis.Ideo Aug.Nec artificioso mēdacio nec simplici verbo oportet quēquā decipere.Quinta sunt verba blasphematoria,vt in deū & in sanctos eius.O q̄ dura sunt talia.De quibus Leu.24. Qui Blasphemauerit nomē domini,morte moriatur.Nam tales peiores sunt Iudæis.Vnde Aug.super illud Mat.26.Blasphemauit.di.Nō minus peccāt qui Christū blasphemāt regnātem in cœlis, quàm qui crucifixerunt ambulantē in terris. Imò & magis peccant,nā aliqui Iudæi ignorāter crucifixerūt,vt dicitur 1. Cor.2.Si cognouissent,nunquā dn̄m gloriæ crucifixissent,quāuis nō excusantur.Sed multi Christiani scienter eū blasphemāt.Ideo Gl. super Ps.73.Grauius peccat cōtēptor sedētis in cœlo, quàm qui crucifixit ambulantem in terra.In signū illius Christus nō orauit pro blasphematoribus,quādo dixit Luc.23.Pater dimitte illis,nō enim sciūt quid faciunt.Ideo Luc.12.Seruus sciens voluntatē domini, & nō faciēs,vapulabit plagis multis. Quapropter ait Saluator,Mat.12.Spiritus blasphemię non remittetur.Gl.i.difficulter dimittetur. Hoc facit enormitas contēptus,quia blasphemia infert cōtumeliā deo in propria persona,quod nō facit superbus vel auarus.Ideo Gl.Isa.1. Omne peccatū leue respectu blasphemiæ, q̄a secūdū Tho.2.2.q.13.art.1.Blasphemia est derogatio diuinæ bonitatis. Sexta sunt verba pomposa & elata , cùm quis gloriatur non solùm de bono peracto,sed etiam de malo.Prou.2.Lætantur cùm malè fecerint, &c.tales inficiunt corda aliorum.Ideo poëta:

Dupliciter peccat,qui se de crimine iactat.

Quos arguit Ps.51.Quid gloriaris in malitia?Nā est signū ꝙ de talib.peccatis nunquā egerūt verā pœnitentiam,quia dicit Aug.Verus pœnitēs semper doleat.Sed de peccato reminiscēdo gaudere,est nō verè pœnitere.Septima sunt verba luxu

ba luxuriosa & carnalia, quæ ꝓhibet dñs, Eccl.5. Sit manus tua super os tuũ, ne capiaris in verbo indisciplinato, i. luxurioso. Nã talia verba sunt signa indisciplinati animi. De quo Chry. Cũ audieris hominẽ malè loquentẽ, multò amplius æstimes nequitiã, q̃ verba demõstrant. Nã quod exterius dicitur, est ex superaffluẽtia illius quod intus est. dein Mat.12. Ex abũdantia cordis os loquitur. Ideo Psal.11. Eloquia dñi eloquia casta: nã corrũpũt bonos mores colloquia praua. 1.Cor.15. Ideo Isid. Discerne quid loquaris. Talis sermo procedat ex ore tuo qui expedit, & nõ impedit. Nã secundũ Aug. Loquela tantùm hominibus rationalibus data est, vt verba nostra sint secundũ rationẽ prolata. Quia scribitur Pro.10. Qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Isid. de sum.bo. Tẽpore cõgruo loquere, & tẽpore congruo tace: ab otioso sermone cõpesce linguã, quia dic. Prou. 13. Qui custodit os suũ, custodit animã suã. Nã si quis cõsideraret rationẽ de verbis reddẽdã, silentiũ sibi placeret. ¶ Tertia ratio reddẽda de omnibus operibus, s. visu, tactu & auditu. De quo 2.Cor.5. Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonũ siue malũ. Dicit nanq; Psal.138. In libro tuo oẽs scribẽtur. Vbi Ansel. O iuste iudex signasti quasi in sacculo pecuniã, & siluisti, & patiẽs fuisti. Væ mihi demùm, vt cõquereris & nõ silebis, sed rationẽ exigẽs, cõqueri possum illud Iob 31. Quid faciã, cùm surrexerit ad iudicandũ Deus? implebitur in me illud Iob 9. Si voluerit cõtẽdere cũ eo, nõ poterit respõdere ei vnũ pro mille, & cõtingit sicut huic, de quo in tex. *Oblatus est ei vnus*, i. quilibet peccator designatus per vnũ, Gal.6. Vnusquisq; onus suũ portabit. Gre. Nõ aliorũ virtutes nos sequũtur, sed nostræ operationes. Sed hanc rationẽ incipit ponere hîc in mũdo, secũdũ Gre. cùm homo in cõsciẽtia pẽsat ea bona quæ recipit à Deo, & mala quæ egit, cùm sit in eo cõsciẽtia accusans, ratio iudicãs. *Qui debebat decẽ milia talenta.* Vbi Gre. Hoc est vniuersaliter decẽ præcepta trãsgressus est. *Et cũ nõ haberet vnde redderet.* quia per se nõ potest satisfacere, vt di. Isi. de sum.bo. Homo ꝑ se potest ruere. nõ autẽ resurgere, & Ose.13. Perditio tua ex te Israel, tãtũmodo in me auxiliũ tuũ. Ro.7. Velle adiacet mihi, perficere autẽ bonũ nõ inuenio. quia dic. Aug. de conse. dist.4. gratia. Non est nostri tantũ arbitrij, sed donũ domini. Ideo facilius & melius est peccatum cauere, quàm pœnitere,

quia

quia ex puris naturalib' ad tēpus poteſt homo aliquod pec catū cauere,ſed de nullo ſine gratia aſſiſtente pœnitere.De quo Io.6.Nemo poteſt venire poſt me,niſi pater meus traxerit illū.Ideo 2.Cor.3.Non ſumus ſufficiētes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.Ideo nō poſſumus reddere debita ſine eius gratia.Subdit: *Iuſſit eum dominus eius venūdari*,i.æterno incēdio dari. Prius em̄ peccator vēdidit ſe diabolo ex delectatione culpę:iuxta illud Thre.2. Dederūt pretioſa quæq; pro cibo ad refocillandā animā.Deinde venditur ſupplicio.Iſa.50.Ecce em̄ in iniquitatibus veſtris vēditi eſtis.Vbi Ber. Noſtra voluntas nos diabolo mācipat,nō eius poteſtas.Nā ſecundū Amb.de beata vita,Neminem iugo ſeruitutis diabolus poſſidet,niſi ſe ei prius ære peccatorū vēdiderit.Prima vēditio fit ab homine ad culpā,ſecūda fit à Dei iuſtitia ad pœnam. Deut.33. Deus ſuus vēdidit eos,& dn̄s cōcluſit illos.*Et vxorē*,i.cōcupiſcentiā.de qua Iac.1.Cōcupiſcētia cū cōceperit, parit peccatū,*& filios*,i.cogitationes, delectationes & cōſenſus & operationes,quæ omnia eiiciūtur à concupiſcētia praua. De quib.ſcrib.Exo.20.Viſitabo iniquitatē patrū in filios in tertiā & quartā generationē.Ideo Raba.Concupiſcētia praua omnis peccati mater eſt. Subdit, *Et omnia quæ habebat*, i. oēs circunſtātias,quia oēs circunſtātiæ peccati ſunt puniendæ, *& reddi*, i. oēs vires animæ vēditioni exponūtur,eò ꝙ dicit Aug. Nullū malū impunitū. Ecce quàm ſerioſa erit ratio. Quam etiā tenuit S.Hier.dicēs:Quoties diē illū cogito,toto corde cōtremiſco.Ideo hortatur nos Gre.dicēs:Nunquā ſit huius tēporis lætitia,ꝙ recedat amaritudo iudicij à memoria. Rationē ponit Anſel.Latere erit impoſſibile,apparere verò intolerabile.Quid igitur faciendum ſit docemur cùm ſubiūgitur,*procidens autē ſeruus ille*. Et ſic nos per humilitatē & pœnitentiā,iuxta illud Pſal.94. Venite adoremus & procidamus,&c. Quod docet Ber.dicēs:O ſi videamus quā multa debeamus,nihil eſt quod facis.Nā Chriſto debes totam vitā tuam,quia pro te expēdit totā vitā ſuam. Idcirco cōſiderata Dei iuſtitia appella ad curiā ſuæ miſericordiæ, eò ꝙ dicit Pſal.144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.Ideo Anſ.Hîc cōſidera quid feciſti, quid neglexiſti:feciſti multa mala, neglexiſti multa bona. Idcirco multū luge,& cū præſenti ſeruo procide,di.*Patientiā habe in me*,i.miſerere mei clamando cū Iob 10.Dimitte me,vt plāgā paululum

lum dolorē meum antequā vadam,&c. Nā ipse dissimulat peccata hominū propter pœnitentiā. Sap.11. Et subdit: *Misertus est dominus serui illius, & dim. eū, & debita dimisit ei.* De quo Orosi. super Psal.50. Miserere mei Deus, sic dicit: Per humilitatē & orationē deuotā relaxātur peccata. Eccl.35. Oratio humiliātis se, nubes penetrat. & Psal. 101. Respexit in orationē humiliū, &c. Reuera respexit, quia di. Chry. Famulus petit dilationē, & accipit totalem dimissionē: & sic frequēter plus dat nobis Deus quàm petimus. Iuxta illud Ambr. Maior est gratia quàm peccata, vt patet in latrone, Luc.23. qui petiuit memoriā dic. Memento mei domine: & impetrauit regni gloriā, audiēdo: Hodie mecū eris in paradiso. Vbi Aug. Misericordia attulit, quod miseria distulit. Ideo Chrysost. Sicut gutta vna ad aquas pelagi: sic omnis nostra miseria ad misericordiam Dei. De quo Apost. Heb.4. Adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ eius, vt misericordiā consequamur, orādo cū præsenti seruo: Patiētiā habe in me, quia secundū Gre. Iudicis terror ante iudiciū precibus placatur.

¶ *Qua facilitate pœnitenti omne debitum Deus remittat, si & ipse vicissim inimicis suis illatam iniuriam condonare non grauetur.*

ENARRATIO II.

S*erue nequā, omne debitū dimisi tibi, quoniam rogasti me, nónne ergo oportuit & te misereri conserui tui?* Matt.18. ¶ Ista est secunda pars principalis istius Euangel. in qua (vt dixi) innuitur humana miseria proximū puniens, ibi, *Egressus seruus ille inuenit vnū de cōseruis suis, qui debebat ei centum denarios.* Chry. Sicut sunt decē milia ad centū cōputando, sic peccata cōtra proximū. Nā sicut qui peccat in regē, grauius delinquit quàm contra militē: sic maius est peccatum respectu excessus contra Deum, quàm contra hominē. *Et tenens suffocabat eū*, i. grauiter insistebat & acriter, nolēs audire excusationē, dicens: *Redde quod debes. Procidens cōseruus suus rogabat eū, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autē noluit, sed abiit, & misit eū in carcerem, donec redderet vniuersum debitū.* ¶ Pro quo sciēdum: omne debitū dimittitur per sex. Primò, pœnitenti sufficienter, secundò, rogāti diligēter, tertiò, amāti feruēter, quartò, compatiēti clemēter, quintò, tolerāti patiēter, sextò, cōdonanti libēter. Primò, peccatū dimittitur pœnitēti sufficienter. De quo Ier.18. Si pœnitentiā egerit gens ista à malo suo, agam & ego pœnitentiā super malo quod cogitaui, vt facerē ei, s. rationē exigendo. Ideo hortatur nos Lucæ 3. Facite fructus

dignos

dignos pœnitētiæ. Dicit nanq; Apoſt. 1. Cor. 11. Si noſmetipſos diiudicaremus, nō vtiq; iudicaremur. De quo & Anacl. pa. 6. q. 1. ſi omnia. Si omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent, locū diuina iudicia nō haberēt: Idcirco impœnitētibus minatur dominus. Luc. 13. Niſi pœnitētiā habueritis, omnes ſimul peribitis. & Aug. Quiſquis pœnitētiæ humilitatē recuſat, Deo appropinquare nō cogitat. Nā nullus homo trāſit ad Chriſtū, niſi eū pœniteat fuiſſe quod erat. Ideo Aug. in li. de fide ad Petr. Feſtinemus ingredi in requiē per pœnitentiā, emēdando vitā extinguamus mortē, moriēdo peccatis, vt vitā acquiramus vitæ meritis. Nam ipſe eſt patiēs & miſericors, qui dixit Ezec. 18. Si auerterit ſe impius, &c. Ecce debitorū remiſſio. Secūdò, dimittūtur debita rogāti diligēter. De quo in tex. *Omne debitū dimiſi tibi, quoniā rogaſti me.* Ecce quāta eſt virtus purę orationis. Ideo hortamur Eccl. 21. Fili peccaſti, nō adiicias iterū, ſed de priſtinis deprecare, vt tibi dimittātur, vt ſcrib. Leuit. 4. de offerēte ſacrificiū pro peccato. Rogabit ꝓ eo ſacerdos & dimittetur ei, ſicut B. Steph. orauit pro lapidatoribus, & exauditus eſt pro S. Paulo. De quo Aug. Si Stephanus nō oraſſet, Eccleſia Paulum nō habuiſſet. Tertiò, dimittūtur debita amāti feruēter dominum Deum. Pro. 10. Vniuerſa delicta operit charitas: ſic factū eſt Mariæ Magdalenę. Luc. 7. Dimittūtur ei peccata multa, &c. Ideo Remig. Si multū peccaſti, multū dilige, vt multū tibi dimittatur: quia ſcrib. 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinē peccatorū. De quo Aug. Peccatū cōdonatur per gratiā, deletur per Chriſti ſanguinē, tegitur ꝑ charitatē. De quo Ezec. 16. Expādi amictū meum ſuper te, & operui ignominiā tuā, ſcilicet per veſtē charitatis. Quartò, remittūtur debita cōpatienti clemēter. Pro. 15. Per miſericordiā & fidem purgātur peccata. Nam miſericordia eſt quaſi vnguentū pietatis. De quo Ber. Multæ miſeriæ proximorū collectæ oculo pietatis inſpectæ de neceſſitatibus pauperum & anxietatibus oppreſſorū, ſunt ſpecies vnguētorū, quæ ſanāt vulnera peccatorū. Eccl. 3. Ignem ardentē extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Luc. 11. Date eleemoſynā, & ecce omnia mūda ſunt vobis. Quintò, dimittūtur debita tolerāti patiēter. De quo Tob. 3. In tēpore tribulationis peccata dimittis. Ideo hortamur Eccle. 2. In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiā habe. Quoniā in igne probatur aurū & argētum, homines verò receptabiles in camino humiliationis.
Ideo

Ideo Apoc.7. Vidit Ioãnes turbã magnam in albis, cui dixit vnus de seniorib⁹: Hi sunt qui venerũt de tribulatione magna, & lauerũt stolas suas, &c. Ideo tribulationes patienter sunt sustinẽdæ, quia habetur in can.5.q.5. non omnis. Sæpe Deus mordacissimũ medicamentũ tribulationis adiũgit ad animæ medicamentũ & ad culpæ remediũ. Sextò, dimittũtur debita cõdonãti libẽter. De quo Eccl.38. Relinque proximo tuo nocẽti te, & tunc deprecãti tibi peccata soluẽtur. De quo & Mat.6. Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis Deus debita vestra. ¶ Sunt enim multa quæ inducũt ad dimittẽdũ offensam & ad indulgẽdũ inimicis, s. peccatorũ dimissio, orationũ exauditio, bonorũ acceptatio, mortis animæ vitatio, & sanctorũ exultatio. Primum quod inducit ad indulgendum inimicis est peccatorũ dimissio, de quo Luc.6. Dimittite & dimittetur vobis. Ideo libẽter debemus dimittere paruũ, vt Deus dimittat nobis magnũ. Nam secundũ Aug. Vnusquisq; talẽ gratiã accipiet & indulgentiã à Deo, qualẽ faciet proximo. De quo Luc.6. Eadẽ mẽsura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Ideo Petr. Rauen. Vis tibi dimitti, aliis dimitte. Nã secũdũ Gre. in Homil. Ille rectè sui delicti veniã postulat, qui prius delinquẽti in ipso relaxat. Luc.11. Dimittite & dimittemini. Vnde Aug. Multa sunt genera eleemosynarũ quas cùm facimus, adiuuamur & dimittũtur peccata nostra. Sed eo nihil est maius, quàm cùm ex corde dimittimus, quod in nos quisq; peccauit. Sed indurati qui nolũt indulgere offensorib⁹ suis, nullo modo debẽt sperare veniã suorũ peccatorũ, etiã quantumcunque conuertãtur, vel cõfiteantur: quia dicit Isid. de sum. bo. Frustra sibi propitiari Deũ credit, qui citò placari proximo negligit: Imò obstinatis & iracundis, qui nolunt indulgere, id quod eis demissum fuit, exigetur ab eis. Vnde Gre. li.4. Moral. Si hoc quod in nos delinquitur, ex corde nostro nõ dimittimus, & hoc rursum exigitur, quod nobis iã per pœnitẽtiã demissum fuisse gaudeamus. Secũdò, debemus indulgere ideo, vt Deus exaudiat orationes nostras & acceptet bona opera nostra. Ratio, q̃a Deus nullũ bonũ acceptat nec orationẽ exaudit, quãdiu quis stat in rãcore & nõ vult indulgere. Vnde Aug. Qui nõ vult dimittere fratri suo, nõ speret orationis effectũ. Vnde etiã Amb. Si iniuriam nõ dimittis, quæ tibi facta est, orationẽ pro te nõ facis, sed maledictionem super te inducis. Item nec opera bona etiã quæcũque sunt

ſunt illa, ſiue eleemoſyna, ſiue ieiuniũ, ſiue peregrinatio, & caſtigationes corporis, & frequẽtatio eccleſiarũ, & miſſarũ auditio, &c. Si enim tot bona opera quis omni die faceret, quot ſunt ſtellæ cęli, Deus nullũ illorũ acceptat. Vnde Gre. Munus nõ acceptatur, niſi ante diſcordia ab animo pellatur. Vnde etiã Aug. in ſerm. de S. Steph. Nemo ſe circumueniat, nemo ſeducat. Qui vel vnũ hominẽ in hoc mũdo odio habet, quicquid Deo in bonis operibus obtulerit totũ perdet. Ergo reconciliari debemus fratri noſtro, ſi volumus vt Deus acceptet bona opera noſtra. Vnde Saluat. Mat. 5. Vade prius recõciliari fratri tuo, &c. Vnde Eccl. 34. Dona iniquorũ nõ probat altiſſimus. Quartũ eſt mortis animæ vitatio. Nã per odiũ & rancorẽ occidimus animã. De quo 1. Io. 3. Qui odit fratrẽ ſuũ, homicida eſt, ſ. propriæ animæ. Quia ſecundũ Aug. Vita animæ amor eſt, qui non amat, mortuus eſt: De quo 1. Io. 3. Qui nõ diligit, manet in morte, ſ. animæ, & Aug. Maius eſt damnũ in amiſſione vnius animæ, q̃ corporũ mille. Nónne ſtultus eſſet, qui manũ perforaret, vt tãtũ tunicã proximi lædere poſſet? ſic ſtultior eſt, qui propter vindictã proximi occidit ꝓpriã animã, quæ pretioſior eſt q̃ totus mundus & omnia viſibilia mundi. Vnde Bern. Totus mũdus ille reſpectu vnius animę nõ poteſt æſtimari. Quintũ eſt ſanctorũ & angelorũ exultatio. Vnde Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat amicos. Nã angeli & ſancti per indulgẽtiã inimicorũ erũt tui amici. Nõ ſolũm angeli, ſed & Deus. De quo Aug. in ſerm. de B. Stepha. Pro amore hominis inimici, efficieris amicus Dei. Nã ſecũdum Chry. Nihil facit hominẽ Deo ita probabiliter ſimilem, ſicut lædentibus eſſe placabilẽ. Ideo Matt. 5. Diligite inimicos veſtros, &c. vt ſitis filij patris veſtri, qui in cęlis eſt. Nam patris cœleſtis filius per naturã, ſ. Chriſtus hoc fecit: qui cũ in ligno extẽderetur & crucifigeretur, quaſi omniũ immemor clamauit ad patrẽ di. Pater dimitte illis: ſic debet facere filius Dei per gratiã. Ad quod hortatur nos Aug. di. Indulgere inimicis, grandis eſt labor in hoc ſeculo, ſed grandius præmium in futuro.

¶ Dominica XXIII. poſt Trinitatem.

A quibus petendum ſit bonũ conſilium, vt declinata Phariſæorũ cæca malitia, ad veritatem (quæ triplex in Chriſto fuit) perueniatur.

ENARRATIO I.

Q*Vid me tẽtatis hypocritæ?* Mat. 22. ¶ In ſum. Euang. duo innuũtur. Primò, Phariſæorũ cęca malitia: ſecũdò, Chri-

ſti.

sti Saluatoris vera iustitia. Primũ ibi, *Abeuntes Pharisæi.* Secũdũ ibi, *Ostẽdite mihi numisma census.* De primo dicit: *In illo tẽpore,* s. cùm Christus imposuit silentiũ Sadducæis, qui errauerũt de resurrectione, tunc *Pharisæi abeuntes,* &c. Quorũ malitia notatur in sex. Primò, in separatiõe à Christo, cùm dicit, *Abeuntes,* s. à facie diuinæ dulcedinis, quæ dulcedo secundum Orosiũ facies est diuina. Ab hac recesserũt ꝑmanẽtes in sua obstinatia & volũtate peruersa. *Abeuntes* à sum. bo. in malũ peccati, à iustitia ad iniustitiã, à vita ad mortẽ, ab ęterno lumine ad tenebras vitiorum. De quibus Ier. 17. Dñe oẽs qui te derelinquũ cõfundentur, recedẽtes à te in terra scribentur, quoniã dereliquerunt venam aquarũ viuentiũ dñm. O quot sunt hodie tales, qui cũ corrigũtur, nõ emẽdãtur, sed peiores efficiũtur, vt dicit Chry. Sicut ignis quãtò plura ligna suscipit, tãtò maior flãma exit: sic peruersi quãtò plura bona suscipiũt, tãtò deteriores sunt. Tales fuerũt Iudæi, de quibus Amos 5. Odio habuerunt corripientẽ in porta. Secũdò, notatur eorũ malitia in cõsilij peruersi inquisitione. De quo subdit in textu: *Inierũt cõsiliũ cũ Herodianis.* De quo Chry. Quale consiliũ, tales cõsiliarij. De eorũ cõsilio dicit patriarcha Iacob, Gen. 49. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellãtia, in eorũ cõsiliũ nõ veniat anima mea, quia malũ. Nã consiliũ bonũ quæritur à quatuor. Primò, à Deo, secũdò ab homine bono, tertiò, à sapiẽte & nõ fatuo, quartò à sene & experto. Primò, bonũ consiliũ principaliter quærendũ est à Deo. Tob. 4. Omnia cõsilia tua in ipso permaneãt. Et ergo in magnis causis & operib. deberet fieri inchoatio ab inuocatione spiritus sancti. De quo Boetius de consolat. Inuocãdũ duximus gubernatorẽ omniũ, quo prætermisso nullũ ritè fundatur exordiũ. Hoc fecit Iudith c. 8. dic. Orate, vt firmũ faciat deus cõsiliũ meũ. Quod & factũ est. Quia scri. Iob 12. Ipse habet consiliũ, & intelligentiã. Et Pro. 8. Ego sapiẽtia habito in consilio. Et Eccl. 1. Omnis sapientia à dño Deo est. Ideo ab eo quærenda est. Ideo Aug. 26. q. 2. qui sine. Qui sine Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat se prudentẽ fieri posse, non sanus, sed ęger: non prudens, sed stultus ægritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus & demens permanebit. O quot hodie tales proprię prudentiæ confidentes, & consilium à deo nõ quærẽtes. Quibus maledicit Isa. 5. c. dic. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & corã vobismetipsis prudentes.

Secúdò, bonũ cõſiliũ debet quęri ab homine bono & non malo Ber. Bon⁹ in cõſilio, bon⁹ in obſequio, ſicut à veneno ſic à malo cõſiliario ſerua animã tuã. Eccl. 37. A cõſiliario malo ſerua animã tuã. Ratio, Pſ. 105. ipſi exacerbauerũt eũ in cõſilio ſuo. Et ſic 2. Reg. 16. dixit Abſalon ad Achitoſel: Inite cõſiliũ quid agere debeamus. Et ait Achitofel ad Abſalõ, Ingredere ad cõcubinas patris tui quas dimiſit ad cuſtodiendã domũ, vt cũ audierit omnis Iſraël, ꝙ fœdaueris patrẽ tuũ, &c. Chry. Quale cõſiliũ, tales cõſiliarij. Et ſic hic. Ideo Pro. 12. Cõſilia impiorũ fraudulẽta. Tertiò, bonũ conſiliũ debet quæri à ſapiẽte. De quo Tob. 4. Conſiliũ ſemper à ſapiẽte perquire. Nã aqua nõ eſt hauriẽda de ciſterna arida. Sic aqua ſapiẽtię ab inſipiẽtibus nõ eſt quærẽda. De quo Eccl. 8. Cũ fatuis cõſiliũ ne habeas, nõ eñ poterũt diligere niſi quæ eis placẽt: ita vt de eis verificetur illud Iſa. 19. Sapiẽtes cõſiliarij Pharaonis dederũt cõſiliũ inſipiẽs. Quartò, conſiliũ eſt quærendũ à ſene experto, nõ à iuuenibus, qa ſunt laſciui & inexperti. Sic fecit Roboã 3. Re. 12. qui derelicto cõſilio ſeniorũ, quod ei dederũt, ſecutus eſt cõſiliũ iuniorũ. Propter qđ perdidit populũ ſuũ. Ideo Ariſt. Nõ ſunt iuuenes ad Philoſophiã vtiles, quia nimis paſſionati. Idcirco dicit Gre. 1. q. 1. ęſtote. Experti grauẽſq; morib⁹ ꝓ cõſilio ſunt requirẽdi. Dicit eñ ſic, Graues expertóſq; viros cõſilij veſtri adhibete participes: quã requiſitionẽ docuit Ieſus filius Syrach, Eccl. 32. Fili ſine cõſilio nihil facias, ſ. ſeniorũ & expertorũ. Et ſubdit: Poſt factũ nõ pœnitebis. Ideo Prou. 13. Aſtutus omnia agit cũ cõſilio. Nã vbi multa cõſilia, ibi ſalus. Pro. 11. Tertiò, notatur malitia Phariſæorũ in praua intẽtione. De qua ſubdit, vt *caperẽt Ieſum in ſermone.* Ecce malitia, voluerũt illũ capere in verbis, qui verò cœlũ & terram cõdidit, & quẽ cœli capere non poſſunt, vt dicitur 3. Reg. 8. Et qui eſt ſapiẽtia dei patris, & qui nouit decipientẽ, & eũ qui decipitur, vt habetur Iob 12. Et qui nouit abſcõdita cordis, hũc voluerunt capere in verbis. Ecce quanta malitia. Quartò, notatur eorũ malitia in verborũ dulcedine. Chryſ. Magiſtrũ vocãt cuius diſcipuli eſſe noluerũt. Et reuera eſt magiſter, Io. 13. Vocatis me magiſter & dñe, & bene dicitis, ſum etenim. Eſt nanq; Magiſter humilitatis, pietatis, charitatis, & veritatis. Primò, eſt magiſter humilitatis. De quo Io. 13. Si ergo ego laui pedes veſtros dñs & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes, i. humilitatẽ exhibere, quam

quam docuit Mat.11.Discite à me quia mitis sum,&c. Qui igitur vult esse discipulus illius magistri,debet doctrinā humilitatis sequi.Quia scribitur Luc.6. Nō est discipulus super magistrū,& superbi eius nō possunt esse discipuli. Ideo possunt cōqueri illud Pro. 5. Magistris nō inclinaui aurem meā,penè fui in omni malo.Et meritò,quia di. Ps. 118. Increpasti superbos,maledicti, &c.Ideo ait Io.8.Si vos mā̄seritis in sermone meo,verè discipuli mei eritis. Secūdò, est Magister pietatis quā exhibuit Io.8. Cùm mulier esset deprehensa in adulterio,dixerunt Pharisæi, Magister, Moses mādauit nobis huiuscemodi lapidare,ipse autē per pietatē absoluit eā,dicens:Nemo te condēnauit mulier? Respōdit, Nemo dñe.Et sic per suā pietatē eā absoluit. Hanc pietatē etiā exhibuit,cùm māducauit cū peccatoribus.Vnde scandalizati sunt Pharisæi & dixerūt,Mat.9.Quare cū publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Respondit, Non est opus valentibus medicus, sed malè habētibus. Sic qui volūt esse eius discipuli,debēt esse misericordes & pij. Quia dicit Amb.Nil ita cōmendat Christianū, q̃ misericordē se exhibere & piū erga proximū. Ideo 1. Tim.4. Exerce teipsum ad pietatē,quia secundū Amb.Pietas omniū virtutū est fundamentum.Ideo Apost.1.Tim.4.Pietas ad omnia vtilis est,promissionē habēs vitę,quę nūc est,& futurę.Tertiò, Christus est Magister charitatis, qui charitatē habuit & docuit.Habuit,vt patet Io.15.Maiorē hac dilectionē nemo habet,&c.De quo Apost.Eph.2.Propter nimiā charitatē suā qua dilexit nos,cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.Itē Charitatē docuit,Mat.22.Magister quod est mandatū magnū in lege?Respondit,Diliges dñm deum tuū,&c.Et sic qui volunt esse eius discipuli,debent habere charitatē dei & proximi. De quo Io.13.In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis,si dilectionē habueritis adinuicem. Dicit nāq; Aug.Sola dilectio discernit inter filios dei & diaboli.Signent se omnes signo crucis,respondeant omnes amen , cantent oēs alleluia, baptizentur oēs,intrent Ecclesias : non discernuntur filij dei & diaboli filij,nisi ex charitate.Quartò,est Magister veritatis,de quo subdit in tex.*Magister scimus quia verax es*. Hîc notatur Pharisæorū quinta malitia,s.in adulatione,de quo Chry.Vt seducere possint ab adulatiōe incipiūt, velut taurū ferocē capere desiderātes,& in fronte fricātes,vt eū deiicere possint:sic

& ipsi per adulationē Christo fecerunt eū, collaudantes de veritate dicētes, *Magister scimus quia verax es.* reuera verax. Ro. 3. Est autē deus verax, omnis autē homo mendax: imò nō so lū verax, sed & veritas. Ioā. 13. Ego sum via, veritas, & vita. ¶ Erat enim in Christo veritas triplex, s. vitæ doctrinæ, & iustitiæ. Primò, veritas vitæ. De qua 4. Reg. 20. & Isa. 38. Me mento quæso dñe, qūo ambulauerim corā te in veritate & in corde perfecto, & quod bonū est in oculis tuis fecerim. Sic locut' est Ezechias rex, multò magis Christus, 1. Pet. 2. Qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius: q̃a veritas est à quo omne verbū est. De quo Aug. Nemo pōt dicere quod veritatis est, nisi illuminetur ab illo, qui mēti- ri nō potest, s. à deo. Dicit enim Apost. Hebr. 6. Impossibile est mētiri deū, & Num. 22. Nō est deus quasi homo, vt men tiatur. Ideo meritò cōmēdabāt eū de veritate vitæ. Secūdò, habuit veritatē doctrinæ. De quo subditur in textu: *Et viam Dei in veritate doces.* Reuera veritatē docuit & non tacuit. De quo Ps. 39. Non abscōdi misericordiā tuā & veritatē tuam à concilio multo. Ideo dicit Io. 18. In hoc natus sum & veni in mundū, vt testimoniū perhibeā veritati. Nā periculosum est veritatē scire & obticere. De quo Aug. 11. q. 3. quisquis. Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatē occultat, iram dei super se prouocat: vterq; reus est, quia magis timet ho- minē q̃ deū. Et post pauca: Et qui veritatē occultat, & qui mendaciū dicit, quia ille prodesse nō vult, iste nocere desi- derat. Tertiò, habuit veritatē iustitiæ, ita ꝙ nec timore nec munere illā peruertit nec permutauit, vt veritas peruerti so let in seculo. De quo Gre. Quatuor modis humanū iudiciū peruertitur, s. amore, odio, timore & cupiditate, Quorū nul lū fuit in Christo, De quo subdit in textu: *Non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personā hominis,* s. diuitis vel pauperis. De quo Act. 10. In veritate cōperi, quia non est acceptor perso- narū deus. Sic nec debet esse inter homines, Iac. 2. Si perso- nā accipitis, peccatū operamini. Vnde dicit S. Th. 2. 2. q. 43. art. 2. In acceptione personarū est triplex ordo consideran- dus. Primò, prælationis. Et sic persona in prelatione cōstitu ta est præ aliis honorāda ratione boni cōmunis, 1. Pet. 2. Re gē honorate, & Ro. 13. Nō est potestas nisi à deo. Secundò, cōsiderādus est ordo fraternæ dilectionis: & sic Christianus malus optimo Iudæo est præferendus. Quia dicit Apostol. Gal. 6. Operemur bonū ad oēs, maximè autē ad domesticos fidei.

fidei. Tertiò, poteſt cõſiderari ordo virtutis, vt ei qui maioris eſt gratiæ & virtutis maior honor exhibeatur. Quia dicit Philo. 4. Ethic. Honor eſt exhibitio reuerentiæ in ſignũ virtutis. Et præter iſtos tres ordines quartò cõſiderãdus eſt ordo præmij quod expectatur, vt cùm honoras diuitẽ propter hoc, quia prodeſſe poteſt Reipublicę, vel tibi aut aliis in neceſſitate cõſtitutis. Et ſic præferendus eſt diues pauperi, qui hoc nõ poteſt: nõ tamen pauper eſt ſpernendus, quia dicitur Eccl. 9. Vir pauper & ſapiẽs liberabit vrbem per ſapientiã ſuã. Cùm autẽ honoras diuitẽ propter munera, & in hoc ſpernis pauperes, à quibus talia non ſperas, hoc eſt peccatũ mortale, quia cõtra dilectionẽ ꝓximi & præceptũ dei. Quia ſcriptũ eſt Leu. 19. Non cõſideres perſonã pauperis, nec honores vultũ potẽtis in iudicio. Ideo dicit Hugo. Acceptio perſonarũ eſt vacua reuerẽtia exhibita alicui nõ cauſa debiti vel meriti, ſed propter timorẽ vel propriã vtilitatẽ, ſ. diuitias & munera. ¶ Pro quo ſciẽdũ, ꝙ periculoſum eſt accipere munera quatuor de cauſis. Primò, rationẽ excæcant, ſecundò, mentẽ corrũpunt, tertiò, maledictionẽ inducunt, quartò, ad gehennã perducũt. Primò, rationẽ excęcãt & mutos faciunt erga virtutẽ. De quo Eccle. 20. Xenia & dona excæcãt oculos iudicũ. Ideo Exo. 26. Non accipias munera, quæ etiã excæcãt prudẽtes, & ſubuertũt verba iuſtorũ. Quis enim ſanus reciperet in hoſpitiũ ſuũ, à quibus deberet excæcari, vel mutus effici? Quapropter dicit Greg. Non poteſt conſtanter argui à quo accipitur munus. Eatenus Apoſt. noluit accipere, ne dum acciperet, autoritatẽ magiſterij & correctionis declinaret. Nã tales ad munera reſpiciẽtes (vt dicit Iſa. 56.) ſunt ſicut canes muti, nõ valentes latrare: quia euenit interdũ, ꝙ prælatus cũ tanto latratu obuiat pauperi quaſi vellet eũ deuorare. Sed iſte proiicit aliquid in os eius, & aufert ei loquelam. Ideo Caſſio. Oblatio muneris eſt tinea regiminis. Secũdò, munera mentẽ corrũpunt, & veritatẽ iuſtitiæ peruertũt. De quo 1. Reg. 8. Declinauerũt poſt auaritiã, acceperũtq; munera & peruerterũt iudiciũ. O quot ſunt hodie tales, quod cõqueritur Iſa. 1. Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligũt munera, ſequuntur retributiones, pupillo nõ iudicant, & cauſa viduæ nõ ingreditur ad illos. Ideo graue eſt in prælatis, ꝙ diligunt munera. Quapropter dixit Ietro Moſi, Exod. 18. Prouide autẽ de omni plebe viros ſapientes & timentes Deum

in quibus ſit veritas,& qui oderint auaritiã. Et dato ꝙ aliqui per munera non corrũpantur, tamen præſumptio habetur cõtra eos de corruptione, de quo Hiero. Sicut matrona nõ eſt caſta, quæ munera accipit cùm rogatur, ſic iudex munuſcula accipiens immunis à corruptione non iudicatur. Ideo Pro.17. Munera de ſinu impius accipit vt peruertat ſemitas iudicij. Tertiò, munera maledictionẽ inducũt. Deut. 27. Maledictus qui accipit munera vt percutiat animã ſanguinis innocentis. Iniquũ eſt eñ iudicẽ vel principẽ munera quærere. Vnde Pſ.25. In quorũ manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus, vbi Petrus Bleſen. Trãſibunt iniquitates in pœnã,& munera in dolorẽ, de quo Iſa.1. Væ qui iuſtificatis impiũ pro muneribus, & iuſtitiã iuſti aufertis ab eo. Cupidus enim cùm munus accipit, credit ſe benedictionẽ accipere. Vnde munus vocatur benedictio 4. Reg.5. Dixit Naamã Heliſæo: Obſecrò vt accipias benedictionẽ à ſeruo tuo. Sed latuit ibi maledictio, quam Giezi ſenſit, cũ lepra Naamã ei adhęſit. Ideo Pro.17. Qui iuſtificat impiũ & qui cõdẽnat iuſtũ, ſ. ꝓpter munera, vterq; abominabilis eſt apud deũ. Quartò, munera ad gehẽnã perducũt. Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorũ qui munera libenter accipiunt. Ecõuerſo verò ſcribitur Pro.15. Qui odit munera viuet. De quo Iſa.33. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit. Vbi Gre. Ab omni munere, nã aliud eſt mũn' ab obſequio, aliud à manu, aliud à lingua. Mun' ab obſequio, eſt ſubiectio indebitè impẽſa: munus à manu eſt pecunia: mun' à lingua eſt fauor quẽ quęrit inanis gloria, ſ. adulatio laudis. Sextò, notať malitia Phariſæorũ in falſa inquiſitione. De qua ſubdit: *Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet dare cẽſum Cæſari an nõ?* Vnde Iudęa facta erat tributaria à tẽpore natiui. Chriſti. Ideo Tib. pręfecit Pilatũ, Et de hac quæſtiõe lõga cõtẽtio habita eſt, qa Phariſęi, dicebant, ꝙ nõ: alij vero ꝙ ſic ꝓpter defẽſionẽ Reip. & ſic miſerunt diſcipulos eorũ cũ Herodianis, dicẽtes: *Quid tibi videtur?* Nõ dicũt, Dic nobis quid eſt bonũ, quid expediẽs? quid legale? Sed, *quid tibi videtur?* Reſpiciebãt eñ ad tradẽdũ eũ Pilato, vel ad inimicãdũ popu. *Cognita autẽ Ieſus nequitia eorũ, dicit:* Hie. Prima virtus reſpõdentis eſt interrogantiũ mentẽ cognoſcere: quã ipſe cognouit. Sapien.8. Ipſe fecit verſutias hominum, diſſolutiones augmentorum, quia ſcribitur Prou. 12. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium

contra

contra dominũ. Ideo ait illis, *Quid me tentatis hypocritæ?* Greg. Hypocrita est, qui simulat esse quod nõ est. De tali dicitur Isa. 9. Omnis hypocrita nequã. Ideo Eccl. 1. Ne fueris hypocryta in cõspectu hominũ, & ne scãdalizeris in labiis tuis. Attende in illis, ne fortè cadas, & inducas animæ tuę inhonorationẽ, qa hypocrisis est mendaciũ operis: de quo S. Tho. 2.2.q.111. Hypocrisis est mendaciũ in exterioribus signis, & nõ refert vtrũ qs mẽtiatur verbo vel facto. ¶ *Ostẽdite mihi numisma cẽsus.* Pro quo nota ꝙ duo debemus ostẽdere Deo, Primò iniquitatẽ in cõfessione, secũdò bonitatẽ in oratione. Dixi primò, debemus ostẽdere iniquitatẽ in cõfessione. De quo Luc. 17. Ite, & ostendite vos sacerdotib. Nã si ostẽdis miseriã in cõfessione, ipse ostẽdet misericordiã in remissione. De quo 1. Io. 1. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus vt remittat nobis peccata nostra, & emũdet nos ab omni iniquitate. De quo & Isid. Cõfessio sanat, cõfessio iustificat, & veniã peccati impetrat. Ideo peccatũ nõ est abscondendũ, sed ostendẽdum. Iuxta illud Prou. 28. Qui abscõdit scelera sua nõ dirigetur: qui autẽ confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiã cõsequetur. Ideo Isa. 43. Narra si quid habes, vt iustificeris. De quo Greg. Nunquã Deus mentẽ deserit, quæ se in peccatis veraciter cognoscit, & cõfitetur malum quod fecit. Secundò debemus ostendere bonitatẽ in operatione, de quo Iac. 3. Quis sapiẽs & disciplinatus inter vos, ostẽdat ex bona cõuersatione operationẽ suã in mansuetudine sapientiæ. Iuxta illud 1. Pet. 2. Conuersationẽ vestrã inter gentes habentes bonam. Nam sicut arbor cognoscitur ex fructu, sic homo ex opere. Nã vbi est patientia, ibi charitas: vbi humilitas, vtiq; certo tẽpore se ostendit. Iuxta illud Mat. 5. Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona. Debemus enim ostẽdere opera nostra bona, ad Dei glorificationẽ & proximi ædificationẽ, nõ ad ꝓpriã cõmendationem. Exẽplo Ezechiæ, Isa. 39. & 4. Reg. 20. Qui ostẽdit thesaurũ suũ nuntiis regis Babylonis, & postea omnia perdidit: ita euenit huic, qui opera bona ostẽdit per iactantiã & hominum complacentiam. De quo Chrys. Quod quis propter homines facit, totũ perdit & amittit. Et Aug. Iactantia est in eo periculosior, quò nomine religiosior.

¶ *Quomodo & quæ reddenda sint vnicuique, puta Deo, sibijpsi, proximo, mundo ac dæmoni.* ENARRATIO II.

R*Eddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei Deo* Mat. 22.

¶ Audiſtis de Phariſæorũ malitia inuidioſa, & ſex modis: nũc dicẽdũ eſt de Saluatoris iuſtitia gratioſa, quæ innuitur in his verbis, *Reddite quæ, &c.* Meritò hoc Euang. ſequitur præcedẽs: quia in præcedenti Euãgelio dictũ eſt de ratione reddẽda in ſpeciali & in generali iudicio. In iſto verò Euãgelio docemur, quomodo debemus euadere arduũ & diſtrictum iudiciũ, ſ. per iuſtitiã, de quo Prou. 11. Nõ proderũt diuitiæ in die vltionis, iuſtitia autẽ liberabit à morte. Difficile enim erit iniuſtis, de quo Pſal. 5. Nõ permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Sed implebitur illud Rom. 1. Reuelabitur ira Dei de cœlo ſuper omnẽ impietatem & iniuſtitiã hominũ. Quia dicit Aug. Si iuſtus eſſem, nõ timerẽ. Ratio, Amb. de offi. Iuſtus nunquã ſolus eſt, ſemper cũ Deo eſt, & Deus cũ eo. Ecce quãta ſecuritas. Sed dic. Quid eſt iuſtitia? Reſpõdet Macrobius, Iuſtitia eſt virtus reddẽs vnicuiq; quod ſuũ eſt, cui cõſonat Greg. Et qa ſummũ in rebus bonũ eſt iuſtitiã colere, ac ſua cuiq; iura ſeruare, & in ſubiectos nõ ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed qđ æquũ eſt fieri, & cuſtodiri. Et hoc docuit Chriſtus in pręſentib. verbis, di. *Reddite quæ ſunt, &c.* q.d. Reddite vnicuiq; quę ad eũ pertinẽt & eũ cõcernũt. ¶ Pro quo nota ꝙ aliqua ſunt quę cõcernũt diabol. aliqua mundũ, aliqua corpus, aliqua cõſciẽtiã, aliqua animam, aliqua proximũ, aliqua deũ. Et illa debemus reddere vnicuiq;. Primò diabolũ cõcernũt tria, ſ. inimicitia, reſiſtentia, & pugna. Primò inimicitia, qa eſt inimicus noſter, qui quęrit nos perdere, 1. Pet. 5. Vigilate fratres qa aduerſarius noſter, &c. Poſſemus enim dicere cum Pſ. 138. Perfecto odio oderã illos, inimici facti ſunt mihi. Super quo dicit Greg. Inimicos ꝑfecto odio odire, eſt hoc qđ facti ſunt diligere, & quod faciũt reſpuere, vt habetur in can. 86. diſt. odio. Odio habeãtur peccata nõ homines. Nã dicit S. Th. 2. 2. q. 76. art. 1. In diabolo ſunt cõſiderãda duo, natura & culpa. Natura eius eſt bona, qa à deo, nõ eũ maledicere licet. Culpa verò eius maledicẽda eſt. Idcirco peccatores, in mortali exiſtentes, vt ebrioſi & furioſi nõ deberẽt maledicere diabolũ. Nã ſcrib. Eccl. 21. Dũ maledicit impius diabolũ, maledicit ipſe animã ſuã: quia cũ peccator diabolũ maledicit ꝓpter peccatũ, ſeipſum ſimili modo indicat maledictione dignũ ꝓpter ſuũ ꝓpriũ peccatũ. Ideo tenemur inimicitia malitiæ ipſius, & nõ naturę: Secũdũ quod cõcernit diabolũ, eſt cõſiſtentia, Iac. 4. Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis. Ber. Dęmonum eſt

mala

mala ſuggerere, noſtrũ nõ cõſentire. Nã dicit Aug. Diabolus nõ nocet cogẽdo, ſed ſuadẽdo dat cõſiliũ, ſed noſtrũ eſt regere vel repudiare, qđ ſuggerit Hier. Debilis eſt hoſtis, nõ põt vincere niſi volentẽ. Ber. Nõ eſt poteſtas, ſed noſtra volũtas nos mãcipat diabolo. Nã dicit Aug. Si intantũ poſſet nocere diabolus, quantũ vellet, nullus iuſtus remaneret. Sed nõ põt: qa eius poteſtas eſt ſub poteſtate, ſ. dei, & Deus nobis aſtat, 1. Cor. 10. Fidelis deus, qui nõ pat. vos tẽtari ſupra id quod poteſtis. Ber. Nõ poteſt inimicus incitare tẽtationis motũ in te, niſi velis dare cõſenſum. Idcirco noli te excuſare per diabolũ. qa 15. q. 1. nõ eſt. Diabolus neminẽ iugo ſeruitutis aſtrictũ poſſidet, niſi ſe ei prius peccatorũ ære vẽdiderit. Idcirco noſtrũ eſt reſiſtere: qa dicit Chryſ. ſuper Mat. In primis grauis: ſi quis anima forti reſtiterit, in ſecũdo inueniet eũ infirmiorẽ: quantò enim plus percuſſus fuerit, tãtò magis deficit. Ideo Chry. ibid. Quoties diabolo reſiſtimus, toties eum ſuperamus, angelos lętificamus, deũ honoramus, & coronã nobis acquirimus. Iuxta illud Iac. 1. Beatus vir qui ſuffert tẽtationẽ, &c. Tertiũ quod cõcernit diabolũ, qđ debemus ei reddere, eſt pugna. Vnd. Eph. 5. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebrarũ harum, i. aduerſus dęmones in tenebroſo aëre exiſtẽtes. Diabolus enim pugnat cõtinuè cõtra nos. De quo Gre. Diabolus cõtinuè tẽtat nos, vt ſaltẽ tędio vincat. Sic & nos debemus eũ impugnare per charitatis opera, quę ei ſunt valde cõtraria, vt dicit Hugo: Nihil eſt quod diabolus timet intãtũ, ſicut charitatis vnitatẽ. Itẽ debemus cõtra eũ pugnare per ſacrã ſcripturã, iuxta illud Eph. 6. Induite vos armaturã dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Armatura dei, eſt ſacra ſcriptura, per quã Chriſtus vicit diabolum, Mat. 4. Nõ in ſolo pane, &c. Et iterũ: Scriptũ eſt, Nõ tẽtabis dñm Deũ tuũ. Sic & nos debemus pugnare per ſacrã ſcripturã cõtra diabolũ. Vnde Gre. ſup Ezec. parte 2. ho. 3 Vniuerſa noſtra munitio conſiſtit in ſacro eloquio. Secũdò, debemus reddere mũdo quę mũdi ſunt, etiã tria: Primo deteſtationẽ, ſecũdò mẽtis alienationẽ, tertiò miſerię cõſiderationẽ. Primò, debemus reddere mũdo deteſtationẽ. De quo 1. Io. 2. Nolite diligere mundũ, neq; ea quę in mũdo ſunt. Si qs diligit mũdũ, nõ eſt charitas patris in eo. Nã nõ poſſunt ſimul ſtare amor dei & mũdi. Aug. Si in te eſt amor mũdi, nõ eſt quo

intret amor dei.Iac.4.Adulteri nescitis qa amicitia huius mũdi inimica est deo? Quicunq; ergo voluerit amicus esse huius mũdi,inimicus dei cõstituitur.Secũdò,debemus mũdo reddere mẽtis alienationẽ.Amb.Qui saluus esse desiderat,supra mundũ ascẽdat.Si corpus est in mũdo, mẽs sit in cœlo.Ro.12.Nolite cõformari huic seculo.Ratio,Io.16.In mũdo pressurã habebitis.Vnde Aug.Iter huius seculi plenũ est tẽtationib.nũc prosperis extollit,nunc aduersis frangit. Propter qđ dicit Chrys.sup Mat.Sicut difficile est custodire arborẽ iuxta viã positã,& fructus seruare ad maturitatẽ: sic difficile est inhęrẽtẽ mũdo cõscientiã & animã seruare immaculatã.Tertiò,debemus reddere mũdo miserię cõsiderationẽ.Nã scribitur 1.Io.5.Totus mũdus in maligno positus est. Hoc cõsiderãs Salomõ,Eccl.2.dixit,Affluã delitiis, fruar bonis,&c.Sequitur,Vidi in omnibus vanitatẽ & afflictionẽ animi,& nihil pmanere sub sole.Ideo Ber.Nõ est verior vel peior miseria,quã mũdi lętitia.Eccl.2. Cuncti dies eius dolorib.& ærũnis pleni sunt,& si aliqd videtur delectabile,hoc est modicũ.De quo Greg.Momẽtaneũ est qđ delectat,&c.Ideo Sene.Omnia mũdana quasi quędã somnia vana.Ideo Chry.Miser est mũdus,miserrimi qui eũ sequũtur. Nã semp mũdi alia opera excluserũt hominẽ ab æterna vita.De quo Gre.Nemo põt hic gaudere cũ seculo,& illic regnare cũ Christo. Tertiò, debemus reddere corpori nostro quę corporis sunt.Et sunt tria quę debemus ei reddere,s.refectionẽ in necessitate,refręnationẽ in voluptate, exercitationẽ in operositate.De his trib.scribitur Ecc.33.Cibaria & virga & onus asino,i.corpori.In hoc ꝙ dicit cibaria, notat refectionẽ.In hoc ꝙ virga,significat refręnationem. Sed in hoc ꝙ dicit opus designat exercitationẽ.Dixi ꝓximo debemus ei reddere refectionẽ in necessitate:qa dicit Hiero.De rapina holocaustũ offert,qui corpus immoderatè castigat. Ideo Ro.12.Rõabile sit obsequiũ vestrũ.Ber. Oportet corpus reprimere,nõ extinguere.Sufficit corpus sic reficere,vt sit subiectũ spiritui.Propter qđ dicitur Eccl.7.Nõ lædas seruum in veritate operantẽ.Et hoc figuratũ est,Leu.2.Quicquid obtul. sacrificij sale cõdi.i.discretione. Vrbanus Pap. Discretio est auriga & mater omniũ virtutũ. Secũdò,debemus corpori reddere refręnationẽ in voluptate, vt nõ viuamus secũdũ corporis desideria.Ro.13. Carnis curã ne feceritis in desideriis.Vbi Alan.Nõ in desideriis,sed bene in necessa

cessariis. Propter quod dñs in Euãg. Luc. 21. dicit, Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Eccle. 37. Propter crapulã multi obierũt. Galen. Plures moriũtur gula, q̃ gladio. Vnus efficitur leprosus, alter phthisicus, tertius hydropic⁹: Et hoc nõ ex alio, nisi ex inordinata vita, quia non refrænãt corporis desideria, de quo Eccl. 37. Noli auidus esse in omni epulatione, in multis enim escis erit infirmitas non solũ corporalis, sed & mors sequitur: ex hoc & infirmitas spiritualis, de quo Gre. Qui corp⁹ delicate reficit, hinc in spiritu deficit. Ideo 1. Pet. 2. Obsecro vos tãquã aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalib. desideriis, &c. & Ro. 7. Si secũdũ carnẽ vixeritis, moriemini, nõ solũ corporaliter sed spiritualiter, &c. de quo Gre. Qui nũc in voluptatibus se dilatat: in suppliciis eũ pœna æterna angustiabit. Et Apo. 18. Quãtũ glorificauit se & in delitiis, &c. Propter quod hortatur nos Apo. Ro. 7. Debitores sum⁹ nõ carni, sed spiritui. Gre. Quicquid delectationis carni subtrahimus, in spiritu inuenimus. Cassi. Caro quæ hîc delectabiliter viuit, ibi cruciabitur: & caro quæ hîc vincitur, ibi coronabitur. Tertiò debemus corpori exercitationẽ in operositate. Hier. Sẽper aliquid operis facito, &c. Ber. Otiũ est sentina omniũ vitiorũ. Et Eccl. 33. Multã malitiã docuit otiositas, vt habetur de Sodomit. Ecc. 16. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, &c. Ideo Au. Fratres oportet otium expelli, quos tędet orare vel legere, manib⁹ operari nõ deserãt, cogitãtes ꝙ quãdiu Dauid exercitauit se in militia, non sibi insultauit luxuria. Sãson quãdiu cũ Philist. pugnauit, ab hostib. capi nõ potuit: sed postq̃ otiosè in sinu fœminę dormiuit, capitur, & excæcatur. Similiter Salomõ occupatus in ædificio tẽpli, nõ sensit luxuriã. Cassio. Mẽs otiosi hominis nihil cogitare nouit nisi de vẽtre. Aug. Otiositas sine dei timore, est magistra nequitię. Idcirco debem⁹ reddere corpori exercitationẽ in operositate. Quartò, debem⁹ reddere cõsciẽtiis nostris quę eas cõcernũt & sũt etiã tria. Primò debem⁹ reddere cõsciẽtiæ nostrę diligẽtẽ discussionẽ. Ecc. 22. Pręcurre prior ĩ domũ tuã, illic aduocare, & illic lude, & age cõceptio. tuas, in domũ, s. cõsciẽtiæ. Vide ibi quid cõcepisti boni vel mali meriti vel demeriti. Ber. Quotidiana discussione examina vitã, vide in cõsciẽtia vtrũ deficis vel ꝓficis. Dicit nãq; Aug. Omnis q̃ discussionẽ cõsciẽtiæ suæ admisit, in periculũ vergit. Ratio, quia conscien

cõſcientia erit teſtis in iudicio.Ro.2.Teſtimoniũ perhibẽte illis cõſcientia eorũ:& ſi bonum,bene orietur gaudium. 2.Cor.1.Gloria noſtra hæc eſt,teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtrę. Si verò cõſciẽtia teſtatur de malo, væ tibi, Iac.2. Offendẽs in vno,factus eſt omniũ reus.Ideo habetur in c.11.q.3.Inter verba.Nõ hominũ linguas,ſed cõſciẽtias curare debemus. Rationẽ aſſignat Greg.ſuper Ezech.Homil.9.Quid prodeſt ſi omnes te laudãt,cõſcientia accuſat?E cõuerſo,quid nocet ſi te omnes accuſant,cõſciẽtia verò excuſat? Propter quod ſubiungit Greg.ibidẽ:In omni quod agitur vel dicitur,ſemper tacitè debemus ad mentem recurrere, & interiorẽ teſtẽ, ſ.cõſcientiã requirere.Secũdò, debemus reddere cõſciẽtiæ purificationẽ ſiue mundationẽ.Iſa.1.Lauamini, mũdi eſtote.Quia cõſcientia habet ſe vt oculus dirigẽs totũ corpus, Luc.11.Si oculus tuus,i.cõſciẽtia,fuerit ſimplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit.Si autẽ nequã fuerit,etiã corpus tuum tenebroſum erit:nã ſicut clarus oculus requiritur ad gaudioſum viſum,ſic clara & mũda cõſciẽtia ad videndũ deũ. Mat.5.Beati mũdo corde,quoniã ipſi Deũ videbũt. Vnde dicit Ber.Duo ſunt quæ mundãt cõſcientiam noſtrã, à malis pœnitere & abſtinere,& bonis inhærere.Nã ſicut parua feſtuca grauat oculũ & impedit viſum,ſic vnũ peccatũ quantuncunq; paruũ,ſi eſt cõtra cõſcientiã,impedit viſionẽ diuinã.De quo Aug.Omne quod cõtra conſcientiã fit ædificat ad gehennã.Idcirco Ier.4.Laua à malitia cor tuum,vt ſalua fias.Apoc.21.Nõ intrabit in eam aliquid coinquinatũ.Tertiò,debemus cõſcientiis noſtris reddere cuſtoditionẽ.Prou. 4.Omni cuſtodia ſerua cor tuũ,i.conſcientiã tuam,quia ex ipſo vita procedit.Nã cõſcientia erit in curia Dei,ſicut inſtrumẽtũ porrectũ pro hæreditate cœleſti petẽda, quod cautè cuſtoditur,ne à tineis & vermibus corrodatur,vel ab aqua ſiue igne deſtruatur : ſic cõſcientia diligẽter eſt cuſtodiẽda.Hugo:Nõ peruenitur ad bonã conſcientiam,niſi per cordis cuſtodiã:nã videmus ꝙ chartę liniũtur cedrina reſina quæ ſecundũ Iſid.17.Etym.fluit de cedro, qua reſina libri liniti ſeruãtur à corruptione:ſic cõſcientia noſtra ſanguine Chriſti linita,quæ fuit reſina de cruce , cuius infima pars de cedro erat, conſeruatur. De quo Hebr.9. Sanguis Chriſti emũdabit cõſcientiã noſtrã de operib.mortuis.Ideo frequẽter aſpiciamus & cuſtodiamus hãc chartã.Ratio.Iſi. li.2.de ſum.bo.Vbicunq; homo abierit,reatus ſui cõſciẽtia illum

illũ nõ derelinquit. Omnia poteſt homo fugere præter cor ſuũ, à ſeipſo nõ poteſt recedere. Qui eñ hic conſciẽtiæ ſuę reatu punitur, illic perpetua pœna dãnabitur. Hoc eñ ſignificat illud Pſal. 41. Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarũ tuarũ. Abyſſum inuocare abyſsũ, eſt de iudicio ſuæ conſciẽtiæ ire ad iudiciũ dãnationis perpetuæ. In voce cataractarũ, i. in prædicatione ſanctorum. Ideo cuſtodienda eſt. Quintò, debemus reddere proximo quæ proximi ſunt. Nã proximus habet ſe in triplici differẽtia, vel eñ eſt ſuperior, vel inferior, vel ęqualis tibi. Primò, ſi eſt ſuperior tu9, ſ. dñs vel prælatus, tũc teneris ei tria reddere. Primò, reuerentiã. 1. Pet. 2. Regẽ honorate. Pręlati honorandi ſunt etiã ſi mali ſunt, nõ ratione malitiæ, ſed inquãtũ gerũt vicẽ Dei. Ro. 13. Nõ eſt poteſtas niſi à deo. Ideo Chriſtus reſp. Pilato: Nõ haberes aduerſum me vllã poteſtatẽ, niſi tibi datũ eſſet deſup. Io. 19. Et ſi aliquãdo prælati ſunt deprauati, hoc faciũt peccata noſtra. Iob 34. Deus regnare facit hominẽ hypocritã, propter peccata populi. 6. q. 1. Deteriores, Ex merito plebis nõnũquã deprauãtur pręlati, & pluralitas dominorũ cupiẽtiũ præeſſe, & nõ prodeſſe, cauſatur plerunq; ex peccatis noſtris. De quo Pro. 28. Propter peccata terræ, multi principes eius. Secũdò obedientiã tenemur eis reddere, Ro. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Gre. Obediẽtiã ſic teneas, vt malis in malo nõ cõſentias, & malis in bono nõ cõtradicas. Dicit notãter in bonis, quia in malis nũquã licet obedire. De quo habetur in can. 11. q. 3. Si is. Non eſt obediẽdũ in hoc quod cõtra Deũ præcipitur, ſed in hoc quod deificũ eſt, tũc malis & bonis eſt obediendũ prælatis. 1. Pet. 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ ꝓpter Deũ. Sequitur: Nõ tãtũ bonis & modeſtis, ſed etiã dyſcolis. Heb. 13. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi eñ peruigilãt, quaſi rationẽ pro animabus veſtris redditurí. Tertiò, tenemur eis reddere orationis inſtantiã. Quod docet Apo. 1. Tim. 2. Obſecro primo omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, ꝓ omnib. hominibus, pro regibus & omnib9 qui in ſublimitate cõſtituti ſunt, vt quietã & tranquillã vitã agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc eñ bonũ eſt & acceptũ corã Saluatore noſtro Deo. Sed ſi proximus eſt inferior, vt ſeruus vel ancilla, redde ei quæ eius ſunt. Primò, prouiſionẽ in cibo & potu. 2. Theſſ. 3. Operantes ſuum panẽ manducent, quia merẽtur. 1. Cor. 9. &

Deut.

Deut.25.Non alligabis os boui triturãti.Gl.Vt nõ comedat de labore ſuo:ſi nõ boui,multò minus homini. Secũdò,piã cõuerſationẽ:de quo Sene.Cùm inferiori ſic viuas,quemadmodum ſuperiorẽ tecũ viuere velis, nõ cum clamore & elatione.Phil.2.In humilitate ſuperiores inuicẽ arbitremini. Et Eph.6.Vos domini propter Deum remittẽtes minas, ſciẽtes quia & illorũ & veſter dominus eſt in cœlis.Tertiò mercedis donationẽ.De quo Mat.10. Dignus eſt mercenarius mercede ſua.Et tenẽtur eis domini ſoluere pretiũ ante ſolis occaſum.Tob.4.Quicũque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ remaneat.Et non per noctẽ debes retinere vltra ſuã voluntatẽ,quia eſt peccatũ clamitans in cęlũ,nõ ſoluere pretiũ mercenariorũ.Vnd Iac.5. Merces operariorũ veſtrorũ quæ defraudatã eſt à vobis,clamat,& clamor eorũ in aures dñi Sabaoth introiuit. Sed pleriq; ſunt, qui paruipẽdunt,mercedẽ protrahẽtes ad longũ tẽpus,cum tamẽ ſcribatur Eccl.34.Qui effundit ſanguinẽ,& qui fraudem facit mercenario fratres ſunt. Sed ſi proximus eſt par tibi & æqualis,redde ei quæ eius ſunt. Primò,ſ.dilectionẽ. Ro.13.Nemini quicquã debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis.Et hæc dilectio ad quã tenemur,ſtat in tribus. Primò,redde ei in aduerſitate cõpaſſionem. Rom.12.Flete cũ flentibus. Et 1.Cor.12. Si patitur vnũ mẽbrum, cõpatiuntur omnia mẽbra:& ſic nos,vt fecit Apo.2.Cor.11.Quis infirmatur & ego non infirmor?Ideo Eccl.7. Ne deſis plorãtibus in conſolatione.Gre.Quãtò quis charitate perfectior,tãtò perfectius dolores ſentit alienos.Secũdò,redde ei in proſperitate cõgratulationes.Ro.12.Gaudete cũ gaudentibus.Et hoc operatur charitas.1. Cor.13.Charitas congaudet veritati. Aug. Vis habere mercedẽ de alieno bono?gaude,& mercedẽ cõparaſti.Gre.Charitas aliena bona facit noſtra. Tertiò,redde ei in neceſſitate ſubuẽtionẽ.1.Io.3.Qui habuerit ſubſtãtiã huius mũdi & viderit fratrẽ ſuũ neceſſe habere & clauſerit viſcera ſua ab eo,quomodo charitas dei manet in eo? Chry.Omnia quę nobis dominus deus dat,p nos aliis dat. Ideo Luc.11.Quod ſupereſt,date eleemoſynã. Sextò,debemus reddere deo quæ dei ſunt, & ſunt tria. Primò,corpora noſtra ad immolandum,Ro.12. Obſecro vos,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentẽ,ſanctã,deo placentẽ.Secũdò, cor ad diligendum. Deut.10.Et nunc Iſrael,quid dñs Deus

tuus petit à te, nisi vt timeas dominũ Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eũ ac seruias domino Deo tuo in toto corde tuo, &c. Rom.13. Plenitudo legis est dilectio. Augu. Dilige, & fac quicquid vis, quia cũ dilectione nemo dãnatur, & sine dilectione nemo saluatur. Tertiò, animã ad Deũ laudãdũ. Eccl.5. Bono animo gloriã redde Deo. Ps.102. Benedic anima mea dño, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Et sic fecit Maria, Lucæ 1. Magnificat anima mea dominũ. Vltimò deniq; redde ei numum censualẽ ad dominũ profitendum. Hunc numum Deus fabricauit, quia anima à Deo creando infunditur, & habet imaginem eius, ideo requiret eã à nobis. Ezec.18. Omnes animę meæ sunt: sicut anima patris, ita & anima filij mea est. Ideo dicit: *Ostẽdite mihi numisma census, & cuius est imago?* Gen.1. Faciamus hominem, &c. Idcirco reddite quæ sunt Dei Deo.

¶ *Dominica XXIIII. post Trinitatem.*

De spirituali resuscitatione peccatricis animæ. ENARRAT. I.

P*Vella tibi dico surge.* Mat.10. Mar.5. ¶ In verbis Euangelij duo innuuntur. Primò, principis synagogæ deuota supplicatio. Secũdò, mulieris hæmorroissæ secreta sanatio. Primum, ibi: *Loquẽte Iesu, ecce princeps vnus, &c.* Secundũ, ibi: *Ecce mulier, quæ fluxũ sanguinis, &c.* De primo di. *In illo tẽpore: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, &c.* Hîc datur doctrina principibis vtriusque status, vt libẽter accedãt ad verbum Dei, & diligẽter audiant illud, vt prudenter regãt populum Dei, dicentes cum Salomone 3.Reg. 3. Ego sum puer paruulus & ignorans. Sequitur: Dabis seruo tuo cor docile, vt populũ tuum iudicare possit & discernere inter bonũ & malum. Nã di. Isid. de sum. bo. Reges & principes sicut cęteros statu dignitatis excellũt, sic moribus & sciẽtia alios precellere debẽt. Sed heu iam pauci sunt tales. Ideo dicitur: *Ecce,* quasi quid nouũ & mirabile. Nam sicut est inter principes Christianos, sic erat inter principes Iudæos. de quibus Io.7. Nũquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ nõ nouit legẽ, maledicti sunt. Propter quod loquitur Aug. dicẽs: Principes & reges huius seculi quãtò in seculo sunt altiores, tãtò ad malũ proniores. Et ideo, quia neminẽ habẽt quẽ timeãt, si Deum præ oculis nõ habẽt. sicut scrib. Isid. de sum. bo. lib.4. ca.11. Difficile est pricipẽ ad melius regredi, si vitiis fuerit implicatus: populi enim iudicem metuunt, & à malo sub legibus coercentur,

reges

reges autem & principes solo Dei timore & metu gehēnæ coercētur. Ideo subdit ibid. Principē nō oportet delinquere, ne aliis præbeat formam delinquendi: sed aliis præbere debet exēpla iustitiæ, vt inquit Isi. de sum. bo. li. 4. c. 10. Qui rectè vtitur potestate, factis debet ostēdere formā iustitiæ, vt habetur in cōstitutionib. c. omnes. Quod quis iuris in alterū statuit, eo ipse cōtra se vti debet. Sed heu oppositū reperitur, vt scriptura cōqueritur 1. Esd. 9. Manus principū & magistratuū fuit in trāsgressione hac prima. Propter quod & priores erūt in pœna, vt di. Isi. Quātò nitidiores sunt hîc in purpura regali, tātò despectiores in via infernali, ꝑpter quod cōqueritur Apost. 1. Cor. 1. Nō multi sapiētes secundū carnē, non multi potētes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mūdi, elegit Deus. Ideo dicit in tex. *Ecce princeps vnus*, & hic dicebatur Iairus, quasi in fide illuminatus. *Hic accessit & adorauit eum*, s. faciēdo sibi reuerētiā, vt Nathan Dauid fecit. Nota, iste impetrauit quod petiit. Ratio, quia vertebat se ad suū principiū, corpus ad terrā, animā sursum ad cœlum. Pro quo sciendū, quatuor esse genera hominū qui accedūt ad Christū, & impetrāt gratiā & gloriā. Primi sunt verè credētes. Secūdi certa spe sperātes. Tertij, in charitate Dei feruētes. Quarti, bona operātes. Primi qui accedūt ad Christū & impetrāt, sunt veri credētes, vt patet Iac. 1. Si quis vestrū indiget sapiētia, postulet à Deo. Postulet autē in fide, nihil hæsitans. Nam dubius in fide. Ideo Apost. Hebr. 11. Credere oportet accedentē ad Deum. Ratio, Aug. de fide ad Pet. Fides est humanę salutis initiū, & fundamētum omniū virtutum. Propter quod Apost. Ro. 5. Habemus accessum per fidē in gratiā istā, in qua stamus. Nam fides impetrat triplicem salutē. Primò corporalē, Luc. 8. Dixit Iesus cæco sedenti secus viā, Respice, fides tua te saluum fecit. Secūdò spiritualem, iuxta illud: Vade in pace, fides tua te saluā fecit. Tertiò fides impetrat salutē æternalē, vt habetur Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Io. 9. Si credideris, videbis gloriā Dei. Ideo Magist. 3. dist. 25. Sine fide nemo potest consequi iustificationem à peccatis in hoc seculo, & peruenire ad æternam vitam in futuro. Heb. 11. Impossibile est sine fide, &c. Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Vita enim infidelium non est sine peccato, eò quòd sine fide non tollitur peccatum. Secundi sunt certa spe sperantes. Nam ex fide cognoscunt Deum remunerat

neratorē,ſed ſpe expectāt remunerationē.Ideo Heb. 4. Adeamus cū fiducia ad thronū,&c.S.Th.2.2.q. 18. Spes erigit mentē à terrenis ad cœleſtia cū fiducia impetrandi ea quæ deſiderat. Deut.11. Omnis locus quē calcauerit pes veſter, veſter erit.Ber.Inquantū pedē ſpei noſtræ ponimus in deū, in tantùm poſſidemus hîc in gratia,in futuro in gloria.Ro. 5.Spes nō cōfundit.Eccl.2.Qui timetis deū, ſperate in illū, ſciētes,ꝙ nullus ſperauit in dn̄o & cōfuſus eſt. Tertij ſunt in charitate dei feruētes.Gre.ſuper Eze. Deū amare, eſt ad eū accedere.Aug.Ad deū accedimus, nō pedibus corporis, ſed affectionibus mentis.Ideo Apoſt.1.Cor.13.nominat charitatē excellentiorē viā qua ad deū itur. Quarti bona operātes,nā ſicut per mala opera homo elōgat ſe ab æterna beatitudine:ſic per bona opera appropinquat.Iac.4. Appropinquate deo & appropinquabit vobis,ſ.æterna præmia dādo: iuxta illud,1.Pet.2.Ieſum Chriſtū accedētes ſicut ad lapidē viuū, ſ.per bona opera. Quod fecit ille qui acceſſit per fidē & adorauit eū per verā humilitatē:quia dicit textus,*procidēs rogabat eū dicens:domine filia mea modò defuncta eſt*. Ecce humilitas,cùm ſe ad terram proſtrauit: propter quod impetrauit, iuxta illud Eccl.35.Oratio humiliātis ſe,nubes penetrabit. Et Pſal.101. Reſpexit in orationē humiliū, &c. ¶Ideo ſubdit deſideriū huius principis dicens : *Veni, & impone manū tuā ſuper eā,& viuet*.q.d. Manus tua eſt valida quadruplici modo.Primò,eſt omniū creatiua.De quo Pſ.94.Ipſius eſt mare,& ipſe fecit illud,&c.Secūdò,omniū cōſeruatiua,de quo Pſ.138.Manus tua deducet me,&c.tua,ſ.in eſſe.Nā eſſe noſtrū ex nihilo eſt,& in nihilū rediret, niſi Deus manu regiminis coſeruaret. Tertiò, manus eius eſt omniū protectiua. De quo Iſa. 49. In vmbra manus ſuæ protexit me:quia ſecundum Ber.Humana natura ſic eſt cōdita, vt neceſſariò habeat protectorem,quem habuit conditorem. Et ſic magna fatuitas eſt ſe erigere contra deum & ei contradicere. In ſimili vt ſcrib.Iſa.10. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea?aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur?q.d.non. Sic nec peccator exaltari debet contra deū, cùm ſine eius adiutorio nihil agere poteſt ſaltem meritoriè.Pſ.93.Si dicebā,motus eſt pes meus,&c.Quartò, manus eius eſt omnium ſaluatiua.Iſa. 49. Non eſt abbreuiata manus domini,vt ſaluare nequeat.Idcirco Dauid deſiderauit hanc manum,dicens Pſal. 118. Fiat manus tua, vt

ſaluet me.Hæc eſt manus ſub cui⁹ ditiõe oẽs ſumus. Iuxta illud Ier.18.Sicut lutũ in manu figuli,ſic vos in manu mea. Quintò,hęc man⁹ eſt omniũ remuneratiua.De quo Pſ.144 Aperis tu manũ tuã,&c.vnicuiq; eñ tribuet iuxta meritum bonis & malis.Iſa.vlt.Cognoſcetur manus dñi in ſeruis eius & indignabitur inimicis.¶ Moraliter,Filia principis eſt anima ſuperior, pars rationis eſt princeps.Filia,i.anima eſt defuncta qñ iacet in mortali. Ez.18. Anima quę peccauerit ipſa morietur.Nã ſicut mors eſt ſeparatio animę à corpore,ſic peccatũ eſt ſeparatio à Deo.Iſa.59.Iniquitates veſtrę diuiſerũt inter vos & deũ veſtrũ. Illius mortis tria ſunt ſigna.Primũ carẽtia anhelitus,i.cõfeſſionis defectus. Iud. 6. Gladius militiæ meę trãſeat per latera tua,& cõfixus cades inter vulneratos Iſraël,& nõ reſpirabis. Gladius eſt tẽtatio diabolica qua verberatur anima peccatoris, & nõ reſpirat, emittẽdo anhelitũ in cõfeſſione.1.Re.2.Impij tenebris cõticeſcẽt.Secũdũ ſignũ eſt omniũ mẽbrorũ frigiditas. De quo Mat.24.Quoniã abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ.Charitas eſt quidã ſpiritualis calor in anima,quo extincto per venenum peccati remanet frigida.Ier.6.Sicut frigidã facit ciſterna aquã ſuã:ſic frigidã fecit malitiã ſuã: ſic & malitia tua animã tuã. Tertiũ ſignũ eſt pulſus defectus & carẽtia motus, ſ.pietatis & bonorũ operũ. Exod.15. Fiãt immobiles quaſi lapis.Hæc poteſt dicere Chriſto:*Veni & impone manũ tuã,& viuet.* Reuera omnis noſtra vita ſtat in eo.Nã ipſe eſt de quo Pro.8.Qui me inuenerit,inueniet vitã.Nã ipſe eſt lignũ vitæ in medio paradiſi ſitũ,i. vteri virginalis.Ipſe eſt verbũ vitæ,qui omnibus nobis dat vitã gloriæ.& Ioan.10.Ego veni vt vitam habeãt.De quo 1.Ioan.4. In hoc apparuit charitas dei in nobis,quoniã filiũ ſuũ vnigenitũ miſit in mundũ vt viuamus per eũ.Nã ipſe dixit Io. 14.Ego ſum via,veritas & vita. De quo Act. 17.Ipſe dat omnibus vitã & inſpirationẽ.Dicamus igitur humiliter adorando:*Domine filia mea,&c.* ¶ Pro quo ſciẽdũ,ꝙ ad reſuſcitationẽ huius puellæ ſeptẽ leguntur facta.Primũ ꝙ pater pro illa rogauit.In quo notatur,ꝙ exiſtenti in mortali,neceſſaria eſt oratio alicuius iuſti, cùm per ſe non poſſit ſibi gratiã promereri.Cuius quadruplex eſt oratio.Prima eſt indignitas ſtatus, quia ille qui eſt in mortali indignus eſt omni bono,vt dicit Aug.etiã pane quo veſcitur.Iob 30.Ipſa vita putatur indignus,ſicut miles qui denegat ſeruitiũ debitum

tũ dño suo regi,& vadit ad aduersariũ regis, sic peccator q se separat à Deo.Isa.59.Iniquitates vestræ diuiserũt,&c.Idcirco nõ exauditur à deo.Ps.65. Iniquitatẽ si aspexit in corde meo,nõ exaudiet dñs.Secũda ratio, quia est in ira Dei, Ro.2. ira & indignatio,tribulatio & angustia in omnẽ animã hominis operãtis malũ.Et est digna morte.Sap.15.Malorũ amatores digni sunt morte.Tertia ratio, quia nõ habet radicẽ merẽdi,i.charitatẽ. Meritũ eñ est seruitiũ cũ dilectione impẽsum:sed peccatũ mortale & charitas directè opponũtur,quapropter si homo seruit diabolo mortali, nõ potest seruire deo dilectiõe filiali.Mat.6.Nemo potest duobus dñis seruire.Quarta ratio,qa nõ est dignus per se venire ante faciẽ regis. Vnde Gre. Cùm is q displicet ad intercedendũ mittitur,animus irati iudicis ad deteriora prouocatur.Ideo oportet ꝙ ꝑ meditatorẽ recõcilietur,sicut Absalon recõciliatus est Dauid mediãte Ioab,2.Reg.15. Propter quod reconsulitur peccatori ad aliquod suffragiũ sanctorũ conuerti.Et hoc significatur ꝑ patrẽ puellæ,q vocatur Iairus,quod interpretatur illuminatus.Et significat virũ iustũ gratia illuminatũ,qui debet intercedere pro peccatore, qa scribitur Iac.5. Multũ valet deprecatio iusti assidua. Nã ad orationem Iosuẽ stetit sol,vsq; vlcisceretur se de inimicis. Io.10.Item ad orationẽ Eze. reuersus est sol decẽ gradibus quib⁹ descẽderat.Isa.38. Itẽ ad ipsi⁹ orationẽ vna nocte percussit angelus dñi 185.milia in castris Sẽnacherib regis Assyriorũ.4.Reg. 19. Itẽ ad orationẽ Heliæ clausum est cœlũ annis tribus & sex mẽs.3.Reg.17. & 18. Itẽ ad orationẽ Ecclesiæ,hoc est Christi fideliũ liberatus est Petrus à carcere, Act.12.Idcirco est multũ necessaria & proficua oratio iustorũ deuota ꝓ infirmo peccatore,dicendo, *Veni & impone manũ tuã, &c.* ¶Pro quo sciendũ, manus Christi habet quinq; digitos,i.quinq; beneficia quibus à morte peccati suscitatur anima.Prim⁹ digit⁹ est pollex,& dicitur à pollicẽdo,q tangit animã pœnitẽtis,qñ pollicetur à peccatis de cætero abstinere:sicut Dauid in Ps.118.Iuraui & statui,&c.Hic est digitus,q scribit in terra cordis propositũ non peccandi, dicens:Iniquitatẽ odio habui & abominatus sum. Ps.118. Secũdus digitus dicitur index ab indicãdo. Illo digito tangit peccatorem,quando per confessionẽ indicat actus suos. De quo Lu.11.Si in digito dei eiicio, &c.Hic est ille digit⁹ qui tetigit linguam muti & cœpit loqui rectè.Marc.7.Bern.Per

confessionē remittitur peccatū,& diabolus amittit principatū.Tertius digitus est medius,quo tūc tāgit pœnitētē quādo seruat mediū,s.ꝙ nō nimis pręsumit de venia,sed timet neq; nimis timet,sed etiā sperat. Gre.Nihil securius spe,& Eccl.5.De propiciato peccato noli esse sine metu. Aug.Nemo securus esse debet in hac vita.Prou.14. Sapiēs timet & declinat à malo.Exo.8.Digitus dei hic est.Quartus digitus est fidius siue anularis.Est enī ab anulo dictus,& significat operationē bonā.Per hūc digitū secundū Ber. operatur qđ volumꝰ,cooperatur quod possumus.Phi.4. Omnia possum in eo qui me cōfortat. Quintus auricularis:& significat humilitatē,vt de bonis se nō eleuet. Cant.5. Digiti mei pleni myrrha ꝓbatissima.Myrrha enī vermes de corpore extermināt,& sic humilitas vermē superbię.illa est manus,i.gratia adiuuās.Eze.1.Manus dñi erat mecū cōfortās me.Sequitur in Euāg. *Et viuet*.Gal.2.Viuo autē iam nō ego,viuit verò in me Christus.&Ro.6.Gratia Dei vita ęterna.¶Secūdū quod factū est circa resuscitationē huius puellæ est patris & matris assumptio.Moraliter,Patrē & matrē assumit,qui se terrenū & mortalē agnoscit : Iuxta illud Gen.3. Terra es,& in terrā reuerteris.Nā secundū Gre.Nihil sic reuocat à peccatis,sicut frequēs mortis meditatio.Tertiū est tibicinū exclusio,& significat vanæ lætitiæ remotionē. Dicit nāq; Augu. Quid est seculi lætitia nisi impunita nequitia?Nā est à deo maledicta.Lu.6.Væ vobis q hîc ridetis,quoniā lugebitis & flebitis.Idcirco est excludēda,vt dicit Hie.Nō potest hîc qs gaudere cū seculo,& ibi regnare cū Christo.Quartū est turbę eiectio,i.tumultuātiū cogitationū expulsio. De quo August.ad Demetr.virg.Est tutissimū atq; perfectū expellere tumultū malarū cogitationū.Nā secūdū Ber.Dū minima non spernimꝰ,interdū labimur ad maxima.Idcirco Isa.1.Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Sap.1. Peruersæ cogitatiōes separāt à deo.Quintū est triū discip.Petri,Iacobi,& Ioānis susceptio,q significāt tres virtutes.Per Petrum significatur peccati cognitio, qa dicit Isid.lib. de sum. bo. Magnā partē iustificationis habet, qui seipsum cognoscit: eo ꝙ inquit Ber. Neminē posse saluari sine cognitione suæ mētis.Idcirco requiritur Petrus,i.propria cognitio.Secūdò per Iacobum intelligitur vitiorum supplantatio. Nā quid valeret peccata cognoscere,si homo per displicentiam non supplantaret?Idcirco Ps.17. Supplantasti insurgentes in me
sub

ſubtus me,i.affectus vitiorũ:nã peccatũ nõ nocet dũ diſplicet,ſ.per cordis cõtritionẽ,cùm in animo cõtrito & ſpiritu humiliato ſuſcipiamur à te dñe.Dan.3.Tertiò, per Ioannẽ intelligitur boni propoſiti cõceptio & volũtatis bonę,eò ꝙ dicit Greg. Nõ vacat manus à munere, vbi arca cordis eſt plena bona volũtate.Sextũ eſt manus puellę à Chriſto retẽtio,q̃a tenuit manũ eius:& ſignificat eius auxiliationẽ, q̃a hęc omnia nõ poſſunt fieri ſine auxilio gratiæ. Ideo Pſ.88. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo,manus enim mea auxiliabitur ei:nã ſecundũ Ber. Redituris ad patriã tria neceſſaria ſunt,ſ.bene noſſe,bene velle,& bene poſſe. Primũ eſt bene noſſe,q̃a dicit Aug.Incognita amare nõ poſſumus. Sed cognitio boni nõ eſt à nobis,ſed à Deo Iob 32.Inſpiratio omnipotẽtis dat intelligẽtiã.Ideo Sap.9.Senſum tuũ q̃s ſciet niſi tu dederis ſapiẽtiã & miſeris ſpiritũ ſanctũ tuum de altiſſimis?Secundũ eſt bene velle.Et hoc nõ eſt à nobis, vt dicit Aug.de profectione iuſtitiæ, nõ ꝙ ſine volũtate noſtra agatur,ſed volũtas noſtra nihil boni agit,niſi diuinitus iuuetur. Tertiũ eſt bene poſſe.Nam nõ ſufficit bene velle, vt habetur 88.d.nõ ſatis.Nõ ſatis eſt bene velle,ſed & bene facere:neq; ſatis eſt iterũ bene facere, niſi ex bono fonte procedat, hoc eſt,ex bona volũtate proficiſcatur.Sed benefacere nõ eſt noſtrũ.Ro.7.Velle adiacet mihi,perficere autem bonũ nõ inuenio:ſed eſt Dei gratiæ,vt dicit Aug.Gratia Dei operatur,quod velimus:cooperatur qđ poſſumus.

¶ *Quomodo fluxus carnalis concupiſcentiæ queat reſtringi.*

ENARRATIO II.

C*Onfide filia,fides tua te ſaluã fecit.* Matt.9. ¶Iſta eſt ſecunda pars iſtius euangelij.In qua,vt dixi, ſecũdò ſubiũgitur mulieris hæmorrhoiſſæ ſecreta ſanatio, ibi: *Ecce mulier quæ patiebatur fluxũ ſanguinis annis duodecim.* Marcus & Lucas dicũt, ꝙ medicis erogarat omnia ſua bona, ſed nõ ꝓfecerat, ſed deterius habebat.Vbi notatur periculũ infirmitatis:quę nõ potuit ſanari à medicis terrenis.Ideo ſeruata erat medico cœleſti Chriſto.Ecce,ſ.miraculũ magnũ. *Mulier quæ dã.* ſ. Martha,acceſſit retrò,propter verecũdiã, quia immũda ſecundũ legẽ, *tetigit fimbriã veſtimenti eius,* ecce humilitas. *Dicebat intra ſe,Si tetigero tantũ fimbriam veſtimenti eius ſalua ero.* Ecce fides. *Et Ieſus conuerſus,* dicũt Lucas & Marcus,ꝙ ſtatim ſanata eſt. Chriſtus autem cognoſcens virtutẽ, quæ de eo exierat conuerſus ad turbã,di. *Quis tetigit veſtimenta mea?* Cunctis ne-

gãtibus, *dixit mulier & qui cum ea erant discipuli: Præceptor, turba te cõprimũt, & tu dicis, quis me tetigit? Quibus Iesus ait: Nam & ego noui de me virtutem exisse: & circũspexit eã videre quæ hæc fecit. Videns autem mulier, quia eũ nõ latuerat, tremens venit & procidit ad pedes eius, & ob quã causam tetigerat eũ, indicabat corã omni populo, & quomodo confestim sanata est. Tunc Christus dixit illi, Confide filia, quia fides tua te saluam fecit, & statim sanata est ex illa hora.* Quærit Chryso. Quare hanc mulierẽ latere volentẽ Christus manifestauit? Respõ. primò vt non haberet cõscientiæ remorsum, quia fecit cõtra legis præceptũ. Secũdò vt ipsam corrigeret, quia Christũ latere existimabat, qui est cognitor omniũ. Tertiò, vt fidẽ eius cunctis in exẽplũ ostẽderet. Quartò, vt fidẽ principis cõfortaret. Amb. dicit ꝙ fuit Martha. Eusebius in scholastica historia li. 7. dicit nõ, sed Gẽtilis. Ideo Chry. fidelior fuit hæc mulier archisynagogo. Nam ille medicũ ducebat, huic tactus fimbriæ sufficiebat. Et vocauit eã filiã, vnde ꝓuenit hæc filiatio vt cognoscamus quia à fide: subdit, *Fides tua te saluã fecit.* Ioan. 5. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri, &c. Chry. dicit, Fides sanauerat eã, nõ virtus sua, ad designãdũ: ꝙ honorẽ deo debemus. ¶ Moraliter, Per hãc mulierẽ significatur peccator carnali vitio sanguinolentus. Isa. 1. Manus vestræ sanguine plenæ sunt, &c. Talis duodecim annis, i. superabundanter peccat. Hæc mulier multa perpessa est, vt dicitur Marc. 5. & sic huic vitio dediti amara verba, amariora facta, s. molestia corporis, cæcitatẽ mentis, damna rerũ, odia hominũ, dispendium famæ patiuntur. Itẽ erogãt omnia pro volũtate carnis. Gre. in Mora. Luxuria hebetat sensum, confundit intellectũ, maculat voluntatẽ, obscurat memoriã, & si mẽtem occupauerit, vix bona cogitare permittit, & substantiã cõsumit temporalem. Sed nihil proficit. Hiero. Luxuria insatiabilis est voluptas, quãtò magis capitur, tantò magis incentiuũ patitur. Vires in fornicationẽ deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit. Qui vult ab hoc vitio mundari, tangat fimbriam vestimenti Christi, id est, passionem Christi in carne. Vestimentum est humanitas. Philip. 2. Habitu inuentus vt homo. Hæc est tunica talaris Ioseph intincta hœdi sanguine. Hoc est vestimentum, quod pro redemptione humani generis fuit rubricatum in cruce. Quod mirantes angeli secundum Dionysium, dixerunt illud Isaiæ 43. Quare rubrum est indumentum tuum? Respondit, Torcular calcaui solus. Fimbria vestimenti est

eius

eius passio, quæ est finale pretium nostræ redemptionis. Hoc tangamus. Philip.2.Hoc sentite in vobis,&c.

¶ *Dominica* XXV. *post Trinitatem.*

De fiducia in Deum reponenda. ENARRATIO I.

VNde ememus panes,vt manducent hi? Io.6. ¶In summa euangelij duo innuũtur.Primò, Christi pietas in turbæ cõpassione.Secũdò, subiungitur eius potestas in panũ multiplicatione, ibi: *Accepit ergo Iesus panes* Primo dixi, innuitur Christi pietas in turbæ cõpassione cũ dicitur: *In illo tempore*, s. spacio vnius anni ante Christi passionẽ, quãdo Herodes decollasset Ioannẽ Baptistã propter Herodiadẽ: veniẽtes discipuli Io.ad Christũ narrauerũt quæ fecit Herodes Ioanni, vt habetur Mat.14.Mar.6.Luc.9. Tũc Christus *abijt* à Hierusalem in desertũ locũ *ad mare Tyberiadis. Et erat prope pascha Iudæorũ: Cùm subleuasset Iesus oculos & vidisset maximã multitudinẽ venientem ad se.* Nota, tribus vicibus legitur Christus leuasse oculos. Primò, volens turbã esurientẽ pascere, vt hîc: Ad dandũ nobis exemplũ ꝙ oculos dirigere ad pauperes debemus, vt docemur Eccl.4. Ab inope ne auertas oculos tuos: vt faciũt diuites, de quibus Amb. super illud Ps.118. Increpasti superbos, di. Nihil grauius quã vt pauperes fratres superbo oculo despiciamus. Tales cognoscẽt in iudicio, di. illud Sap.5. Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum, &c. Ecce quo modo cõputati sunt inter filios Dei? qa secundũ Greg. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Ideo Tob.4. Noli auertere faciem tuã ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Secũdò, leuauit Christus oculos, cũ voluit miracula facere, vt Lazarum resuscitare. Vt sic nos, quãdo volumus aliquid boni facere, dicamus cũ Ps.120. Leuaui oculos meos in mon.&c. Nã per nos nihil boni facere possumus. Io.15. Sine me nihil potestis facere. Et 2.Cor.13. Non sumus sufficiẽtes aliquid cogitare à nobis. Dicit nãq; Diony. Omne qđ bonũ est ab illo qui solus bonus est. Ideo oculos nostros debemus ad eũ leuare. nã ipse est de quo dicitur, Phil.2. Deus operatur in nobis velle & perficere. Ideo 2.Parali.20. Cũ ignoramus quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertiò, Christus leuauit oculos cũ voluit orare. Io.17. Subleuatis Iesus oculis in cœlũ, dixit: Pater clarifica filiũ tuũ,&c. Nobis in exemplũ, ꝙ quando orare volumus, debemus leuare oculos. Ps.122. Sicut oculi seruorũ in manib. dominorũ suo-

rum,ita oculi nostri,&c. Et si nõ oculos exteriores, qui aliquando sunt deprimẽdi propter humilitatẽ & propter verecundiã culpæ, vt fecit publicanus Luc.18. Tamẽ interiores, s.intellectũ & affectũ leuare debemus per intẽtionẽ & desideriũ. Nã vbi amor, ibi oculus. Et cœlestia bona debemus amare super omnia, ergo ibi debet esse oculus desiderij leuatus, Mat.6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuũ & plerunq; oculus. Chrys. Cũ oras, nemo sit in corde tuo, nisi quẽ adoras. Et hoc quod docet dñs in euãgelio, Mat.6. Cùm oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscõdito. Cassia. Intra cubiculũ oramus, cùm strepitũ cogitationũ & solicitudinũ remouemus. De quo dicit Isid. Tunc veraciter oramus, cũ aliud nõ cogitamus: sed oculos mentis ad cœlũ habemus. ¶Tunc subdit: *Et sequebatur eũ multitudo magna.* Quidã vt mirabilia viderẽt vt curiosi. De quib. Mat. 12. Magister volumus à te signũ videre. Et figurat illos, qui prędicationes audiũt, vt aliq̃d noui sciãt nõ vt faciãt. Ro.2. Nõ auditores legis iusti sunt apud Deũ, &c. Iac.1. Estote factores verbi Dei, &c. tãtùm. Luc.12. Beati qui audiũt, &c. Sequitur in textu: *quia videbãt signa quæ faciebat super his qui infirmabãtur.* Chrys. Magis mouebantur signis quàm doctrinis. Secũdi, vt cibarentur. De quibus Io.6. Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Et fuerũt otiosi. Et sic aliq̃ intrãt religionẽ & seruiũt Deo propter victũ. Phil.3. Quorũ Deus vẽter est. Quibus dicitur Mat.6. Primũ quęrite regnũ dei & iustitiã eius: & hęc omnia adiicientur vobis. Tertij, vt ditarẽtur. De illis Mat. 8. Accedens vnus Scribarũ dixit: Magister sequar te, quocunq; ieris. Respõdit ei Iesus: Vulpes foueas habent, &c. & significat auaros, qui plus rogãt deũ pro tẽporalib. diuitiis, quàm pro æternis. Mat.6 Nõ potestis Deo seruire & Mammonæ. Aug. Si quis aliquid operatur vt terrenũ cõmodum adipiscatur, nõ est cor mũdũ quod in terra volutatur. Quarti propter infirmitates eorũ. Luc.6. Omnis turba quærebat eum tãgere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes: & sunt illi qui Deũ inuocant quãdo infirmãtur, & in sanitate obliuiscũtur. Io.5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid cõtingat. Luc.11. Fiunt nouissima peiora priorib. Quinti propter doctrinã sanctã, vt discip. Io.6. Ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes. Legitur de naturis animaliũ, ꝙ elephantes quãdo ægrotant colligũt herbas

salutifo

salutiferas, vt sanetur: & sic nos dei doctri. & verba: Sap. 16. Etenim neq; herba, neq; malagma sanauit eos: sed tuus domine sermo, q. d. sanat omnia. Ps. 106. Misit verbũ suum, & sanauit eos, Seneca: Mella sequũtur muscę propter dulcedinem. Et sic nos dei verba, quæ sunt dulciora melle. Ps. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia, &c. Io. 6. Dñe ad quẽ ibimus, &c. Sed heu aliqui nõ sentiũt istã dulcedinẽ, quia prius saturati sunt auaritia, superbia, luxuria, & sic de aliis. Ber. Dulcia non possunt esse verba Dei in faucibus animæ, in quib. est amaritudo nequitiæ corrupta iniquitatis febri. Prou. 27. Anima saturata calcabit fauũ. ¶ Tunc subdit, *Vidit multitudinem magnã venientẽ ad se.* Vidit oculis misericordiæ & pietatis, nam eius videre est misereri. Io. 11. Veni & vide, & lachrymatus est Iesus. Ecce pietas. *Dicit ad Philippũ, Vnde ememus panes, vt mãducẽt hi?* ¶ Hîc Christus ostẽdit prouidentiã & curã, quã habet super omnẽ creaturã. De qua 1. Pe. 5. Omnem solicitudinẽ vestrã proiiciẽtes in eũ. Et ostẽdit in hoc quia nõ dixit propter se, quia in textu dicitur: *hoc dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus*, quia suos nõ erat relicturus, sicut & hodie facit. Ps. 54. Iacta cogitatũ tuũ in dño, & ipse te enutriet. Nã triplex est esse, s. naturæ, gratiæ & glorię: Ideo dat triplicẽ cibũ, s. naturalem, spiritualẽ & æternalem. Naturalem & materialem ad conseruationem naturæ. Ps. 135. Qui dat escam omni carni. Hũc petimus, Mat. 6. Panem nostrũ quotidianũ. Secundò dat cibũ spiritualem, quo nutritur spiritus, s. verbũ Dei. Mat. 4. Non in solo pane viuit homo. Tertio cõsideratur homo secundũ vtrunq;, s. per vnionem corporis & animæ post resurrectionem. Et sic dat deitas fruitionẽ Iesu Christi. Hic cibus cõseruat omnes electos in esse gloriæ æternæ in cœlo. Vt hoc autem posset nobis prouidere æternus pater, misit filiũ suum qui proposuit seipsum nobis in sacramẽto altaris cibũ salutis æternæ. Io. 6. Ego sum panis viuus, &c. Et qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Nam in hoc sacramẽto tres sunt substãtiæ, vt corpus, anima & deitas. A corpore habemus corroborationẽ vitæ naturæ, ab anima Christi in qua est plenitudo gratiarũ, accipimus omnia necessaria ad vitã gratiæ, vt est fides, spes & charitas, & septem dona spiritussancti. Ideo de cibatione panũ legitur ter Euangeliũ in anno, ad denotandum, ꝙ cibat nos triplici pane, vt cibo naturali, spirituali & æternali. Ideo omnes debemus fiduciam prouidẽtiæ ponere

in Deũ de tẽporali ſuſtentatione, de quo Ier. 17. Benedictus vir qui cõfidit in do. & erit dñs fiducia eius, & erit quaſi lignũ quod trãſplantatur ſuper aquas: quod ad humorẽ mittit radices ſuas, & nõ timebit, cùm venerit æſtus. Sicut enĩ ex aquis lignũ humorẽ trahit, & ex humore fructũ, ſic homo ex Deo victũ. Et iſtã fiduciã prouidẽtiæ debemus recipere ex tribus. Primò, ex paterna cõditione, ad patrẽ enim pertinet prouidere filiis ſuis. Luc. 11. Quis filius patrẽ petit piſcẽ, nũquid pro piſce ſerpentẽ dabit illi? Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis, &c. quantò magis pater veſter de cœlo? Mat. 6. Scit enim pater veſter quia his omnibus indigetis. Ideo Pſ. 102. Quomodo miſeretur pater filiorũ, &c. Secũdò, iſtã fiduciã debemus habere in priori euẽtione, quia prius factũ eſt ꝙ cibauit Eliam per coruũ circa torrentẽ Carith. 3. Reg. 17. Deſiccato verò torrente, nõ reliquit eũ dñs, ſed dixit Eliæ: Vade in Sareptã Sidoniorũ. Præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt paſcat te. Et factũ eſt, hydria farinę nõ defecit, nec lechytus oleo. Tertiò, debemus recipere illam fiduciã ex liberalitatis diſpenſatione, quia ita liberalis eſt dñs ꝙ nõ ſolũ rationabilib. ſed etiã irrationabilibus prouidet. Mat. 6. Reſpicite volatilia cœli, qm̃ nõ ſerũt neq; met. neq; cõgregãt in hor. &c. Ideo Pſ. 144. Aperis tu manũ tuã, &c. Et 1. Reg. 2. Dñs pauperem facit, & ditat, humiliat & ſubleuat. Ergo ponere debes in eum fiduciã. Prou. 3. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudẽtiæ tuæ. Dicit nãq; Aug. Maxima inſania eſt, hominẽ ęrumnoſam vitã ducentẽ, mutabili carni & ſpiritui cõfidere, vt aliqui faciũt, qui ex diffidẽtia loquuntur verbũ Chriſti. *Vnde ememus panes, vt hi manducẽt?* ſ. filij & familia. Ideo vt manducẽt, emunt & vendũt cum peccato: & nõ cũ iuſtitia, per vſuras, falſitates, mendacia, & ſic de aliis. Dicẽtes: *Vnde ememus panes, vt hi manducẽt?* Nota aliqui acquirũt & requirunt eorũ panẽ per vſurã. Et primi ſunt hi, qui emunt frumentũ ante tempus meſſis, dum eſt in agro pro modico pretio, quod nõ dubitatur quin tempore meſſis plus ſit valiturũ, eſt vſura. Si autẽ probabiliter dubitatur, vtrũ plus vel minus poteſt valere, non eſt vſura, vt patet extrà de vſuris. c. in ciuitate. Secundi ſunt, qui propter dilationem tẽporis carius vendunt quàm valet vel valere poſſit. Et hoc eſt vſura, vt patet extrà de vſura. c. conſuluit. Tertij ſunt qui tẽpore meſſis vel poſt, vel tẽpore vindemiæ, nõ propter neceſſitatẽ, ſed cupiditatẽ

anno

annonam vel vinum cōparant, vt poſtea carius vendant, & vnus ex auaritia tantū congregat, vt alij omnes compellantur ab ipſo emere ad libitū ſuum. Tales grauiter peccāt, & tale lucrum recipiūt, vt habetur 13.q.4.quicunq;. Si autem propter cōmune bonum emeret, vt Ioſeph, vt venderet populis tēpore neceſſitatis, hoc eſt meritoriū. Si autē emeret ad ſuā neceſſitatē, ne poſtea carius emeret, & ſi poſtea carius venderet, ſicut in foro venditur ꝙ nō indiget ſicut credebat. Hoc etiā eſt licitum, dum non intendebat emere vltra neceſſitatē: Itē ſi aliquis emit ex pietate, & ex lucro venditionis habeat vnde ſubueniat pauperibus, dūmodo hoc moderatè faciat, ſic ꝙ propter cariſtiā communitas nō lædatur. Item ſi aliquis ſecundū iuſtitiā commutationem faciat, vt mercatores poſſunt pro labore ſuo recipere, dum nō intendunt cariſtiā inducere, maximè cùm aliud genus mercantiæ non noſcūt. Si autē ex auaritia & cupiditate cariſtię emat, tunc peccat contra iuſtitiā & communitatē. Nota vſurarius eſt peior fure, ille recipit mobilia bona, vſurarius verò hæreditaria. Itē peior eſt Iuda, quia reportauit pecuniā. Et peior eſt aliis peccatoribus, quia aliquádo ceſſant vt in tempore feſtiuo & in loco ſacro: vſurarius omni tēpore nō ceſſat. Ideo deſtitutus eſt gratia Dei & ſuffragiis omnium ſanctorū. ¶Ideo publici vſurarij à iure plectuntur quadruplici pœna. Primo excōmunicatione, ſi moniti nō deſiſtant, vt habetur extrà de vſu.c.præterea. Secūdò ſacramentū euchariſtiæ tam in vita quā in morte eis denegatur, niſi reſtituāt, extra de vſu.c.quia in omnibus. Tertiò denegatur eis ſepultura, eodē c. Quartò oblatio ab eis nō recipitur. ibid. Act.8. Pecunia tua tecū ſit in perditionē. Et ſicut nō quieſcit ab vſura hîc, ſic nec in futuro à pœna. Secūdi furantur eorū panē. Et ſunt qui habent falſa pondera & menſuras & vlnas, ſed nō rectè mēſurant: & ſic furātur proximos. quod prohibet Apoſt.1.The.4. Videte ne quis ſupergrediatur neque circūueniat in negotio fratrē ſuum. Luc.6. Eadem mēſura, &c. Sap.11. Per quæ quis peccat, &c. Si das pauperi aut diuiti malam ceruiſiam, punieris, Mat.25. Quod vni ex minimis meis fe.&c. Tertij acquirūt panem per prædā. Tales peiores ſunt furibus qa manifeſtè peccare peius eſt, quàm occultè. De quo S.Tho.2.2.q.66. Violentia eſt magis contra voluntatē, quàm ignorātia. Item ſecundò per rapinam non ſolùm infert damnum in rebus, ſed etiam in perſona.

Ideꝙ

Ideo 14.q.5.Pœnale est occultè auferre,multò maioris pœnæ est visibiliter eripere:est enim rapina quasi homicidiũ. Eccl.34.Qui aufert in sudore panẽ,quasi qui occidit proximũ suum raptor aufert vitã,homicida infert mortẽ. Isa.33. Væ qui prædaris nónne & ipse prædaberis? s.lætitia æterna, cùm dicitur, Matth.25.Ite maledicti.Esuriui,vos rapuistis. Isa.61. Ego dominus diligẽs iudiciũ & odio habẽs rapinã. Gre.Si in inferno sepultus diues,qui sua bona bene acquisita pauperibus nõ dedit,qua pœna mulctabitur,qui aliena abstulit? Quarti panẽ per laborẽ fidelem acquirũt.Gen.5. In sudore vultus tui vesceris pane tuo,nõ alieno,Iob 5.Homo nascitur ad laborẽ,&c.Psal.127.Labores manuũ tuarũ mãducabis,&c. ¶ Sequitur: *Hoc autem dicebat tentans eum.* Nota, di.Gl.super Ps.25.Proba me deus & tenta.Aliter tẽtat deus, aliter homo,aliter diabolus.Tentat Deus salubriter,homo bonus vtiliter, sed diabolus, caro, homo malus hostiliter. De primo Gen.22.Tẽtauit Deus Abraham. De secũdo hîc: *Hoc autem dicebat tentans eum.* De tertiò Greg.Diabolus cõtinuè tenta[illegible]c. Sed di.tamen habetur Iac.1.Deus neminem tentat.Resp.Tentatio est duplex.Prima est probationis, & ita Deus tentat sanctos, non vt ipse Deus per hoc capiat notitiã,sed vt ipsi seipsos probent,vt sibiipsis innotescant. Vnde Augu.super Psal.Tentaris,vt exercearis, probaris vt qui nesciebaris,à temetipso inueniaris,& hanc tentationẽ propheta petiuit in Psal.25.di.Proba me domine,&c.& taliter Abraham est tentatus.Deuter.13. Tentat vos dominus Deus vester,vt palam fiat vtrũ diligatis eum,an non. Alia est tẽtatio deceptionis,illa vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua.Et hac tẽtatione Deus neminẽ tentat. Hæc autem tentatio deceptionis fit à tribus, s. à carne, mundo,& diabolo.Primò,à carne.Gala.5. Caro concupiscit aduersus spiritũ.Greg.in Moral.Nos gerimus laqueum nostrũ.Aug. Inter omnia Christianorũ certamina duriora sunt castitatis prælia.Secũdò,à diabolo.1.Pet.5.Aduersarius vester diabolus,&c.Tertiò,à mundo.Io.16.In mundo pressurã habebitis.Augu.Nemo in hac peregrinatione potest viuere sine tentatione.Innoc.Si tentatus est Saluator,non mirũ si peccator. Iac.1. Beatus vir,qui suffert tentationem : quoniam cùm probatus fuerit,accipiet coronam vitæ.

FINIS.

PARS

PARS AESTIVALIS ENARrationum de Sanctis.

¶ De S. Philippo & Iacobo.

ENARRATIO I.



ON *turbetur cor vestrum neque formidet*, Io.14. ¶ In sum. Euang. duo innuũtur. Primò, timorosa remotio directę turbationis, ibi: *Non turbetur.* Secũdò, subiungitur diuersa mãsio cœlicæ habitationis, ibi: *In domo patris mei mãsiones multæ sunt.* De primo dicit: *In illo tẽpore*, s. post cœnã, cùm dixit Christus discipulis de sui traditione, & Petri negatione, & de eorum fuga, tunc discipuli fuerũt turbati. Ideo Saluator consolabatur eos, dic. *Non turbetur, &c.* ¶ Pro quo sciẽdum, turbatio est triplex. Prima laudabilis, secũda tolerabilis, tertia vituperabilis. Prima est laudabilis, s. cùm homo turbatur de pęccatis. De qua Ps. 47. Ipsi vidẽtes, s. peccata, turbati sunt, cõmoti sunt, tremor apprehendit eos. Illa est bona turbatio quia signũ salutis. De qua Apost. 2. Cor. 7. Gaudeo propter vos, quia contristati estis ad pœnitentiã. Nam hæc turbatio & tristitia delet vitia. Vnde Hiero. Nulla culpa deletur nisi tristitia anxietur. Hoc considerãs Dauid di. in Psal. Cõturbata sunt omnia ossa mea à facie peccatorũ meorum. Nam sicut turbatur oculus collyrio, vt clarius videat, sic turbatio de peccatis & de offensione Dei perducit hominẽ ad claritatẽ visionis diuinæ. Vnde Apost. 2. Cor. 7. Quæ secundum Deũ est tristitia pœnitẽtiã in salutẽ stabilẽ operatur. Secũda turbatio est tolerabilis, s. de morte, quæ dũ fit secundum imperiũ rationis & nõ contra imperiũ, tunc est tolerabilis, vt dicit Damas. Si verò progreditur vsq; ad perturbationẽ rationis & à sua rectitudine, tunc potest fieri vituperabilis, vt dicit poëta: *Qui mortem metuit amittit gaudia vitæ.* Quia est signũ quòd diligit nimiũ præsentẽ vitã, quod prohibetur 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundũ. Nã licet naturale est timere mortẽ, debet tamen fieri secũdum imperium rationis, & non contra rationẽ. Et sic de morte & recessu magistri turbatio erat in discipulis. Vnde Simõ de Cassia. Quę causa maior turbationis & tristitiæ quàm turbari à dilecto qui nõ potest falli nec fallere? Tertia turbatio est vituperabilis, s. pro amissione rei tẽporalis in solicitudine auaritiæ.

Vnde

Vnde Psalm.100. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapiẽtia eorũ deuorata est. Nã tales sunt quasi attoniti in ratione. Vnde Psal.15. Cõturbat domũ suam, qui sectatur auaritiã. Nam tales non quiescunt in mẽtibus eorũ. Vnde Ier.48. Turbati sunt in mari, præ solicitudine quiescere non potuerũt: nã vt dicit Tullius, Tota vita auari hominis est plena miseriæ & doloris. Nam sicut fons turbatur pede, vt non resplendeat imago: sic turbatio auaritiæ obfuscat charitatẽ rationis. Talem turbationẽ habuit ille iuuenis eius cui dixit dominus, Matth.19. Si vis perfectus esse, vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Ille autẽ tristis abiit, erat enim multas habẽs diuitias. Ideo 2.Cor.7. Seculi tristitia mortẽ operatur. Nã est signũ quòd tales plus diligũt tẽporalia quã æterna. Propter ꝙ dicit Eccl.30. Tristitiã longè repelle à te, multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Item turbatio vituperabilis non solùm oritur ex auaritia & solicitudine, sed etiã oritur ex indiscreto præcepto prælatorum. Vnde de Saul dixit Ionathas, 1.Reg.14. Pater meus turbauit terrã, quia præcepit quòd nemo gustaret cibum vsque ad vesperas. Et sic erant attenuati, quod non poterãt persequi inimicos. Saul interpretatur abutens: sic qui potestate abutitur, mala multa in cõmunitate operatur. Et sic fecit Dauid 2.Reg.24. qui misit numerare populũ. Propter quod dominus misit pestilẽtiam in Israel de mane vsq; ad tẽpus constitutũ, & mortui sunt ex populo à Dan vsq; ad Bersabee 70. millia virorũ. Nam dicit Apost.2.Cor.vlt. de prælatis: Dedit eis potestatẽ in ędificationẽ, & non in turbationẽ & destructionem, qualem turbatiónem in cõmunitate fecit Achab: vt dixit Elias regi Achab, 3.Reg.18. Non ego turbaui Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti viã domini. Tertiò, turbatio vituperabilis etiã causatur ex inobedientia subditorũ: & sic totus exercitus turbatus est propter furtum Achior, Ios.7. cui dictum est, Quia turbasti nos, cõturbet te dominus. Et sic hodie propter inobedientiã mandatorũ Dei turbatur cõmunitas. Vnde Eccle.28: Vir peccator turbat amicos. Quartò, talis turbatio oritur ex verbis bilinguis. Vnde Eccl.28. Susurro & bilinguis multos perturbat pacẽ habẽtes. Ciuitates muratas diuitum destruxit. Et subdit: Beatus qui rectus est à lingua nequã. Quintò, talis turbatio oritur ex pertinacia. Ideo Eccl.11. Attẽde tibi à pestifero, fabricat enim

enim mala, i. propriũ sensum habet. Ideo ibid. dicitur. De ea re quæ te non molestat ne certaueris. Nam sicut à scintilla vna egreditur ignis: sic ab vno dolo augetur sanguis. ¶ Tunc subditur, *neque formidet*, s. amissionẽ terrenã. Psal. 48. Ne timueris cùm homo factus fuerit diues, & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniã cùm interierit, nõ sumet omnia, nec descendet cũ eo gloria eius. Anima eius in vita benedicetur, sed in futuro nõ. *Neque formidet*, s. persecutionẽ. 2. Tim. 3. Omnes qui piè volũt viuere in Christo, persecutionẽ patiũtur. Dicit nanq; Gre. Cùm cognosco Iob pœnã pati in sterquilinio, Ioannẽ esurientẽ in eremo, Petrum extẽsum in patibulo, Iacobũ decollatũ gladio, cogito qualiter Deus in iudicio cruciabit reprobos, q ita affligit suos electos. Tunc subdit: *Creditis in Deũ, & in me credite*, q. d. secũdũ Chry. Si turbamini ꝑpter formã serui. i. humanitatẽ, quã timetis per mortẽ perire, nõ turbemini propter meã deitatẽ, quia etsi moriar vt homo, resurgã, quia Deus sum: qui etiã post tribulationẽ & mortẽ remunerare & lætificare possum. Nota ponit fidẽ remediũ contra turbationẽ, quia fides purgat oculũ cordis. Act. 15. Fide purificãs corda eorũ. Dicit Hier. Fides clarificat & serenat, vt appareant pericula quæ in tribulatione latebãt. ¶ Nota Aug. super hoc verbo: *Creditis in Deũ*, dicit: Aliud est credere Deum, aliud in Deum, aliud Deo. Credere Deo, est credere ea esse vera quæ Deus loquitur: hoc nõ saluat, quia hoc faciunt mali. Sed credere Deum, est credere quòd Deus est. Et hoc credit diabolus. Iac. 2. Diabolus credit & cõtremiscit. Sed in Deum credere, est credẽdo Deum diligere, & in eũ ire, & ei firmiter adhęrere & eius mẽbris. Et hoc est proprium bonorũ: non illorum qui agunt multa maleficia, quorũ fides est corrupta & mortua. Vnde Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est. Ideo Isid. Beatus est qui rectè credit, rectè credendo bene viuit, bene viuendo rectã fidem custodit. Hæc fides est remedium contra omne turbationis periculum, vt di. Aug. super Ioã. Virtus fidei qua creditur in patrem & filium, est potentior omnibus periculis, quæ fidelibus accidere possunt. Ideo 1. Io. 5. Hęc est victoria quæ vicit mundum, fides nostra, vt fecerũt sancti apostoli & martyres, de quo Heb. 11. Sancti per fidem vicerũt regna. Idcirco hortatur eos ad fidẽ, dic. *Creditis in Deum, & in me credite*, q. d. secundum Aug. Id est consequẽs est, quòd in me credere debeatis, quia ego sum creator & redem

redemptor vester & remunerator. Nã nullus potest verè in Deum patrẽ credere, nisi etiã credat in filiũ, quia filius est eiusdẽ naturæ & eiusdẽ essentiæ cũ patre. Ideo di.Io.5.Qui non honorificat filiũ, nõ honorificat patrẽ qui misit illum. Ideo Athan. Necessariũ est homini ad æternã salutẽ, vt incarnationẽ quoq; domini nostri Iesu Christi fideliter credat:nam sine hac fide nõ est salus. Vnde habetur in can.23. q.1.Quia nisi soliditatẽ fidei quis tenuerit, diuinã præsentiam nõ cognoscit.Ideo Aug.de verb.do.Ambula per fidẽ, & peruenies ad speciẽ, s. visionis diuinæ, de quo Ioã.11.Qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. ¶ Dixi, secundò subiũgitur diuersa mãsio cœlestis habitationis, ibi: *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* ¶ Nota duplex est domus Dei. Prima est Ecclesia militãs.1.Tim.3.Scias quomodo in domo Dei te oporteat ambulare.In hac domo multæ mansiones sunt, i. multi homines, in quibus Deus manet per fidẽ. Ier.14.Tu autẽ in nobis es domine, s. per fidem, Ephe.3.Dico Christũ habitare per fidẽ in cordibus vestris.Secunda est Ecclesia triũphans, 2.Cor.5. Habemus domũ nõ manufactã in cęlis.Psal.35.Replebũtur vbertate domus tuæ.In hac domo mãsiones multæ sunt, secũdum diuersitatẽ meritorum. Aug.Vnaquæq; anima pro meritis suis illic honoratur, secundum ꝙ amplius in merito se dilatauit, 1. Cor.15. Stella differt à stella in claritate, &c. Licet enim obiectũ beatitudinis est vnũ, s. Deus, & idẽ denarius diurnus qui datur omnibus in vinea domini laborantibus, attamen vnus excedit aliũ in dignitate & claritate æterna. ¶ Primò, per cognitionem quãtò amplius quis cognouit Deũ per veritatẽ fidei, tantò intẽtius cognoscet per visionẽ. Secũdò, quantò quis Deo fretus fuerit per amorẽ, tantò amplius perfruetur illo per charitatẽ.Exẽplum de fonte, qui maius vas habet, magis recipit.Et nõ erit inuidia.Ber. Quod meũ per laborem, tuũ ꝑ amorẽ.Aug.Vnusquisq; quod in se nõ possidet, in alio possidere gaudet.Greg.Vnicuiq; sufficit quantũ recipit.De hac domo di.Psal.26. Vnã petij à domino, hanc requirã, vt inhabitẽ in domo domini. Et quid ibi acturi sumus, di.Ps. 83.Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorũ laudabunt te. Subdit: *Si quo minus*, i. si esset aliquis defectus, *dixissem vobis, quia vado vobis parare locum.* Sed dic. Tamen dicitur Mat.25.Venite, possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.Simon de Cassi.Parauit ab æterno pat

no pat

no pater prædestinãdo, filius in humanitate patiẽdo, & impedimentũ, s. culpæ & pœnæ, remouẽdo, & in cœlũ ascẽdendo. Nã licet essent ab æterno prædestinati, tñ beatitudinem nõ consequerentur, nisi per gratiã quæ datur tẽporaliter in præsenti. *Et si abiero & præparauero vobis locũ.* Gl. Nõ ꝙ in gloria cœlesti quid pręparauit, sed post ascẽsionẽ dñi spiritum sanctum misit, per quẽ præparamur ad consecutionẽ beatitudinis. *Iterum veniã ad vos, & accipiã vos ad meipsum*, vbi aliqui hæretici dixerunt, ꝙ electi nõ assumentur vsq; ad diem iudicij. Hoc est contra Apost. Philip. 1. Cupio dissolui & esse cũ Christo. & 2. Cor. 5. Si domus nostra terrestris destructa est, habemus domũ nõ manu factã in cœlis. Sed sic est intelligendũ: *iterũ*, s. in morte, accipiã vos ad beatitudinẽ animæ, in iudicio verò ad beatitudinẽ corporis & animæ: *vt vbi ego sum*, quia ante suã passionẽ iã erat beatus quantum ad animam: *& vos sitis.* Simon de Cassia: O ineffabilis dilectio, nõ contentus consortio angelorũ, sed homines intantum pensauit, vt in terram descenderet & pereuntes quæreret, vt in domo paterna secũ habitarent, vt nobis participans in humanitate, vt secũ essemus participes in diuinitate. *Et quo ego vado*, s. ad patrẽ, *& viã scitis*, s. mortem & passionem. Simõ de Cassia. Intelligitur quò ad debitũ, i. scire debetis, ipse enim sciuit eorũ desideria: ideo dedit eis occasionẽ interrogãdi: *Dicit ei Thomas, Domine nescimus quo vadis*, s. in speciali, licet in generali, *quomodo possumus viã scire?* Dicit Simon de Cassia: Laudabile est, confiteri ignorantiam propter acquirere scientiam. ¶ *Respondit Iesus: Ego sum via, veritas & vita.* Via inobliquabilis, eyn vveg der keyn krum hat. de qua Ier. 6. Interrogate quæ sit via recta & ambulate in ea. Hæc via est Christus & eius vita in humanitate. Vnde Augustinus: Christus in humanitate factus est nobis via ad diuinitatẽ. Hæc est via de qua Deut. 6. Non declinabitis nec ad dexterã neque ad sinistrã, sed per viam ibitis, quam præcepit dñs deus vester. Ille declinat ad dexterã qui dicit Christum esse deum. Ille ad sinistrã, qui negat humanitatem. Sed ille tenet medium, qui fatetur vtrumque, s. Christum deum & hominem. Hæc est via, de qua Psal. 118. Beati immaculati qui ambulant in via, i. in Christo. Nam omnes aliæ viæ ducunt ad inferos, hæc sola est via recta, quæ ducit ad cœlos. Vnde Pro. 4. Viã sapientiæ monstrabo tibi, quam cùm ingressus fueris, non habebis offendiculũ. Secundò Christus est veritas infalli-

bilis, quia nec fallitur nec fallere potest. Vnde Simon de Cassia ipse est, à quo verum est omne quod verum est.q.d. ego sum veritas omnia vincens, à nullo deuicta. Ipse enim dicit Lucæ 21. Cœlum & terra transibunt, &c. Quia ipse est de quo Psal. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Tertiò, Christus est vita imperturbabilis, vita desiderabilis, vita sine morte, consolatio sine mœrore. de qua Psalm. 33. Quis est homo qui vult vitam, desiderat dies videre bonos? Per quam vitam deuenimus ad vitam æternam. De quo subdit in textu: *Nemo venit ad patrem nisi per me.* q.d. Missus sum in mundum à patre, si vultis eum cognoscere, tūc per me cognoscere debetis. Et subdit, *Si cognouissetis me*, s. perfectè quo ad diuinitatem, *& patrem meum vtique cognouissetis*, q.d. Si filius crederetur æternus, tunc & pater. *Amodo cognoscetis eum & vidistis*, s. à tempore passionis, quia aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas. Lucæ vlt. Et tunc habuerunt pleniorē notitiā de mysterio diuinitatis. vel sic: *Amodo cognoscetis eum*. s. per spiritum s. quia ille vos docebit omnia Io. 16. *Et vidistis eum*, i. aliqui vestrûm iam viderūt eum, i. intellexerunt. Nā qui rectè cognoscit filiū per fidem, in ipso cognoscit patrē, quia dicit Ioā. 10. Ego & pater vnū sumus: nā sicut splendor facit cognoscere lucē à qua procedit: ita Christus facit cognoscere patrē, quia est splendor gloriæ. Heb. 1. Sed quia de hac notitia non omnes erant informati, sicut Philip. qui æstimabat patrē in substantia sine persona filij videri oculis corporalibus, ideo ait: *Domine ostende nobis patrem*, Chry. Quòd corporalibus oculis voluit videre, recepit ex Isa. c. 6. Vidi dominū facie ad faciē. sed illa visio non fuit in diuina substantia, sed in subiecta creatura, vt dicit Aug. in 2. & 4. de trini. & Io. 1. Deū nemo vidit vnquā. Exo. 33. Nō videbit me homo & viuet. Ideo dicit Simon de Cassia: Multū errabat à veritate, si patris ostensionem poscebat ad oculū, cùm nō solùm corporalis oculus sed, etiā glorificatus nō sit credendus posse intueri diuinitatē: nam anima sola quādo glorificata fuerit, intuitiuā visionē atq; fruitionē diuinitatis habebit, non impedietur glorificato corpore in quo erit. Si autem Philippus poscebat ad intellectū videre diuinitatem, etiam errabat, si quærebat aliter quàm per fidem, quia non viator & comprehensor poterat simul esse. Si in futuro erat petitio, s. in patria vt ostenderetur: tūc non incongruè precabatur, quia dicit August. lib. 1. de trini.

Nam

Nam vos implebit cũ vultu suo, vt nihil amplius requiratur. Et ergo secundum hunc sensum bene dixit Philippus. *Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis*, quia ibi erit omnis sufficientia sine omni defectu, vt dicit Bern. Amabimus sine modo, videbimus sine termino, cohabitabimus sine medio, videbimus ad voluptatem, fruemur ad iucunditatem, habebimus ad voluntatem. In ratione erit plenitudo lucis, in voluntate multitudo pacis, in memoria continuatio ęternitatis. O quàm multæ mansiones erunt in domo æternitatis. Primò ibi erit iucunditas sine mœrore, ibi vita sine morte, ibi lætitia sine tribulatione, ibi æternitas sine fine. Ad quam æternitatem perducat, &c.

¶ *De sancta Cruce.* ENARRATIO I.

P*Eccata nostra ipse tulit in corpore suo super lignũ: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus.* 1. Pet. 2. ¶ In quibus verbis duo innuuntur. Primò magna acerbitas Christi passionis, ibi, *Peccata nostra.* Secundò subditur mira vtilitas nostræ saluationis, ibi: *vt peccatis mortui, &c.* De primo dicit, *Peccata nostra pertulit*, pœnam peccatorũ nostrorũ perfectè tulit. Aug. Si æquè pensatur culpa hominis & pretiũ redẽptionis, nõ tantũ distat Ortus ab Occidente, & centrũ terrę à summo cœli cardine. In hoc tantũ valet, i. plus soluit q̃ debuit. Psal. 129. Copiosa apud eum redemptio. Subdit, *in corpore suo super lignũ.* Ecce pœnalitas & acerbitas Christi passionis, quia eius pœnalitas tãta fuit, ꝙ nõ potest bene explicari ab homine. Ps. 87. Oẽs fluctus tuos induxisti super me. Gl. i. omnia quæ de passione eius prophetata sunt, euenerunt. Nã sicut eius natura quantum ad teneritatẽ, omnium hominũ naturã incõpatibiliter excessit, sic eius passio aliorũ passionẽ. Thre. 1. Videte si est dolor similis, &c. Ideo di. Augu. Caput nostrum intueamur, multi martyres talia passi sunt, sed nihil horũ relucet qũo caput nostrum, quia Christus nullã consolationẽ recepit in sua passione, & voluit sibi hoc miraculosè in passione subtrahere ꝙ ex eius gratia dignatus est suis martyribus tempore passionis elargiri. Nã quãtò eis durior fuit tribulatio, tantò martyrij maior interior consolatio. Vnde S. Laurentius super cratere assatus dixit, Carbones tui refrigerium mihi præbent. Et S. Tiburtius, dum nudis plantis super carbones ignitos duceretur, ait, Videor mihi super flores roseos incedere. Sed in Christo nulla talis cõsolatio, ideo dixit, deus deus me⁹ quare me dereliquisti? Et sic patet acer-

bitas passionis in ligno.¶Hoc lignũ crucis figuratũ est mul tipliciter in veteri lege.Primò Gene.22.Abrahã colligauit Isaac & posuit eũ super struem lignorum,& post hoc seminis multiplicatio ei promittitur. Et sic multiplicatio Christianorũ facta est.Io.12. Si mortuũ fuerit, fructũ multũ affert:sicut stellæ cœli & arenæ maris.Boni Christiani ꝑ stellas,mali per arenã, quia isti erũt in cœlo vt stellæ , mali in inferno vt arena in profundo maris.Secũdò figuratur Exo. 15.Ostendit ei lignũ,quod cũ misisset in aquas,in dulcedinẽ versæ sunt aquæ,i.tribulationes.Ps.68. Saluũ me fac deus, quoniã intrauerũt aquæ,i.tribulationes. Sed ad dulcoratio nẽ tribulationis est efficax lignũ sanctæ crucis & cõsidera tio dominicæ passionis. Gre.Quicquid tribulationis terrena propinat aduersitas,leue erit si inspiciatur quid biberit in crucis patibulo qui inuitat nos ad cœlũ.Tertiò figuratur Num.21.in palo in quo serpens, &c. Cassio. Crux victoria Christi,perditio diaboli,infernorũ destructio, cœlestiũ reformatio,mors infideliũ,vita iustorũ. Amb.Fugatur timor corporalis, vbi ꝓtegit dulcor dominicæ passionis. Nã hoc cõtra signũ nullũ stat periculũ.Quartò figuratur 1.Reg.17. Dauid tulit baculũ in manibus & collegit sibi quinq; lapides lympidissimos de torrẽte,& misit in perã pastoralẽ:& significat baculũ crucis & quinq; vulnera,Gen.32.In baculo meo trãsiui Iordanẽ istũ. Iacob pauper venit in Mesopotamiã,sed cũ duabus turmis rediit : sic cũ turma Gẽtiũ & Iudæorũ rediit Christus de victoria in cruce habita.Quintò lignũ crucis figuratur Hest. 5. Amã parauerat lignũ Mardocheo & per se in eo interiit:sic diabolus nobis dãnationem parauit in ligno trãsgressionis,sed victus est per lignũ crucis.De quo Gre.Qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur.Vnde & Aug.Domuit orbẽ, vicit diabolũ, nõ ferro sed ligno.Sextò figuratur lignũ crucis Dani. 4.¦Ecce arbor in medio terræ,cuius lõgitudo pertingebat ad cœlũ, & latitudo ad terminos terræ,esca vniuersorũ in ea erat.Per arborẽ in medio terræ,intelligitur crux Christi in medio terræ sita.De quo Ps.73.Operatus est salutẽ in medio terræ. Hæc arbor attingebat cœlũ,qꝛ per crucẽ Christi oẽs nos oportet ascẽdere.Matt.10.Qui nõ accipit crucẽ suã & sequitur me, nõ est me dignus.In hac arbore pendebat esca omniũ animaliũ, i. omniũ fidelium, quia Christi corpus nobis datur in cibum.Et omnes volucres cœli,id est, fideles nidificãt in

ea.

ea.Ber.Cùm premit caro,cùm pulsat turpis cogitatio,recordor crucis & vulnerũ Christi,resurgo & resipisco. Nõ inuenimus in omnibus tẽporibus tam efficax remediũ, sicut ad vulnerũ Christi refugiũ.Septimò figuratur Cant. 3. Ferculũ fecit sibi rex Salomon:& dicitur à fero fers, quia fertur de loco ad locũ:& figurat Christi crucẽ,quę fuit lectus in quo requieuit Christus.Isa.28.Coangustatum est stratũ.Reuera angustũ quia posuit pedẽ super pedẽ,& non habuit vbi caput suũ reclinaret.Matt.8.Vulpes foueas habent, &c. quod figuratũ est Ge.49.Iacob finitis mandatis quibus filios Israël instruebat,collegit pedes super lectulũ & abiit. Spiritualiter,per Iacob qui interpretatur supplantator, intelligitur Christus qui supplantauit hostẽ nostrũ diabolũ,hic collegit pedes in lectulo crucis,&obdormiuit moriendo.Nam sicut quãdo magni dñi in meridie se reclinant ad dormiendũ,solent fęnestræ claudi, vt quietius dormiãt:sic Christus dormiẽs in lectulo crucis,fenestra mundi videbatur clausa qñ tenebræ factæ sunt per vniuersam terram ab hora sexta vsq; ad horã nonã.Hic est lectus de quo Mat.24. Erũt duo in lecto vno, s. diuinitas & humanitas. Vna sumebatur ad pœnã,s.humanitas:& alia relinquebatur libera,s.diuinitas. Hoc est lignũ pretiosum inter omnia ligna syluarũ , vt canit Ecclesia, in qua salus nostra pepẽdit, vt dicit Eusebius. Tota salus nostra mentis & corporis pepẽdit in ligno crucis.Hoc est lignũ,cũ quo fit defensio contra diabolũ,vt dicit Isid.de sum.bo.Si ꝓcellis mũdi & diaboli inuolueris, lignũ ascẽde crucis & liberaberis: vt legitur exẽplũ de Iudęo signante se signo sanctæ crucis, & diabol⁹ nõ præualuit cõtra eũ.¶Dixi secũdò subiungitur mira vtilitas nostrę saluationis,ibi,*Vt peccatis mortui iustitiæ viuamus.* Aug.Quid est peccato mori,nisi opera maligna in nobis dãnare,& hoc miserabile seculũ fugere, & diabolũ cũ omnibus põpis debellare?Nã sicut homo mortuus nulli detrahit,nemini molestus existit,nõ inuidet,nõ superbit,& sicut in mortuo nõ est sensus neq; mot⁹:sic in eo q̃ est mortuus mũdo & peccato, nõ est interior affectus criminis nec exterior. Nõ tñ possumus esse sine peccatis de lege cõmuni vt motus penitus nõ assurgãt,q̃a di.Amb.Nulla mẽs, nulla anima est,quæ nõ recipit agrestes motus cogitationũ malarum.Ideo Bern.Quantumuis in hoc corpore manens profeceris , erras si vitia putas emortua , & non compressa magis , velis nolis, inter fines

tuos habitat Iebusæus. Subiugari pôt, exterminari nõ pôt. Attamẽ de lege speciali est possibile, vt aliqs attingat ad statũ tãtæ perfectionis, vt habeat corpus emortuũ, & ab omnibus motib. illicitis alienũ, vt dicit Io. Cassia. in collat. patrũ colla. 2. Subdit, *vt iustitiæ viuamus*, i. virtutib. insistamus. Nã dicit Hier. Omnes virtutũ species nomine iustitiæ cõtinẽtur. Et hæc est crux spiritualis, s. peccatis mori & iustitiæ viuere, habẽs quatuor cornua. De quib. Ber. Quatuor sunt cornua crucis spiritualis superius obediẽtia, inferius humilitas, à dextris charitas, in sinistris patiẽtia, & sic pficitur crux tua. De qua Mat. 16. Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucẽ suã. dicit Gl. sup Apo. ad Gal. 5. Cõgruit nostræ deuotioni, vt dñi crucifixi passionẽ celebremus, reprimẽdarũ carnaliũ voluptatũ nobis crucẽ faciamus. In hac cruce semp pẽdere debet Christianus, vt sit fixus clauis, i. præceptis iustitiæ. Nã dicit Maximus, Vita omnis Christiani, qui secũdũ euãgeliũ vixerit, crux est atque martyrium. Et ab hac cruce spirituali nõ debemus descẽdere, sed vsq; in finẽ perseuerare. De quo Ber. Neminẽ audiamus, nec carnẽ neq; sanguinẽ à cruce descẽdere suadentẽ, sed perseueremus, quousq; deponamur. Quod nobis cõcedat pater, &c.

¶ *De Ascensione domini.* ENARRATIO I.

D*Ominus quidẽ Iesus postquã locutus est eis, ascendit in cælũ.* Mar. vlt. In summa euãgelij duo innuũtur. Primò, amicabilis Christi apparitio. Secũdò, subiũgitur mirabilis eius ascẽsio. De primo dicit: *in illo tempore*, s. in die ascẽsionis, *recũbentibus vndecim discipulis*, s. in cœnaculo, in quo mãducauit Christus cũ discipulis ante passionem, tũc *apparuit illis Iesus*, in die Ascẽsionis. Bis enim apparuit, s. in cœnaculo & mõte Oliueti, de quo ascẽdit. Diceres tñ Ecclesia canit, Dominus de Sinai ascẽdit. Resp. Hoc intelligitur quantũ ad interpretationẽ: quia Sinai interpretatur mãdatũ. Ascẽdit ergo de sancto mãdato. Euntes docete omnes gentes. Aug. Omnis Christi actio est nostra instructio. Et Christus hodie octo fecit nobis in exemplũ. Vnde Greg. Oportet fratres vt illuc sequamur corde, quò Christum credimus ascẽdisse carne. Primò, Christus apparuit discipulis in cænaculo, & sic oportet, ꝙ Christus nobis prius appareat per gratiã in corde. Nã sine gratia nec sufficimus ad veritatis cognitionẽ, nec ad virtutis amorẽ: qa dicit Aug. Gratia est lumẽ animæ faciens Deũ super omnia diligere, & ei firmiter adhærere. Ideo Greg.

Tua

Tua nos gratia semper præueniat & sequatur: præueniat suspirãdo,& sequatur adiuuando. Si lumẽ gratiæ in nobis nõ appareret,mẽs nostra in peccatorũ tenebris remaneret. Secũdũ est allocutio.dicit Aug. Allocutio est eius debita & occulta inspiratio, qua mediãte suã veritatẽ & volũtatem inuisibiliter ostẽdit,de quo Ps.84. Audiã quid loquatur in me dominus deus meus.Greg.Vox dñi auditur cùm inspiratio mẽte cõcipitur.Tertiũ est exprobratio peccatorũ. Nã dicit Aug. Hoc est propriũ gratiæ,vt faciat hominẽ peccatum suũ cognoscere:& Greg.Quãtò maioris gratiæ lumen quis receperit,tãtò magis reprehẽsibilem se cognoscit. Ps. 49. Arguã te & statuã contra faciẽ tuã, q. d. quod posuisti post tergũ tuũ.De quo in textu : *Exprobrauit incredulitatem eorũ*,s.ad præsens habitã:*quia his qui viderãt eũ resurrexisse,nõ crediderũt*,s.Mariæ Magdalenæ & discipulis venientib.de Emaus, ad designandũ ꝙ licet omne peccatũ est redarguendum,signãter tamẽ infidelitatis,quia dicit Aug.Illa manẽte cætera detinẽtur,quia sine fide falsa est omnis religio, etiã in bonis morib.Homo infidelis nõ potest videre splendorẽ veritatis,sed in tenebris manet cæcitatis, & lumen æternũ non lucet ei.De quo Cant.2.q.1.quia. Nisi quis soliditatẽ fidei tenuerit,Deũ cognoscere nõ poterit,quia scribitur Abac.2. Iustus ex fide viuit. Idcirco meritò arguitur homo in seipso,quia fidẽ operibus nõ impleuit,& propter hoc ingemiscit, quia dicit Hugo de S.Victore.Tũc peccatorũ salus incipit,quãdo veraciter de peccatis ingemiscũt.Quartum est mandatũ & eiusdẽ propositio, *vt à Hierusalem nõ descenderẽt,sed expectarẽt promissionem patris*.Spiritualiter:Hierosolyma,i.pacifica.Et sic si volumus cũ eo ascendere, à pace nõ debemus recedere.Vnde Heb.12.Pacẽ & sanctimoniã sequamini, sine quibus nemo videbit Deũ.Ideo Ber.Compone mores,vt sis pacificus,& eris verus Dei filius , Matt.5.Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur.Et loquitur de pace mẽtis.De qua Greg.24.Moral.Sanctorũ mens tãta pace vtitur,vt nec prosperitate extinguatur, sed præmiũ æternitatis expectat, & vires ex aduersitatibus sumit, qa crescẽte pugna, crescit & corona.Dicit enim Ps.26.Si exurgat aduersum me prælium,in hoc ego sperabo.Quintum est comestio,& hæc comestio significat prælibationẽ & prægustationem cibi vitæ æternæ dulcedinis per desiderij amorẽ & deuotionẽ. Vnde Ps.33.Gustate & vidète,quoniã suauis est dominus. Nã re-

gnum cœlorũ non datur nisi esuriẽti. Esuries animæ est desideriũ beatitudinis, de quo Amb. O domine fac me gustare per amorẽ: quod gusto per cognitionẽ. Nã de tali spirituali cibo reficitur anima. Hæc est vita cordis nostri, cùm anima Deũ cõtẽplatur & in cõtemplatione reficitur. Et qui hanc prægustationẽ nõ habuerit, ad regnum cœleste nõ anhelat. Vnde Greg. Quãtò intẽsius intelligit, i. gustat, tãtò delectabilius à tẽporalibus delectationibus requiescit. Et subdit: His dulce esse in terrenis rebus, qui nihil gustauerũt de cœlestibus. Sextũ est ad montẽ Oliueti deductio. Et per hoc significatur operis misericordiæ exhibitio, quia dicit Apost. 1. Tim. 4. Pietas ad omnia vtilis est, maximè ad promissionẽ vitæ æternæ. Et ergo non sufficit in terris habere deuotionẽ interius, nisi etiã homo exterius exerceat se in miseratione ad proximũ. Nã scribitur Eccl. 16. Misericordia vnicuiq; parat locũ, secũdũ illud Ps. 102. Coronat te in misericordia & miserationib. Hoc est oleũ de quo Eccl. 10. Oleũ de capite nõ deficiet, s. oleũ misericordię. Nã ostia tẽpli fuerũt de oliua in Hierusalẽ. 3. Reg. 3. Et sic misericordia est cœli ianua. Vnde 1. Mac. 2. Dauid in misericordia cõsecutus est regni sedẽ in secula. Septimũ est versus Bethaniã deãbulatio. Bethania, i. domus obediẽtiæ. Nã ipse fuit obediẽs vsq; ad mortẽ. Phil. 1. Propter quod exaltauit illũ deus. Et sic nos, si volumus secum assumi debemus mandatis suis obsequi. Mat. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata dei. eò ꝙ dicit Aug. super Ps. Sola obediẽtia accipit palmã, inobedientia pœnã. Gl. Mat. 2. per aliã viam reuersi sunt in regionẽ suã, dicit, Sicut per inobedientiã à paradiso cecidimus, ita per obedientiã appropinquamus. Octauò, *Eleuatis manibus ferebatur*, in cœlũ, & in eleuatione manuũ ascẽdit, & ostendit manus & pedes & stigmata vulnerũ reseruata, ad ostẽdendũ, ꝙ volẽtes cũ Christo ascendere, debẽt eius passionẽ hîc portare, Mat. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Ideo in processione portamus crucẽ, & sequimur, ad designandum illud Rom. 8. Si compatimur, simul & glorificemur. Nã per multas tribulationes oportet nos intrare ad regnũ Dei. Act. 14. Sed in omnibus his debet esse fides, qa dicit Aug. in lib. de fide: Fides est humanæ salutis initiũ, & fundamentũ omniũ bonorum operũ. Ideo subdit: *Eũtes in mundũ vniuersum*, quia Christus totum redemit: quantum ergo in se est, omnes vult saluare.

Vnde

Vnde 1.Tim.1. Vult omnes homines saluos fieri. *Prædicate Euãgeliũ omni creaturæ*, i.omni homini,& hoc ratione conuenientiæ.Greg.Homo habet cõuenientiã cũ omnibus creaturis,esse cũ lapidib.viuere cũ plãtis, sentire cũ animalib.intelligere cum angelis.Quapropter secũdũ similitudinẽ homo dicitur microcosmus,i.minor mũdus, quasi omnẽ creaturã cõtinẽs, secundũ eundẽ homo dicitur omnis creatura, qa propter eũ omnis creatura mũdi est producta.Vnde Magist.in 2.Sent.di.1.Totũ bonũ hominis est, quod factũ est. De quo 1.Cor.3.Omnia vestra superiora,æqualia & inferiora.Superiora,vt angeli ad ministrãdũ,ęqualia ad cõsolãdũ, inferiora ad obediendũ.Psal.Omnia subiecisti sub pedibus eius.Vel sic secũdũ Theoph.Omni creaturę.i.credẽti,& nõ credenti.Inde est ꝙ Euãgeliũ legitur palã omnib.vt audiatur.Doctrina Euãgelica excedit omnẽ doctrinam, vt dicit Inn.Euangeliũ est verbũ Dei,sapiẽtia sapiẽtię,verbũ illius, de quo Io.1.In principio erat verbũ.Item legitur,versus Aquilonẽ, vbi sita est Hierusalẽ,vnde ad nos peruenit. Vnde Luc.vlt.Vos testes horũ.Itẽ ad Euãg.dicitur, Dñs vobiscũ, quia adest dominus fidelib.qui credũt Euãgelio, Matt.vlt. Vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ seculi.Itẽ quintuplex crux imprimitur in pronuntiatione Euãgelij.Primò,in lib. ad designandũ:& hęc sunt verba crucifixi.Secũdò,in frõte, ad designãdũ,ꝙ ipsum Euãgeliũ debemus prædicare & cõfiteri corã regibus & principibus sine verecũdia & timore. Tertiò in labiis,& est vt oris cõfessio sit ad salutẽ.Quartò, in pectore, vt corde credatur ad iustitiã.Quintò,in tota facie,ad designandũ, ꝙ aperta facie gloriã domini speculamur.Tũc ponit præmiũ,di. *Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit*.Gl.qui crediderit,s.fide formata,charitate ornata:qa dicit Iac.Fides sine operibus mortua est. *Qui verò nõ crediderit, cõdẽnabitur*.Sed pueri baptizati saluãtur in patrinorũ fide, & in fide Ecclesiæ. ¶Tũc ponit signa in quibus credẽtes cognosci possent,& dicit, *Signa autẽ eos qui crediderint hæc sequentur.* Et sunt quinq;.Primũ, *in nomine meo dæmonia eijciẽt.* Hæc signa nõ sunt necessaria nũc corporaliter,quia nũc fides cõfirmata est.Et quoniã miracula hominẽ sanctũ ostẽdũt, sed non efficiũt.Sed spiritualiter requirũtur ad salutẽ.Primò,dęmonia,i.peccata eiicere debemus per pœnitentiã.Apost.18.Facta est Babylon,i. cor peccatoris habitatio tot dæmoniorũ, quot vitiorũ.Et Greg. super Mar. Maria Magdalena septẽ

dęmonia habuit, quia vniuersis vitiis plena fuit. Illa eiiciũtur per cõtritionẽ, confessionẽ & satisfactionẽ. Secundũ signum, *linguis loquentur nouis*, iuxta illud 1. Reg. 2. Recedant vetera de ore vestro, vt si quis solitus erat secularia verba dicere, verba dei loquatur, 1. Pet. 4. Si qs loquitur, quasi sermones dei loquatur. Tertiũ signũ, *serpẽtes tollẽt*, i. persecutiones, detractiones libẽter propter Deũ sustinẽt. De quib. Ps. 13. Acuerũt linguas suas sicut serpẽtes. Nã patiẽter tribulationes ferre, est signũ salutis. De quo Greg. Ego patientiæ virtutẽ maiorẽ signis & miraculis credo. Quartũ signum, *mortiferum si quid biberint, nõ eis nocebit.* si tẽtationes habẽt & nõ cõsentiũt, sed immediatè vicerint. Vnde Greg. Nõ est cogitatio tam immũda quæ mentẽ polluat, si ratio nõ cõsentit. Vnde Ber. Dæmonũ est suggestiones malas ingerere, nostrũ est nõ cõsentire: nã quoties resistimus, toties diabolũ superamus, angelos lætificamus, Deũ honoramus. Et sic nõ nocet venenũ tẽtationis. Vnde Aug. Nõ sentit qui nõ cõsentit, q. d. nõ sentit pœnã, qui nõ cõsentit ad culpã. Vnde possumus dicere cũ Apost. 2. Cor. 6. Castigati & nõ mortificati, i. pœnã habẽt, & nõ moriũtur in anima. Vnde Rom. 8. Nihil damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, & nõ secũdũ carnẽ ambulãt. Quintum signum, *super ægros manus imponẽt, & bene se habebũt ægri.* Aegri dicũtur, qui aliorũ subsidio egent in suis necessitatibus, aliqui in corpore, aliqui in anima, & quãdo his misericordiã exhibemus esuriẽtes cibãdo, nudos vestiẽdo, simplices instruẽdo, manus imponũtur, i. opera misericordiæ, vt bene se habeant, Prou. vlt. Manus suas aperuit inopi. Nam est magnũ signũ salutis: de quo Amb. Nihil ita cõmẽdat Christianũ sicut misericordia. Ideo Greg. Hæc quinq; miracula sunt tãtò maiora, quãtò spiritualiora, qa per ea nõ suscitãtur corpora, sed animæ. ¶ Dixi, secũdò innuitur eius mirabilis ascensio: *Dominus quidẽ Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in cœlũ.* Ipse osculatus est vnũquenq; ex amore cordis intimo. Vnde Amb. in prosa hodierna: Apostolis chara relinquẽs oscula pacis & vale dicẽs eis. *Eleuatis manibus*, vt dicit Luc. sicut pater à filiis recedẽs eos benedicit, & assumptus in cœlũ, & hoc multipliciter. Primò, in cõuenienti tẽpore, quia quadragesimo die decuit, & cõueniẽs fuit. Primò, vt gaudiũ resurrectionis excederet mœrorẽ tribulationis. Nã Aug. 4. de Trin. Christus mortuus fuit x l. horis, qđ fuit tẽpus mœroris discipulis. Sed tẽpus resurre-

ctionis fuit ei tempus gaudij,quod fuit rationabiliter post 40.dies ꝑpter excessum,vt gaudiũ excederet tribulationes. de quo gaudio ait Io.16.Iterum videbo vos,& gaudebit cor vestrũ.Secũdò,in hoc designauit,si quis patitur ꝑpter deũ, tũc cõsolatio cõsequẽs & lętitia maior erit,quã tristitia habita:de quo Ro.8.Nõ sunt cõdignę passiones huius tẽporis ad futurã gloriã.Augu.Est quædã tribulatio cũ fine,lætitia sine fine.Tertiò,vt nobis modũ ascẽsionis mysticę designa ret.Nã quadragenarius numerꝰ secũdũ Au.perfectionẽ pęnitẽtiæ designat,quę disponit hominẽ ad ascẽsionẽ.Mat.4. Agite pœnitẽtiã, & appropinquabit vobis regnũ cœlorum. Chrys.O pœnitẽtia rutilãtior auro,splẽdidior sole,quid de te referã?Oĩa ligata soluis,cęlũ aperis,& æternã gloriã tribuis.Secũdò,ascẽdit vtiliter.Diceres:Nõne magis ꝓfecisset corporalis præsentia q̃ absentia?Nã discipuli in pręsentia magis melius erudiũtur.Resp.ꝙ lõgè melius fuit ꝓ nobis,vt iret ad cęlũ,quàm ꝙ maneret nobiscũ.Probatur triplici exẽplo.Primò melius est,vt aduocatus in causa alicuius corã dño sit,vt vẽtilet causam illiꝰ.Sic Christus est aduocatus noster.1.Io.2.Aduocatũ habemus apud Deũ patrẽ. Ideo vtilius est, vt stet coram deo patre. Secũdò persuadet sic:Capitaneus guerrę cũ suis stipẽdiariis,vtilius est,vt stet extra ciuitatẽ resistẽdo inimicis,quã intus conuersando cũ amicis.Nã nos habemus præliũ cũ malis spiritibꝰ,noster capitaneꝰ est Christus,stipẽdiarij sunt oẽs sancti,q̃ secũ sunt, & ideo vtilius est ipsum esse superius quã inferius. De quo Deut.33.Ascẽsor cęli auxiliator est tuus.Tertia ꝑsuasio.Paterfamiliàs,qui habet magnã familiã & multis indiget,vtilius est eũ esse extra domũ quærẽdo diuersas mercationes, quã si remaneret in domo.Sic nos habemus magnã indigẽtiã gratię spiritus s. sine qua nec possumus operari quicquã: quã nõ habere possemus,nisi Christus iret ad cœlũ.Io.16.Si nõ abiero,paracletus nõ veniet.Vnde vtilis fuit ꝓ nobis,vt ipse ascẽderet in cęlũ.Videmus ꝙ quãdo sol est in suprema parte cęli quantũcunque magis distat à nobis per sitũ, tãtò magis appropinquat per effectũ,quia tunc arbores & plãtę producũt fructus,vt patet in æstate:quod nõ fit tẽpore hyemali,quãdo est propior nobis. Ratio,quia in æstate mittit nobis radios directè,in hyeme verò obliquè:ideo minus de eius virtute percipimus.Spiritualiter sol est Christus Mala. vlt.Orietur vobis timẽtibus Deum sol iustitię.Quãdiu fuit

nobisc

nobiscũ quasi in vltima parte sui circuli, parũ potuimus de hac virtute sentire: sed cũ ascẽdisset super oẽs cęlos, Eph. 4. Tũc impleuit oĩa, quia terrã misericordia, infernũ iustitia, & cœlum gloria, quia per misericordiã in terris peccatores recõciliauit, ꝑ iustitiã infernũ spoliauit, & patres de limbo liberauit: & cũ ipso resurgentes ad cœlestẽ gloriã perduxit. Itẽ videmus naturaliter ꝙ nõ pluit nisi vapor virtute solis ascẽdat. Figuratur 3. Reg. 18. Cùm nõ pluebat ꝑ annos tres, & mẽses sex, ascẽdit nubecula parua de mari quasi vestigiũ hominis: & sic misericordia Dei, Ps. 88. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ dñe? Haymo: Ascẽdit in cœlũ, vt mitteret donũ cęli. Tertiò, ascẽdit lætãter, quia ascẽsio Christi gaudiosa erat hominib⁹. Aug. Resurrectio Christi spes nostra, ascẽsio glorificatio nostra. Notandũ, festiuitas hodierna est sancta omniũ festiuitatũ, quapropter cũ incarnatus est, triginta tribus annis laborauit in terris, deinde passus & mortuus vt nobis cęlum aperiret, quia hodie impletũ est: Mors Christi nos liberauit, resurrectio viuificauit, ascensio nos cõsociauit, quia nobis spiritũ de cœlo tribuit. Ergo festiuitas hodierna prima omniũ festiuitatũ, annũtiationis, incarnationis, &c. Nã si celebratur dies vnius sancti, qui ꝑ mortẽ euolauit, & dies illa appropriatur sibi: & sic ista dies potest dici dies omniũ sanctorũ angelorũ, quorũ ruinã incępit reparare hodie: & similiter sanctorũ patriarcharũ, quorũ animæ hodie cũ Christo ascẽderunt. Itẽ B. Mariæ virg. quia Maria hodie lætata est, ꝙ carnẽ filij sui quã de se assumpsit, hodie super omnes cęlos exaltari vidit. Itẽ est gaudiũ totius humanæ naturę quę hodie exaltata est. Et potest nobis dicere illud Ioã. 14. Si diligeretis me gauderetis vtiq;, quia vado ad patrẽ. Dicit nanq; Gre. Domino nascẽte videbatur humiliata diuinitas: sed Christo ascendente humanitas est exaltata. Nã hæc natura, cui dictũ est, Terra es, & in terrã reuerteris, hodie exaltata est super oẽs cęlos: ꝙ omni homini potest dici hodie illud Psal. 67. Psallite dño qui ascendit super cęlos ad orientem. Quem igitur nos in sua inuocemus ascensione, vt virtute illius cœlum ascendere valeamus, ibi regnaturi cum eo per infinita secula seculorum.

¶ *De corpore Christi.* ENARRATIO I.

A*Ccipite & manducate, hoc est corpus meum.* 1. Cor. 11. In verbis præmissis duo innuũtur. Primò gratiosa donatio Saluatoris, ibi: *Accipite.* Secũdò, subiũgit miraculosa refectio peccat

peccatoris,ibi: *Et manducate,hoc est corpus meum*.De primo dicit. *Accipite*.O q̃ gratiosa & amorosa donatio.Nam cõparando gradus diuinæ largitatis quantũ ad donũ,tunc iste est summus graduũ.Primus gradus amoris & donationis est,quòd est largitus homini cęlũ & terrã & oẽs irrationales creaturas ad obediendũ.Psal.8. Omnia subiecisti sub pedib.eius. Eccl.17.Deus creauit hominẽ de terra, & dedit ei potestatẽ eorũ quæ sunt super terrã, & dixit Gene.1.Dominamini piscib⁹ maris & volucrib.cęli. Cuius donationẽ recolit Aug. di.O anima mea dilige Deũ qui dedit cœlũ cum sideribus, aërẽ cũ volatilibus,aquã cũ piscibus,terrã cũ graminibus, totũ mundum cũ omnibus quæ in eo sunt.Secũdus gradus amorosę donationis est,ꝙ dedit homini nobilissimas creaturas animæ rationali cęlestes, i. angelos ad ministrãdum. Vnde Heb.1.Omnes sunt administratorij spiritus,& in ministeriũ missi,&c.Hier. Magna dignitas animarum,ꝙ vnaquęque anima habet vnũ angelũ ad custodẽ sibi deputatũ, de quo dixit Saluator,Mat.18.Angeli eorũ semper vidẽt faciẽ patris eorũ,qui in cęlis est,vbi dicit Aug.Dicũtur angeli nostri,quia nobis seruiũt & nos cõciues suos habere cupiũt.Ideo Chry.super Epist.ad Heb.O quãtus honor nobis existit,quòd angelos ad nos sicut ad amicos suos trãsmisit. Tertius gradus amorosæ donationis est, ꝙ largitus est seipsum,& hoc multis modis. Primò, dedit seipsum nobis in sociũ nostrũ seu nostræ peregrinationis. Baruch 3. In terris visus est,cum hominibus cõuersatus est.Ecce socius viæ in hac peregrinatione,de quo 1.Ioã.1.Quod vidimus & audiuimus & manus nostræ tractauerũt de verbo vitæ. Secũdò, dedit seipsum in seruũ nostræ necessitatis.Phil.2.Exinaniuit semetipsum formã serui accipiẽs,de quo per se di.Mat. 20.Filius hominis nõ venit ministrari,sed ministrare. Reuera seruiuit nobis 33.an.in humanitate,de quo Isa.43.Seruire me fecistis peccatis vestris.propter quod dixit Luc.22. Ego in medio vestrũ sum,sicut qui ministrat.Tertiò,se dedit in pretiũ nostræ redẽptionis.Vnde Eph.5.Dilexit nos & seipsum obtulit pro nobis hostiã & oblationẽ Deo in odorem suauitatis.de quo Matt.20. Filius hominis venit dare animã suã in redẽptionem pro multis.Quartò,dedit se homini in cibum.Ioã.6.Panis quẽ ego dabo,caro mea est pro mũdi vita.Vbi Gre.Bonus pastor dominus Iesus animã suã pro ouibus posuit, & in sacramento corpus & animam & sanguin

ſanguinem dedit,vt oues quas redemerat,carnis ſuę ſacraměto ſatiaret.Ecce magna dilectio & amoroſa & gratioſa. Hęc eſt donatio de qua habetur de reli.& vene.ſanctorũ in Clem.Si dñm,vbi dicitur:O diuini amoris imměſitas,diuinæ pietatis ſuperabũdãtia, diuinæ largitatis affluẽtia dedit nobis omnia ſub pedibus angelicos ſpiritus miniſtros,volens adhuc exuberantẽ charitatẽ demõſtrare, præcipuè liberaliter ſeipſum nobis exhibuit.Tranſcẽdens omnẽ liberalitatẽ,dilectionẽ & modũ tribuit ſeipſum in cibũ. O ſingularis & diuina liberalitas, vbi donatio venit in donũ, & datũ eſt idẽ penitus cũ datore.O quàm larga & prodiga largitas,cum quis tribuit ſeipſum:& quã magna charitas, de qua Ioã.13.Cùm dilexiſſet ſuos,vſq; in finẽ dilexit eos,i.in fine oſtẽdit dilectionẽ ſuperabũdantẽ,quæ figuratur 2.Reg. 12.vbi dixit proph.Nathan ad Dauid:Quidã vir pauper habuit vnã ouẽ quã nutrierat vt filiũ,erat enim de pane illius comedẽs,&c.Myſticè:Pauper eſt Chriſtus,2.Cor.8. Qui cũ diues eſſet,propter vos egenus factus eſt.Ouis eſt vnaquæque fidelis anima. Pſ.99.Nos populus eius,& oues paſcuæ eius.Hãc ouẽ emit charè,de quo 1.Cor.vlt.Empti eſtis pretio magno,quia ſanguine agni incõtaminati.1.Petr.1.Nutriuit eã pane cœleſti, quia ſacramẽto corporis ſui.Sap.16. Angelorũ eſca nutriuiſti populũ tuũ, & in ſinu ſuo requieſcit,ſ.miſericordiæ ſuæ,& tãdẽ in ſinu Abrahæ recipietur. Ecce quãta dilectio.Quam dationẽ amoroſam memoratur Aug.di.Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi?donauit vitã,donauit ſcientiã,donauit volũtatem liberã,ſubſtantiã & ingeniũ.Et quid plura? donauit ſeipſum & omnia ſua,vt eſſent omnia tua.Ideo Ber.Quid plus dare debuit quã ſeipſum in eduliũ?quod potuit dicere illud Iſa. 5.Quid vltra debui facere quod nõ feci?Nam maiora ſigna dilectionis nobis exhibuit in donationibus ſuis q̃ patribus veteris teſtamenti.Nã illis dedit mãna corruptioni obnoxium in alterũ diẽ reſeruatũ, illud verò alienũ eſt ab omni corruptione.Pſal.15.Nõ dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ.Vnde canit Eccleſia:Sumit vnꝰ ſumũt mille,&c. Iſti qui manducauerũt mãna mortui ſunt corporaliter,& aliqui ęternaliter,vt Dathan & Abyrõ.Num.16.Qui verò manducat hunc panẽ,viuet in æternũ.Io.6.Illis dedit aquã de petra, nobis verò ſanguinẽ de latere. Ecce magnitudo dilectionis & amoroſæ donationis.Ideo Amb.Sicut lux potior

eſt

est quàm vmbra, veritas quã figura, sic hoc donũ dignius & amorosius est illo, quod perpẽdẽs Ber. dicit; Puto ꝙ omnes angeli suis intelligẽtiis nõ possunt capere vehemẽtiã charitatis. Et hoc est quod dicit: *Accipite & mãducate.* Notãdum hunc amabilẽ cibũ debemus capere multis modis. Primò, fideliter sine errore: secũdò, synceriter sine cõtagione: tertiò, diligẽter cum consciẽtiæ discussione: quartò, humiliter cũ cõtritione & tremore: quintò, decẽter cũ recta intentione: sextò, prudẽter cũ studiosa meditatione: septimò, feruẽter cũ deuota contẽplatione: octauò, amicabiliter cũ charitatiua affectione: nonò, dignãter cũ meritoria operatione: decimò, dulciter cũ experimẽtali prægustatione. Primò, debemus accipere fideliter sine errore. Dicit nãq; Ber. in epi. ad Pet. papã. Hæc sacramẽta necessariò fidem exigũt, & rationẽ nõ admittũt. Hîc mordeat linguã fallax sophista. Taceãt & argumẽta Aristotel. talis substãtia nõ inuenitur per illa: sed oportet credere salubriter, quod nõ inuenitur vtiliter. Nã hic est puteus altus de quo Io. 4. Non habes vnde haurias. Hic est torrẽs, vbi nullus patrũ potuit trãsuadare. Ideo Heb. 11. Oportet accedentẽ ad Deum credere, quia est, & inquirẽtibus se remunerator est. Sed quòd possibile fuit Christo nobis præbere corpus suũ, probatur à simili, à maiore, & minore. Primò, à simili, à maiore, quod prius fecit, quia vnã substantiã in aliã trãsmutauit. Io. 2. Aquã in vinũ. Secũdo, probatur à minore, s. ab his quę fiunt ab arte, à natura & gratia. Primò, quæ fiunt ab arte, vt cineres artificialiter mutãtur in vitrũ: si hoc facit ars, multò magis fabricator artiũ. Eccl. 8. Omne quod voluerit faciet: & sermo illius potestate plenus est, nec quisquã dicere potest: Cur ita facis? Secũdò probatur in his quæ fiũt à natura, apes naturaliter faciũt mel de succo florũ, sol de terra aurũ, in nobis verò panis & aqua mutãtur in sanguinẽ & carnẽ naturaliter. Si hoc facit natura, quid naturarũ dñs? Tertiò, probatur ab his quæ fiũt à gratia, vt Moses, Exo. 4. & 7. ꝓiecit virgã & facta est serpẽs, cũ cauda recipiẽs in virgæ naturã reuertitur, ecce ex gratia natura bis est mutata. Et flumina Aegypti versa sunt in sanguinẽ. Rursus ad Mosi preces cruor cessauit, & in aquarũ naturã remeauit. Nu. 20. Moses aquã de petra ꝓduxit, quod natura nõ habuit, sed hoc Moses ex gratia fecit. Amb. de cõs. dist. 2. reuera. Reuera dicit si tantũ valuit benedictio humana, quantũ valebit benedictio diuina?

Aduertimus gratia maioris virtutis, q̃ naturã. Nã sacramẽtũ verbo creatoris cõficitur. Psal. 32. Ipse dixit & facta sunt. Nam illa potestate qua cõuersa fuit mulier in statuã salis, illa potestate trãsmutatur substãtia panis. Tertiò, probatur à maiori, quia fecit ex gratia. Nã omnia creauit ex nihilo, & trãsmutauit terram in carnẽ, & ossa nostra in creatione Adæ: nõne maius & nouas naturas ex nihilo creare, quã res & naturas creatas mutare? Ideo Amb. Quid quæris naturæ ordinẽ in Christi corpore, cũ prçter naturã sit in sacramentis? Et ipse dñs Iesus cõceptus de virgine. Eatenus dic. Isa. 70. Nisi credideritis, nõ intelligetis. Et Maximus in sermone, Enarrari nõ potest, credi potest: si lingua & sensus deficit, tũc fides sufficit. Nã magna est fidei perfectio, & erit copiosa remuneratio, cùm tãtùm de Deo per fidẽ cõcipimus quod sermone non potest explicari. Aug. Ambula per fidẽ, & peruenies ad speciẽ. Nemo lætificatur in patria, quẽ fides nõ cõsolatur in via. Nã di. dñs, Io. 20. Beati qui non viderũt & crediderũt. Nã propter verã fidẽ habebimus in futuro clarã visionẽ. Quapropter hortatur Euseb. dicens: Recedat ergo omne infidelitatis ambiguũ, quia ipse est autor muneris, qui est testis veritatis. Nã inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substatiã corporis sui verbo suo consecrata potestate conuertit, dicens: *Accipite.* Vbi Aug. Diuina opera nõ sunt discutiẽda, sed credẽda, nã pro luce rationis habes omnipotentiã cõditoris. Et ideo quãtò minus capis intellectu, tãtò amplius venerari debes in sacramẽto. Nam ipse fuit ille, de quo Hest. 13. Domine in ditione tua cuncta sunt posita: nã credẽdũ est sine hæsitatione ꝙ Christus fuit cõuiua & conuiuiũ, vt dicit Hier. de cõsec. dist. 2. Nec Moses. Ipse fuit comedens, & qui comeditur. Dicit Gl. vt daret exẽplum aliis, sicut baptizatus est aliis in exẽplum, vt patet de cons. d. 4. per aquã. ¶ Dixi secũdò subiungitur miraculosa refectio peccatoris, cùm dicit: *Manducate, hoc est corpus meũ.* Mãducate sacramẽtaliter & spiritualiter. Nam homines in receptione & mãducatione huius sacramẽti, habent se in quadruplici differẽtia. Aliqui accipiunt & manducant hunc cibũ tantùm sacramẽtaliter. Aliqui spiritualiter tantùm. Tertij nec sacramẽtaliter nec spiritualiter. Quarti spiritualiter & sacramẽtaliter simul. Primi dico accipiũt hunc cibũ sacramẽtaliter tãtùm, ita quòd non cõsequuntur gratiam, vt sunt omnes homines existẽtes in peccato mortali.

Vnde

Vnde Eccl.6.Est malũ quoddam quod vidi sub sole,vir cui deus dedit diuitias,substantiã & honorẽ,& nihil deest animæ suæ,nec tribuit potestatem ei Deus, vt comedat ex eo. Heb.vlt.Habemus altare, de quo nõ habẽt potestatẽ edere q tabernaculo corporis deseruiũt. Na dicitur 1.Cor.10. Nõ potestis mẽsæ dñi participes esse & mensæ dæmoniorũ. de quibus Gre.Sumũt peccatores in mortali sacramẽtaliter verã carnẽ & verum sanguinẽ Christi præsentiali essentia,sed nõ salubri efficiẽtia.Nã dicit Aug.Quotidie sumptũ sacramentaliter non dat vitã æternam,sed spiritualiter.Pro quo sciendũ ꝙ triplices sunt personæ,quæ recipiũt sacramẽtaliter tantũ. Primi sunt malitiosi qui sumũt in volũtate peccãdi,de quibus Isa.29.Appropinquat populus iste ore suo,cor autẽ eorũ longè est à me.Appropinquat ore per susceptionẽ,sed cor à Deo longè est per peccandi voluntatẽ.Et tales consequuntur tria mala. Primũ est peccati sui aggrauatio. Aug.Habẽtes voluntatẽ peccãdi,magis dico aggrauari eucharistiæ perceptione q̃ purificari. Secundũ est dei inhonoratio.Aug.Christũ conculcat qui liberè peccat,& eũ absque timore indignè percipit. Magis enim delinquũt qui iam in cœlis regnantẽ contẽnunt, q̃ qui in terris ambulantẽ cruci fixerũt. Ideo Amb.Qui pollutus accedit,non solùm corpus Christi lacerat,sed totã trinitatẽ adunatam Christi corpori inhonorat. Tertiũ malũ quod incurrit, est æterna damnatio.1.Cor.11.Qui mãducat indignè,iudicium sibi manducat & bibit.Dicit Amb.Pœnã mortis Christi meretur,acsi Christum occidisset.Secundi qui accipiunt sacramentaliter tantùm,sunt dolosi vt hypocritæ,qui foris boni apparentes,occultè sunt praui,& tanquã iusti accedũt ad altare.2.Tim.3. Speciem pietatis habentes, i.religionis:pietatẽ autẽ abnegantes, i.charitatẽ. Et sunt hi qui ore remi..cunt proximo, non tamen corde:de quibus Ps.27.Loquuntur pacem cum proximo,mala autẽ in cordibus eorũ, &c.Sicut etiam detractores qui apparent boni in facie hominis,retrò loquuntur omne malum.de talibus Eccl.1. Ne accesseris ad deum duplici corde,nec fueris hypocrita in conspectu hominis.Tales sunt socij Iudæ traditoris,qui in specie amici est osculatus Christum & tradidit eũ, de quibus Aug. Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculũ pacis , nõ accipit pro se,sed contra se:quia dicit Ambr.Indignũ est illi deum propitium esse quia crudelis est in proximos. Tertij sunt

qui recipiũt sacramẽtaliter tantùm, vt præsumptuosi, quia nõ timent in magnis peccatis cõmunicare. de his habetur de cõs. dist. 2 sancta: Sancta nocẽt malis, non quia illa res mala sit, sed q̃a malus quod bonũ est malè accipit. Nã sicut lucẽ solis oculus san⁹ accipit ad delectationẽ, æger ad perturbationẽ: & sicut sanus homo vinũ ad iucunditatẽ, febricitans autẽ ad maiorẽ infirmitatẽ: sic peccator in mortali. Ideo Mat. 7. Nolite sanctũ dare canibus. Secũdi sunt qui recipiũt spiritualiter tantũ, & nõ sacramẽtaliter. Hoc est ꝙ recipiũt gratiã sacramẽti, sed nõ sacramentum. Vnde Pro. 12. Qui bonus est, hauriet sibi gratiã à dño. Et sunt quatuor genera hominũ, qui spiritualiter recipiũt hoc sacramentũ. Primi sunt, qui in infirmitate cõstituti sunt, sic ꝙ nõ retinẽt cibũ, tñ ex corde desiderant hoc sacramentũ, sed propter infirmitatẽ & vomitũ nõ præsumunt illud sumere, & hi sunt q̃ mãducãt spiritualiter, i. gratiã sacramẽti percipiũt ꝓpter desideriũ quod habẽt ad sacramentũ: & tales nullo modo recipere debẽt hoc sacramentũ, q̃ sic infirmati sunt ꝙ cibũ retinere nõ possunt, q̃a sufficit eis illa spiritualis manducatio. Secũdi qui spiritualiter manducãt, sunt qui præparauerunt se ad hoc sacramentũ secundũ suũ posse, & sacerdos denegat eis, etiã cùm ipsi humiliter petũt & desiderãt hoc sacramẽtũ, isti etiã (vt puto) spiritualiter sumũt: ergo patiẽter ferre debẽt tales, si hoc sacramẽtũ eis ad libitũ nõ porrigitur. Tertij qui spiritualiter mãducãt, sunt q̃ in agone cõstituti libẽter vellẽt cõfiteri & cõmunicare, sed sacerdotẽ nõ possunt habere: si tales in contritione & proposito tali decederẽt, spiritualiter cõmunicauerũt propter cõtritionẽ quã habuerũt de peccatis, & desideriũ quod habẽt ad sacramentũ. Quarti sunt, qui ex puro corde Deo seruiunt, & cũ magno desiderio hoc sacramentũ appetũt, & tamẽ ex humilitate & reuerẽtia sacramẽti nõ audẽt accedere. Et sic omni die quilibet homo q̃ habet magnũ affectũ & deuotionẽ ad sacramentũ, põt se cõicare spiritualiter. Tales quandoq; qui ex deuotione audiũt missam, maiorẽ gratiã interdũ recipiũt quã ipse sacerdos celebrãs missam: q̃a quãdoq; ipse sacerdos nõ est bene dispositus, isti verò opposito: signãter homines boni sine mortali peccato, qui desiderãt participes fieri. De quo Aug. de cons. dist. 2. c. panem. panem in altari spiritualiter mãducare, est innocẽtiã ad altare portare, s. per fidẽ & charitatẽ. Nã secundũ Aug. Corpus Christi mãducare & san

& sanguinem bibere nō est aliud nisi in Christo manere & Christū manentē in se habere, s. per fidē & charitatē. Nā dicit Aug. Crede, & mādocasti. Ro. 1. Iustus ex fide viuit. Tertij sunt, q̄ nec sacramētaliter nec spiritualiter mādocāt, & sunt obstinati & desperati peccatores. Hi à fonte gratiarū se diuidunt, nō mirū ꝙ arescūt, nunquid potest crescere scirpus absq; humore, & carectū absq; aqua? q. d. non. Io. 8. Palmes si in vite non māserit, arescit, & excidetur & in ignem mittetur: & sic tales. Nā dicitur de nō recipiētibus, ad discipulos, Lu. 10. Remissius erit terræ Sodomorū in die illa quā huic ciuitati, quæ non recipit vos. Ideo Ier. 17. Dn̄e oēs qui te derelinquunt confundentur, & in terra scribentur. i. in inferno. Et dicetur eis illud Mat. 25. Hospes erā & non me collegistis. Ite maledicti in ignē æternū. Sed heu volūt sibiipsis applaudere & se excusare, dicentes, Melius est Christi corpus non sumere, quā in peccato & indignè suscipere. Resp. Verū est, tn̄ dolere debent ꝙ sunt vasa irę qui deberēt esse vasa gratiæ, & ꝙ abutūtur libero arbitrio, & sequuntur propriā voluntatē viuētes cōtra dei dilectionē, cū secundū Aug. nihil peccatū nisi voluntariū. & sic volūtariè mācipāt se dānationi. Et horū hominū sunt tria genera. Primi infideles excæcati in lumine fidei. Exo. 12. Alienigena nō comedet ex eo. Heb. 11. Oportet accedentē credere. Et sic Ioan. 6. Quomodo potest nobis dare suā carnē ad manducandum? Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorū. Et Io. 3. Qui incredulus est filio, nō videbit vitā æternam, sed ira Dei manet super eū. Secūdi sunt negligētes qui tēporalibus lucris & secularibus negotiis intantū se implicant, vt sanctā cōmunionem debito tempore negligant. de illis Mat. 22. Misit rex seruos suos, aliqui ibant in villā, aliqui in negotiationē, alij neglexerūt. Gre. Maledictū negotiū per quod negligitur diuinum officiū. Lu. 14. Nemo illorū virorū gustabit cœnā meā. Itē Nu. 20. Si quis mundus est & in itinere non fuerit, i. nō habet impedimentum iustę necessitatis, & nō fecerit phase, exterminabitur anima eius de populo, quia sacrificiū non obtulit domino tēpore suo. peccatum suum portabit. Ephe. 3. Ergo vt possitis apprehendere, quæ sit sublimitas & profunditas, &c. Tertij sunt contemnentes, qui ita mundum amant vt sumere contemnant. de quibus Ioan. 3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem, erant enim illorum opera mala. Quarti accipiunt

ſacramentaliter & ſpiritualiter ſimul: & ſunt boni & electi, qui cũ cordis contritione & pura cõfeſſione & recta intentione accedũt. De tali mãducatione Io.9. Dicitur: Qui manducat me viuit propter me. Nã ſecundum Greg. hoc ſacramentum dedit nobis Chriſtus in ſalutis remedium, quod præſtare dignetur pater & filius & ſpirituſſanctus.

De S. Ioanne Baptiſta. ENARRATIO I.

I*Oannis eſt nomen eius*. Lu.1. in ſumma verborũ duo innuuntur. Primò ort⁹ tripudij natiuitatis Ioãnis, ibi: *Elizabeth.* Secũdò ſubiungitur mirãdũ prodigiũ de eius dignitate, ibi: *Apertũ eſt illico os eius*. De primo dicitur: *Elizabeth impletũ eſt tẽpus pariendi*. Erat illa Elizabeth, quæ erat ſterilis, vt dicitur Lu.1. Dixit nãq; angelus Annæ, &c. Deus aliquando claudit vterũ alicuius. hoc ideo facit, vt mirabilius denuo aperiatur, & non ratione libidinis eſſe quod naſcitur, ſed hoc magis diuini muneris fore cognoſcatur: oẽs enim quos ex mulieribus ſterilibus recitat ſcriptura natos, excellẽtes pueri legũtur, vt Iſaac ex Sara ſterili ad 90. annũ cui repromiſſa erat omniũ Gentiũ benedictio. Rachel ſterilis genuit Ioſeph dñm totius Aegypti. quis fortior Sãſone? ſanctior Samuele? & tñ hi oẽs matres ſteriles habuerũt. Et ſic noſter patronus S. Ioãnes. Simõ de Caſſia: Natura deficit in parẽtibus, vt per naturæ legẽ nõ poſſent generare, ſed gratia cooperãte ſpeciali. Ideo cõmemorat euãgeliſta, dicẽs: *Impletũ eſt.* Subdit, *Peperit filiũ*, nõ quẽcunq;, ſed magnũ gratia & virtutibus. Ideo Bern. dicit, Hodie illuxit indignis, & tãtò cæteris ſanctior, quantò ſanctiorẽ hominẽ terris effudit. Hodie natus eſt Chriſti cõſanguineus ſpõſi amicus, De quo: *Elizabeth impletum eſt tempus pariẽdi*. Iſta beata Elizabeth peperit ſecundũ legẽ matrimonij cũ dolore, Io.16. Mulier cùm parit, triſtitiã habet. Diceres, Nũquid iſte dolor mulieri eſt meritorius, cùm dolor partus ſit propter pœnã peccati introductus? vt dixit dñs Euæ, Gen.3. Multiplicabo ærũnas tuas. Et ſic eſt neceſſitatis. Modò iſta quæ ſunt neceſſaria, per ſe nõ ſunt meritoria quia omne meritoriũ debet eſſe volũtariũ. Reſp. Chry. ſuper Mat. De neceſſitate poteſt fieri virtus, cũ patienter toleratur, & ſic mulier patienter tolerans dolorẽ propter hoc quòd omnipotens Deus pro peccatis introduxit, volẽs in hoc ſatisfacere diuinæ volũtati & ordinationi indubitãter meretur in dolore partus, ſicut q viuit de labore manuũ ſuarũ, meretur in hoc, volens ſatisfacere ſtatuto

Dei quod imposuit deus filiis Adæ, dicens, In sudore vultus tui,&c.Ps.127.Labores manuum tuarum quia manducabis,&c.Ideo 1.Tim.2.Saluatur mulier per generationem filiorũ,si pseuerauerit in fide & dilectione.¶Diceres,Quid faciet mulier sterilis,cui nõ incũbit onus partus? Respond. quòd illa fecit Anna.1.Reg.1.Vbi felix Anna lachrymas fũdebat coram dño vt conciperet & pareret fructum in Dei laudem,& factum est.Similiter Rebecca,quę fuit infœcũda, quæ ex orationibus concepit & peperit. Diceres, Quid faciet mulier, quæ etiã fusis lachrymis & per orationẽ non potest habere prolem?Respon.ꝙ debet intendere fructibus spiritualibus,quæ sunt bona opera , qui fructus spirituales sunt deo magis placidi,q̃ carnales,vt ait Aug.Quòd Maria felicius cõcepit Christũ mente,quàm ventre. Omnipotens deus forte disposuit,vt mulier ita esset disposita ad vitã altiorẽ, abstulit ei fructum carnalem vt occupetur circa ista quæ dei sunt:propter quod virginitas & viduitas præferuntur matrimonio,quia versantur & occupantur circa magis bona.1.Cor.7.Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt,vt sit sancta spiritu & corpore : quæ autẽ nupta cogitat quæ sunt mundi, & quomodo viro placeat. Ideo Apost. ibidem,Beatior erit si sic permanserit.Subdit,*audierũt vicini*, id est,isti qui erant cohabitantes, *& cognati*,id est, qui erant ex eius consanguinitate,*quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa*,id est,magnam misericordiam fecit, s.auferendo sterilitatis opprobrium, dando ei tantum & talẽ filium. ¶Nota, in hac natiuitate S. Ioannes habuit quatruplicem prærogatiuam contra quatuor defectus seu incõmoda quæ habet quilibet mortalis in sua natiuitate. Primus defectus est,ꝙ quilibet peccator immũdus nascitur, quia in peccatis, vt dicit Iob, Nemo mundus à sorde , nec infans vnius diei,cuius vita super terram. Ephe.2.Omnes nascimur filij iræ.Hanc irã ostendit dominus in pueris qui sine baptismo moriuntur,quia priuantur eius visione,eò quòd in peccatis sunt concepti & nascuntur. Hunc defectum non habuit sanctus Ioannes quia sanctus natus est , quia sanctificatus in vtero,vt prædixit angelus Luc.1.Replebitur spiritu sancto adhuc ex vtero matris.Secundus defectus, quia nascitur stultus & ignarus boni & mali.Prou.22.Stultitia colligata est in corde pueri vt patet ad oculum , quia puer pro domo paret prouinciã.Ab isto immunis fuit Ioã.O quantæ

ſapiĕtiæ in vtero matris exiſtĕs, Chriſtū & matrē eius cognouit,& Chriſtū ſuæ matri indicauit.Et in vtero in ꝓphetā vnctus.Aug.Cœlū & terrā nondū viderat,& dn̄m cœli & terræ cognouit.Et antè fuit ſuæ matris magiſter,q̄ eius filius:& prius ipſam docuit,quā ipſa eū lactauit.Terti⁹ defectus,quia debilis & infirmus naſcitur & ſe in nullo iuuare poteſt. Huius exēplū habemus in Dauid, cùm pugnaturus eſſet cū Goliath,dixit ei Saul:Nō vales reſiſtere Philiſtæo, nec pugnare aduerſus eū,quia puer es.1.Reg.19.Cōtra hūc defectum natus eſt Ioānes puer fortis.Vnde canit Eccleſia, Antra deſerti teneris ſub annis, Ciuiū turmas fugiēs petiſti,&c.Quartus defectus, quia triſtis & flēs naſcitur. Et iſta eſt cōmunis cātilena omniū: B Ioānes nōdū natus gauiſus eſt & exultauit.Vnde dixit mater eius ad B.Virginē: Luc.1. Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis,exultauit infans in vtero meo.Ipſe nāq; eſt ſecundus Iſaac, qui interpretatur riſus.Vnde poterat dicere mater,Riſum fecit mihi dn̄s,Ge.21.Ideo dicit in tex.*Cōgratulabātur ei*, ſecūdū ꝙ angelus prædixit,Et multi in natiuitate eius gaudebūt. Sed ſecundū Apoſt.Ad Ro. 15. Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt.In verbis iſtis informamur,ꝙ debem⁹ gaudere de bonis proximorū.Ro.12.Gaudete cū gaudētib⁹. Quod nō faciūt inuidi,qui triſtātur de bono proximorum. Aug.Inuidia eſt dolor felicitatis alienæ.Inuidi de aliena miſeria exultāt,& de alieno gaudio triſtātur.Et hoc frequĕter cōtingit in hominibus eiuſdē ſtatus ſeu artificij,vt in collegiis & cōuentibus mercatoribus aut aliis æqualibus. Diceres:Vnde ſurgit hoc?Dicit Gr.5.Mora. exponēs illud Iob 5. Paruulum occidit inuidia. Inuidere nō poſſumus niſi eis quos nobis in aliquo meliores putamus.Paruulus eſt,quia ipſe teſtimoniū perhibet ꝙ minor ſit eo,cuius inuidia torquetur:& ſic antiquus hoſtis amiſſa beatitudine minorem ſe cognouit, & ſic Cain deſpecto ſuo ſacrificio inuidebat fratri,& ſic Eſau benedictione perdita.Et licet ꝑ omne vitiū quod perpetratur humano cordi diabolicū virus infūditur:potiſſimū tn̄ in iſto.Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit,&c. Nā quū deuictū cor liuoris putredo corrūpit, ipſa exteriora indicāt:color pallore afficitur,oculi deprimūtur, mēs accēditur. *Et factū eſt, die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam*: Gloſſ. Quia talis conſuetudo fuit apud antiquos, ſignanter potentes. *Et ait*

mater

mate:Nequaquā,sed vocabitur Ioānes. ¶Ioannes est nomen valde gratiosum,ideo excreuit in apostolatu vltra numerū vicesimū,quod nō legitur de aliis nominib. apostolicis,quia tantùm Martinus quintus,Bonifacius octauus, Gregorius xij. sed Ioānes xxij.vt dic.Gl.Clement.Vnde hoc nomen competit B.Ioāni,quia Ioānes dicitur in quo est gratia. S.Thomas de articulis fidei dicit: Ioānes fuit in vtero sanctificatus. Sanctificatio Ioannis cōsistebat in isto, quia fuit mundatus ab omni peccato originali,& prçstitutū fuit nō peccare mortaliter, sed venialiter. *Innuebāt patri, quem vellet vocare eum*,per signa visibilia,quia nō solùm erat mutus,sed & surdus,ideo *postulans pugillarem scripsit, Ioānes est nomen eius*,q.d.non impono sibi,sed impositū est ei à deo,nō tenet nomē de terris,sed de cœlis,*Ioānes est nomen eius*. Ista verba tractat Hugo de S.Victore:Puer vocatur Ioānes,& nascitur de patre muto.Et sic gratia Dei nascitur, quādo sumus muti silentium mentis tenētes.Sap.18.Dum mediū silentiū tenerēt omnia, omnipotēs sermo tuus de regalibus sedibus venit.Silentiū mentis est tranquillitas cordis ab omni euagatione mentis libera.Et ista natiuitas gratiæ est nobis valde necessaria,qa est arrha futuræ gloriæ.Ro.6.Gratia Dei vita æterna.*Ioānes est nomē eius.* Simō de Cassia, O magnū nomen quod patri restituit vocē,gaudiū vicinis,populo sacerdotē:hoc est factū ad præsagiū futurorū, quia sola gratia miracula operatur, sola gratia ad dicendū veritatē linguas facit disertas.& bene conueniebat ei hoc nomē,in quo est gratia. Primò propter plenitudinē diuinę gratiæ.Luc.1.Spiritu sancto replebitur ab vtero.De Ieremia legitur ꝙ sanctificatus est,de Ioāne, ꝙ spiritu sancto repletus est:sanctificatio mūdationem significat,repletio inundationē.Mirabile,ꝙ apostoli 50.die à resurrectione,hoc Ioānes in vtero cōsecutus est. Secūdò bene cōuenit sibi hoc nomē propter tēpus gratiæ. Matt.11. Lex & prophetæ vsq; ad Ioannē, ex eo regnū Dei euāgelizabatur,quia nūtiauit Christū.Io.1.Gratia & veritas per Iesum Christū facta est.Tertiò,propter excellētiā gratiæ,quā primus prædicauit,s.peccatorū remissionē,gloriæ collationem.Mat.3.Pœnitentiā agite,& appropinquabit vobis,&c. *Et mirati sunt vniuersi*,s.de cōcordia patris & matris in homine Ioānis. ¶Dixi,secundò innuitur mirandū prodigium de eius dignitate:ibi, *Apertū est ilico os eius & lingua, & benedixit Deū*.Ambr.Fides linguā soluit quā incredulitas ligauit,di-

cendo cum Pſ.115. Credidi propter quod locutus ſum. *Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorũ*, ſ. admirationis, ꝙ Deus ſic mirabiliter puniuit Zachariã, & liberauit. *Et ſuper omnia montana Iudeæ diuulgabãtur verba hæc*, quaſi facta inſolita *& poſuerũt omnes qui audierũt, in corde ſuo*, quia talia inſolita magis memoriæ cõmendentur, *dicentes: Quinſputas puer iſte erit?* quaſi diceret: quàm magnus & ſanctus. Bet. Nónne magnus ſanctus, quẽ præ omnibus commendauit dominus? Dicit enim Apoſt. 2. Cor. 10. Nõ qui ſeipſum cõmẽdat, ille probatus eſt, ſed quẽ Deus cõmendat, & ſicut Ioannes noluit ſeipſum cõmendare, Io. 1. Cùm interrogaretur à Phariſæis an eſſet Chriſtus: reſpõdit, Non ſum: Sciuit enim ſcriptum, Prou. 27. Laudet te os alienũ, & non tuum. Et ſic Ioannes à triplicibus hominibus laudatus & veneratus fuit. Primò, ab Herode malo. Marc. 6. Metuit Herodes Ioannẽ, vt virum ſanctum. Secundò, à bonis. Mat. 21. Omnes eũ vt prophetã habebant. Tertiò ab optimo, i. Chriſto. Matt. 11. Inter natos mulierum, &c. Iſta eſt vera cõmẽdatio, quę fit à iudice vero, de quo Apoſt. 1. Cor. 4. Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, qui me iudicat dominus eſt. Ber. Quid alieno vel mei cõtentus ſum teſtimonio, cum ſolius Dei præſentandus ſim iudicio? Et ſic Ioãnes verè iuſtus, quia à vero iudice laudatus. Reuera Io. eſt à Chriſto laudatus. Ioãnes fuit lucerna ardẽs, Io. 5. Conſuetudo eſt ciuiũ in ciuitatibus, quando vnus vult alium in noctibus tenebroſis viſitare, facit parare lucernam. Et ſic Chriſtus quaſi ciuis mundi. Pſal. 118. Incola ego ſum in terra, volens viſitare humanũ genus in nocte legis Moſaicæ, parauit lucernã, i. Ioannẽ, de quo Pſ. 131. Paraui lucernam Chriſto meo. Primò dicitur lucerna, quia lucerna lucet illis, qui retrò vadunt, aliqui in manibus portãt necubi offendant: & ſic beatus Io. vita & doctrina luxit illis qui erant in tenebris peccatorũ. Luc. 3. Facite dignos fructus pœnitẽtiæ. Ideo Chryſ. Ioãnes magiſteriũ vitę, ſanctitatis forma, iuſtitiæ norma, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplũ, pœnitentiæ via. Secundò, lucerna obſtructa eſt vndiq; & à vẽtis extingui nõ poteſt: ita B. Ioãnes nõ à ventis tribulationũ: ideo figuratus per lapidem Abeſtõ, de quo Solinus in lib. de mirabilib. mundi. Vnde qui ſemel accenditur, extingui nõ poteſt. Sic Io. Matt. 11. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem à vento agitatã? Prou. 31. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Tertiò, lucerna non habet lucem

lucem à ſeipſa,ſed mutuat aliũde. Et ſic Ioãnes nõ lucebat à ſeipſo,ſed à Chriſto,rectè ſicut lucifer à ſole,Ioan.1.Non erat ille lux,ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine,i.de Chriſto qui erat lux vera.Ideo quãdo venerunt ſacerdotes interrogãtes an eſſet Chriſtus:Reſp.ego ſum vox clamãtis in deſerto,Io.1.Hoc eſt contra multos literatos,qui ſibi aſcribunt lumen intelligentiæ,quod lumen à Deo habent,& à ſeipſis æſtimant ſcire:ideo priuantur lumine ſcientiæ. Et ſicut Ioannes ſe humiliauit,ſic & nos.Ber. Quid eſt hoc, & tãtis præconiis Ioãnẽ extollere, ſi ipſum negligimus in moribus imitari?tales eſſemus,ſicut illi qui laudãt pugillãtes & pugnare non audẽt.Quartò,dicitur lucerna propter lucis obumbrationẽ.Videmus,quando lucerna accenditur,ſi maior apportatur,illa obumbratur. Et ſicut ſole oriente lucifer obumbratur,ſic de Ioanne,Io.3.Illum oportet creſcere, me autẽ minui.Item ardẽs igne charitatis,vt durè ex charitate Phariſæũ corriperet & Herodẽ. Item lucens per vitam iuſtitiæ & veritatis. ¶Nota, Ioannes poſt Chriſtũ & matrẽ eius præ cunctis mortalibus multa priuilegia habuit. Primum eſt angelicæ miſſionis, quoniã ab eodẽ angelo à quo Chriſtus fuit prænuntiatus,ſ.à Gabriele.Secundũ mirificæ conceptionis.Erat enim in matre ſterilitas naturalis,& tam in matre quã in patre longæuitas,propter quod filiũ habere nõ poterãt ſecundũ naturã.Et illa duo impedimẽta tangit euangeliſta.Luc.1.Non erat illis filius, eò ꝙ Elizabeth erat ſterilis,& ambo proceſſiſſent in diebus ſuis,& tamẽ potẽtia generandi in vtroq; reuixit virtute diuina , ideo eius cõceptio fuit miraculoſa quodãmodo.Tertiò habet priuilegiũ ſolẽnis natiuitatis , de quo Luc.1. Multi in natiuitate eius gaudebũt,qa regina gloriæ pręſens fuit.Et ſecũdũ aliquos officio pietatis inſiſtebat,& rex & dñs cœli fuit in vtero virginis.Et ꝓpter iſtas pręrogatiuas ſingularis & ſolẽnis eſt iſta natiuitas.Iſaac per angelũ fuit nũtiatus,& à ſterilibus parẽtibus natus,ſed nõ in vtero ſanctificatus. Samuel legitur matris precib.obtẽtus, ſed nõ ab angelo nuntiatus. Etiã legitur de Sãſone,ꝙ fuit ab angelo nũtiatus,ſed nõ in vtero ſanctificatus.Et ſic patet pręrogatiua S.Ioãnis. Item Chriſtus cõmẽdauit eũ,dicẽs eũ angelũ,Matt.11. Hic eſt,de quo dictũ eſt,Ego mitto angelũ meũ,ſ.ꝓpter vitã angelicã, Ideo canit Eccl.O nimis felix,meritiq; celſi,neſciẽs labem niuei pudoris.Chryſ.Cõuerſatio Ioãnis omniũ hominũ vi-

tam culpabilem fecit apparere: quemadmodũ cum videris vestem candidam, dicis, satis pulchra est: quam si super niuem locaueris, sordida esse incipiet quæ prius fuit decora: & sic conuersatio aliorum sanctorum respectu Ioannis.

De S. Petro & Paulo Apostolis. ENARRATIO I.

Tibi dabo claues regni cœlorum. Matt. 16. ¶In summa Euang. duo innuuntur. Primò, professio æternæ hæreditatis, in principio. Secũdò, collatio magnæ potestatis: ibi, *Tibi dabo claues.* De primo dicit: *In illo tempore* s. cùm Iudæi tentauerunt eius diuinitatẽ, dicẽtes: Magister volumus à te signũ videre, ipse arguit eos di. Generatio praua & adultera signũ petit. Chry. sup Mat. Sẽper signũ petere & quærere, est nunquã velle credere. Ideo ait discipulis: Cauete à fermẽto Pharisæorũ, i. à falsa fide & doctrina eorũ. Et in illo tẽpore. *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi,* ad differentiã alterius Cæsareæ in Palestina. Et dicitur Cæsarea Philippi, quia ampliauit eã Philippus in honorẽ Tiberij Cæsaris, qui dedit ei quartam partem regni, vt dicit Iosephus & Hieronymus. Ista ciuitas prius dicebatur Lachis, & postea Dan à filiis Dan eã occupãtibus. Iudi. 18. Et ibi habitabãt Gẽtiles in finibus eius. Et ex hoc ꝙ cõfessio & inquisitio fidei ibi facta est, ostenditur fundatio Ecclesiæ in fide Gẽtiũ. *Interrogauit discipulos suos.* Beda. Interrogauit, nõ quasi nesciẽs scientiã de se vel aliorũ, sed vt cõfessionẽ rectæ fidei discipulorũ digna mercede remuneraret, & errorẽ hominũ ꝑ cõfessionẽ discipulorũ eliminaret, quia nõ est periculosior error quàm in fide. Aug. Fides est omniũ bonorũ fundamẽtũ & humanæ salutis initiũ, sine qua omnis labor vacuus, &c. Itẽ interrogauit secũdũ Origenẽ, ideo vt doceamur scrutari qd alij sentiant de nobis, vt si qd mali, occasionẽ vitemus, si qd boni, debemus amare, iuxta illud Rom. 12. Prouidentes bona nõ tãtũ corã Deo, sed etiã corã omnib. hominib. vt habetur de cõse. dist. 1. Nobis nõ tãtùm consciẽtia bona est necessaria, sed etiã fama. 11. q. 3. inter verba, Cõscientia est nobis necessaria, fama ꝓximis. Ideo Eccl. 41. Curã habe de bono nomine. Ratio Pro. 22. Melius est nomẽ bonũ, quã diuitiæ multæ. *Et dixit: Quẽ dicũt homines,* i. turbæ vulgares: nõ, quẽ me dicũt Scribæ & Pharisæi? Ratio Chr. Quia opinio Scribarũ erat mala de Christo. Ex quo habemus, quòd nõ multũ debemus põderare falsas opiniones malorũ hominũ de nobis, sed proborũ & simplicium. Aug. Si aliquid de nobis malè credunt & fingunt

& fingunt & famā decolorāt,afferāt conſciētiæ ſolatium & plenū gaudium,eò ꝙ merces eſt tanquā ſtipendiū militantium.dicit enim Apoſt.2.Cor.6. Per gloriā & ignobilitatē, per infamiam & bonā famā.Cato:*Cū rectè viuas,nō cures verba malorū. Filium hominis*,propter vitæ ſanctitatē,integritatē, & virginitatē,&c.*At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam*.Et hoc propter eminētiā vitæ & ſanctitatē.Et ſic errauit Herodes, Mar.6. Ioannem decollaui & ipſe ſurrexit à mortuis, ideo operātur virtutes in eo.*Alij Eliā*,propter zeli veritatē,quia reprehēdit Achab & Ieſabel:& ſic Chriſtus Phariſęos,Luc. 6.Væ vobis diuitibus.*Alij Ieremiam*,propter pietatē,ex quo planxit,Ier.8.Quis dabit oculis meis lachrymas?& ſic Chriſtus,Mar.8.Miſereor ſuper turbas.Et fleuit ſuper Hieruſalem,Luc.10.*Aut vnū ex prophetis*,propter ſapientię claritatē, vt vnus ſurrexit, vt Heliſæus, qui habuit duplicē ſpiritum Eliæ, 4.Reg.5.qui dixit ad Giezi:Nonne erat cor meum in præſenti,quādo reuerſus eſt Naamā de curru ſuo in occurſum tibi?Et ſic Chriſtus cognouit cogitationes,Matt.9.Vt quid cogitatis mala?Audita opin.hominū, quærit ab eo de opin.diſcip.*Vos autē quē me eſſe dicitis?* q.d.vos ad teſtimonium præordinati,Act.1.Eritis mihi teſtes.Vobis datum eſt noſſe myſteriū regni.Mat.13.Vos eſtis lux mūdi.Mat.5.Vos eſtis, quibus omnia quæ audiui nota feci.Io.15.Vos eſtis,q̄ ſemper mecū fuiſtis,doctrinā audiuiſtis,mirabilia vidiſtis. *Quē me eſſe dicitis?*Si alij errāt,vos nō debetis errare,ſi vultis ſaluari.Heb.11.Impoſſibile eſt ſine fide placere Deo.Io.3. Qui eſt incredulus filio,nō habet vitā æternā,ſed ira Dei manet ſuper eū.Aug.ſine fide falſa eſt omnis virtus etiā in optimis morib.Abac.2.Iuſtus ex fide viuit.Heb.11.Accedētē ad deū oportet credere.*Reſpōdens Simon Petrus*,tanquā os & caput apoſtolorū ꝓ omnib.ad innuēdū,ꝙ prælati debēt eſſe prōpti ad reſpōdēdū de artic.fidei,vt patet in can.21.diſt.Prelatorū eſt cōfirmare fidē ſubditorū.Ideo Innoc.24.q. quotiens: Quotiēs ratio fidei vētilatur,ad Petrū,i.ad Roma.Eccleſiā referatur,& nō ad laicos,vt habetur de hæret.li.6.quicūq;, Inhibemus vnicuiq; laicæ perſonæ de fide diſputare. Item can.maiores eccleſiæ.Maiores cauſas, præſertim articulos fidei contingētes,ad Petri ſedē referēdas, intelligitur in eo ꝙ Petrus pro omnib.reſpondit.¶Nota in multis inuenitur prōptitudo Petri.Primò,in abrenuatiatione ſeculi cum fratre ſuo,Matt.4.At illi cōtinuò relictis retib.ſecuti ſunt eū.

Secun

Secũdò, in fletu peccati, Luc.20. Egressus foras fleuit amarè. Tertiò, in cõtẽptu omnis ꝑiculi. Io. vlt. Quia audiuit ꝙ dominus adesset, statim tunica succinxit se. Quartò, in oblatione tormẽti. Mat.26. Si mori oporteat me tecũ. Quintò, in sequela ad pœnã. Mat.26. Petrus sequebatur à lõgè. Sextò, in defensione dñi. Mat.26. Simon Petrus eduxit gladiũ. Septimò, in amore. Io. vlt. Petre amas me? Octauò, in veritatis fidei cõfessione sicut hîc dixit Petrus: *Tu es Christus filius Dei viui.* ¶ Itẽ nota, Petrus habuit veritatẽ fidei triplicẽ. Primò, integrã, secũdò feruidã, tertiò solidã. Primò, integram, q̃a vtranq; naturã cõfessus est. s. diuinitatis & humanitatis cùm dixit: *Tu es Christus,* in hoc cõfitetur humanã naturam, quia Christus interpretatur vnctus. Vnde Psal.44. Vnxit te Deus, Deus tuus. s. in regẽ & pontificẽ. Sed in hoc quòd dixit *filius Dei viui,* confitetur diuinã naturã. Et dicitur notãter *viui* secundũ Hieron. ad differentiã eorũ qui putantur dij & mortui sunt. Ipse solus Deus immortalis. Ezech.18. Viuo ego, dicit dominus. Origen. Ipse solus habet immortalitatẽ & est fons vitę, Et sicut Petrus habuit fidẽ integrã, sic & nos habere debemus, quia dicit Athana. Quã nisi quisque integram, &c. Absque dubio in æternũ peribit. Etiã debet esse integra. i. operibus approbata. Iacob.2. Fides sine operibus mortua est. Hiero. Quid prodest, si impiè agis, ꝙ Deũ voce inuocas, quem operibus negas? Ille verò credit, qui exercet operãdo quod credit. Isid. Beatus vir qui rectè credit, & credendo bene viuit. Ideo dicit, *Beatus es Simon,* i. obediens, non Petrus, i. cognoscens, quia cognitio fidei per se non saluat, sed obedientia operis. Greg. Tũc veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus adimplemus. Secundò, habuit fidẽ feruidã, quia informatã charitate. Nam secundum Aug. Charitas est forma fidei. Et in Deum credere, est credẽdo per amorẽ in Deum ire, & ei per fidẽ formatã tanquam vltimo fini adhærere. De qua fide dicit Aug. Ille apud Deũ habet plus meriti, qui plus habuit de fide. Nullæ maiores diuitiæ, nulli honores, nulli thesauri maiores huius mundi, quàm fides catholica. & sic B. Petrus feruidus fuit, quia omnes minas principum contempsit. Acto.5. Oportet magis obedire Deo quàm hominibus. Ita erat dulcedo suæ dilectionis, vt dicit Chrysosto. quòd non minus dolores quàm præmia diligebat, & contumelias & dolores reputauit delitias. Tertiò, habuit fidem solidam, quòd pro

Chri

Christo sententiã mortis volũtariè tolerauit. De quo Chry. Ad toleradum pro Christo vulnera & mortis pericula erat omni saxo durior, omni adamãte firmior, sic quòd nulla res trãsitoria eũ potuit amouere. De quo Luci⁹ pa. 24.q.1. à recta. A recta fide & apostolico tramite propter nullã perturbationẽ licet recedere. Et Aug. 23.q.8. Omni timore postposito, si quis ꝑ fidei veritate moritur, cęleste præmium cõsequitur. Et sic B. Petrus, ideo cõmendat eũ dominus, dicens, *Beatus es Simon BarIona.* BarIona interpretatur filius colũbæ. ¶ Itẽ colũba habet sex proprietates laudabiles, quæ B. Petro cõpetunt. Primò, citò domatur. Si ad columbam certis mẽsibus ponatur colũbus, vt in Iulio, Augusto & Septẽbri, citius domatur, quia tunc faciliter possunt inuenire cibum in propinquo. Sic B. Petrus vocatus à Christo, faciliter domatus erat iuxta mare, cùm ait: Venite post me. Et ille statim relictis retibus, &c. Mat. 4. Ad vnius vocis iussionẽ Petrus & Andreas secuti sunt redẽptorem. Sed heu aliqui dicũt, cras, cras. Talibus dicetur Pro. 1. Vocaui, & vos renuistis. Ideo Eccl. 5. Ne tardes cõuerti ad dñm. Secundò, parem valde diligit, & absq; eo volare nõ cõsueuit. Et sic B. Petr. vt dic. Leo pa. præ dilectione voluit scire traditionẽ. Aug. Si sciuisset, dẽtibus eũ discerpsisset: ideo ex dilectione ait præ cæteris: Si oporteat me mori tecũ, Luc. 22. Dñe paratus sum tecũ in mortẽ & in carcerẽ ire. Hoc tũc nõ impleuit, sed negauit, vt verbũ Dei impleretur. Sed tamẽ postea exiuit & fleuit amarè. Et fuit primus in fletu, quia feruẽter dilexit, ideo præ aliis sibi datũ fuit, ꝙ ꝑ vmbrã sanauit infirmos. Io. vlt. Diligis me plus his? Tertiò, gemitũ pro cãtu habet, quando pullos vel parẽ perdit. Et sic B. Pet. post amissionẽ spiritualiũ fructuũ & Christi fleuit. De quo Egesip. pa. Quando Petrus culpã negationis ad memoriã reducebat, vberrimè lachrymas emittebat, & illud in cõsuetudinẽ duxit, vt eius facies tota adusta crederetur. Et Clemẽs pa. Quãdo audiuit in nocte galli cantũ, ad orationẽ surrexit & ad fletũ. Et si ipse qui semel negauit, quid nos q toties, quoties peccamus? 11. q.3. æstimãt. Quoties quis mortaliter peccat, toties Deũ negat. Ideo docet flere Amb. Ablue te lachrymis, laua te fletibus. Nã secundũ Aug. in li. de pœnit. Lachrymæ sunt testes doloris & veræ pœnitẽtiæ, & qui se lachymãs miserũ fatetur, illi Deus miseretur. Et sic dic. Calixt. pa. Petrus lachrymis deleuit peccatũ negationis. Et hæ fuerũt lachrymę doloris

loris.Itẽ habuit gemitũ amoris,eò ꝙ pręſentiã Chriſti poſt aſcenſionẽ non tacuit.Ideo vt refert Clemẽs pa.in itinerario, quia ſemper in ſinu ſuo ſudariũ portabat, quo crebrò lachrymas tergebat,quando dulcis locutionis & pręſentiæ dñi erat memor,præ amoris dulcedine lachrymas non potuit cõtinere.Quartò,colũba habet proprietatẽ alias ad rete ducẽdi.Aliquado eñ colũba domatur,& ad deceptionem ſylueſtriũ informatur,vt aliis ſe aſſociet,& cũ aliis in rete vadat. Et ſic B.Petrus domatus erat à ſpirituſ.in die Pẽtecoſtes plenius informatus ad colũbas ſylueſtres,i.infideles capiẽdos.Ideo illis ſe ſociauit,quãdo prædicauit, & eos ad rete fidei duxit, quia vt legitur Act. 2. Vna vice tria milia ad fidẽ duxit: altera die quinq; milia ad rete fidei ꝑduxit. Vt autẽ ad rete Chriſti duceret,cũ eis captus fuit nõ tãtùm ſemel,ſed pluries.Vno modo à Theophilo principe Antiochiæ,vbi totã ciuitatẽ cepit.Alio modo ab Herode Agrippa,ſed angelus domini liberauit eum. Tertiò,à Nerone,vt hodie.Et ſic ad rete fidei perduxit Proceſſum & Martinianũ milites,qui eũ abire permiſerunt.Vltimò à militibus & præfecto Agrippæ præſentatus:ita facere debẽt prædicatores hodie.Quintò,colũba eſt auis medicinalis,vt di.Cõſtãtinus,quia habet ſanguinẽ medicinalẽ,quia ſanguis eiuſdẽ ſub dextra ala extractus & calidè oculis inſtillatus dolorẽ mitigat.Et ſic B.Pet.medicus corporis & animæ.Nã multis infirmis medelã corporis præſtitit vmbra ſui corporis.Act. 5.& multò melior animarũ medicus.Sequitur:*Reſpõdens Ieſus,ait:Beatus es Simon Bar Iona.* Nõ Petrus,quia Petrus interpretatur cognoſcẽs:Simon obediẽs,quia cognitio fidei per ſe laudẽ nõ habet,ſed obediẽtia & opera in charitate.*quoniã caro & ſanguis nõ reuelauit tibi*,i,homo mortalis,de cõſecra. diſt.4 can.Gratia.Fides eſt nõ tãtùm liberi arbitij,ſed donum dei.*Sed pater meus qui in cœlis eſt* Matt.11. Nemo nouit filium niſi pater. Ego dico tibi, quia tu es *Petrus*. Hîc mutat nomen,*& ſuper hanc petram*,i.ſuper me,1.Cor.11.Petra autem erat Chriſtus.Hæc petra eſt fundamẽtũ fidei noſtrę,de quo 1.Cor.3.Fundamẽtum nemo poteſt aliud ponere præter id quod poſitũ eſt,quod eſt Chriſtus,*ædificabo Eccleſiam meam.Et portæ inferi*,i.dæmones,hæretici,tyrãni,*non præualebunt aduerſus eã*.Ratio,quia domus Dei firmiter eſt ædificata. Matt.7. Vir prudens ædificat domum ſuam ſuper firmã petrã,id eſt Chriſtum,vbi nec pluuia,id eſt, ſuggeſtiones dæmonũ,nec flumina,

flumina,id est,hæreticorũ consortia,nec venti,id est,tyrãnorum persecutio possunt præualere.Greg.Occidi possunt, flecti nequeunt electi. Et hoc propter tria. Primò, propter debilitatẽ impugnantis.Hier.Debilis est hostis,&c. Secundò,propter fortitudinẽ auxiliantis. 1.Reg.2. Non est fortis vt Deus noster.Tertiò,propter solicitudinem custodientis, Isa.62.Super muros tuos cõstitui custodes.Ipsa est Bethel, i.domus dei,super quam Iacob angelos Dei vidit ascẽdentes & descẽdentes.Gen.28.& Isa.21.Custodes qui de nocte. Rom.8.Si Deus pro nobis,quis contra?&c. *Et tibi dabo claues regni cælorum.* Tibi,quia recepit pro se & successoribus suis, sicut confessio sua erat & etiam aliorum.*Claues regni cælorum,* id est Ecclesiæ, quia est Cephas,id est caput. Ideo Aug.24. q.1. Quodcũque.vbi dicitur,Petrus quãdo claues suscepit, Ecclesiam sanctã significauit. Hier.Petrus singulariter recepit,vt nõ omnes intelligãtur,quicũque,s.ab vnitate fidei se separãt,nec à peccatis absoluuntur, nec regnũ cœlorum ingredi possunt,nec alios peccatis absoluere.¶Diceres:tamen regnũ cœlorum apertũ est in Christi passione.Apoc.4. Vidi ostium apertũ in cœlo. Resp.S.Tho.in 4.dist.18. Claues accipiũtur hîc metaphoricè , ad similitudinẽ clauium materialium. Sed hæ claues quæ datæ sunt , sunt spirituales,& dantur presbyteris ad claudendũ vel aperiendum regnum cœlorũ. Nota, regnum cœlorũ clauditur dupliciter, vniuersaliter & particulariter. Vniuersaliter, s.toti generi humano.Et hoc dupliciter,s.perpetuè & tẽporaliter.Perpetuè,vt pueris descẽdentibus ad limbũ.Cõtra hoc nulla clauis datur,quia ibi manebunt æternaliter. Tẽporaliter propter peccatũ Adę.Cõtra hoc claues sunt soli datæ Christo. Is.22.Dabo clauẽ domus Dauid sup humerũ eius.Et Apoc. 5.Nemo poterat aperire librũ nisi agnus.Particulariter etiã dupliciter, perpetua & temporalis. Perpetua, vt peccatum mortale,qui in eo moritur. Iob 7. Qui descẽdunt ad inferos,nõ reuertuntur vltra in domum suã. Quædam particularis non perpetua,vt si quis peccat mortaliter in præsenti & demeretur pœnam.Contra illam clausurã est duplex clauis,s.autoritatis,quæ in solo Deo est, qui aperit per gratiæ infusionem. Luc. 5. Quis est qui peccata dimittit nisi solus Deus? Sed alio modo administratiuè.Et sic data est clauis prælatis Ecclesiæ, qui aperiũt per ministerium sacramẽtorum, in quibus est virtus passionis Christi. Ad argumentũ,

Christ

Christus in passione remouit clausurã primã, s. generalem, tamẽ adhuc quilibet potest sibi apponere clausurã particularẽ. Nota secundũ S. Tho. in 4. lib. dist. 18. Claues sunt duę. Prima potestas ligãdi & soluẽdi. Secũda discernẽdi, vt sciẽtia quæ est habitus acquisitus vel infusus nõ est clauis: sed autoritas vtẽdi sciẽtia ad discernendũ. Nã scientia bene est dispositio faciens ad bene esse, vt melius exequatur officiũ discernẽdi. Nã sicut in foro iudiciali duo actus requirũtur. Primò, causam discernere: secũdò, sentẽtiare: sic in foro pęnitẽtiali. Primò, autoritas discernẽdi dicitur clauis sciẽtię, sed potestas ligãdi dicitur clauis potentię. De qua potentia subdit: *Quodcũque ligaueris, &c.* s. claue nõ errãte, cęlestis curia approbabit. Hæc apertio & ligatio fit tripliciter. Primò, quò ad culpã, nõ absoluẽdo ab ea. Secũdò, quò ad pœnã sensus ligando tẽporali pœna. Tertiò, quò ad pœnã, ligãdo, s. sententia excõmunicationis. ¶ Diceres: Potest ne sacerdos vti virtute clauiũ iuxta suam voluntatẽ? Respon. doctores super 4. dist. 18. Quòd sacerdos ligãdo & soluẽdo operatur vt minister Dei, & vt instrumentũ nõ mortuũ, sed viuum. Sed ad ratã operã instrumẽti requiruntur tria. Primũ, recta dispositio instrumẽti. Secundũ est proportio materiæ. Tertiũ, virtus motoris. Nam securis si non sit acuta, nõ secabit, vel si non habet materiã sibi proportionatã, videlicet ligneam, quia non lapides, vel nõ moueatur ab aliquo. Sic similiter in absolutione sacerdotis debet cõcurrere rectus vsus suæ potestatis, & præparatio suscipientis, & virtus Dei motoris, si vnũ deficit, frustretur effectus. Ex quo patet, ꝙ incautũ est habere non intelligentẽ confessorẽ vel sacerdotẽ, qui nescit inter peccatũ mortale & veniale distinguere. Et valdè incauti sunt qui credũt se esse absolutos, cũ grauia cõfitẽtur simplicibus, vti de vsuris & de rapinis dicentes: Quid ad me? ipse recepit ad se vel supra se, non attendentes illud Mat. 15. Si cæcus cæco ducatũ præstat, ambo in foueã cadũt.

¶ *De visitatione gloriosæ virginis Mariæ ad Elizabeth.*

ENARRATIO I.

B*Enedicta tu in mulierib.* Luc. 1. In sum. Euãg. duo innuũtur. Primò, virginis salutatio cõmendabilis, ibi: *Exurgẽs.* Secũdò, subiungitur eius exultatio admirabilis, ibi: *Magnificat.* De primo dic. *In illo tẽpore,* s. cùm Maria cõsensum dedit annũtiationi angeli. di. Fiat mihi secundũ verbũ tuũ: & audiret de cognata Elisabeth, ꝙ mensis sextus esset illi, s. conception

ceptionis Ioãnis in vtero matris. Tunc *exurgẽs Maria* à loco contẽplationis, nõ propter experiri, vt fecerunt filij Israël, Iosu.2. ad explorandã terrã Hiericho. De quo Amb. Nõ quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitãs de exẽplo, sed quasi læta ꝓ voto, religiosa ꝓ officio, festina præ gaudio, *in montana abiit*, s. à Nazareth in Hierusalem. Primò vt cognatæ suæ cõgauderet, quæ tãdiu sterilis erat. Et dixit Lucæ 1. Sic fecit mihi dñs in diebus, in quibus respexit auferre opprobriũ meũ inter homines. Secũdò, vt seruitiũ ei impẽderet. Ideo Ambro. dicit, Discite & vos mulieres sedulitatẽ, quã prægnãtibus debetis exhibere cognatis, cũ Maria mater dei nõ recordata tãtæ dignitatis à loco deuotionis & cõtẽplationis surrexit, non recordata vitæ asperitatẽ ad ministrandũ cognatæ venit. ¶Nota. Maria omni statui se cõformauit, ad designandũ cõitatẽ gratiæ. Nã sæpe cõtingit, ꝙ actiui despiciũt contẽplationes tanquàm otiosas sicut Martha cõquerẽdo super Mariã sororẽ eius. Luc.10. Dñe non est tibi curæ, ꝙ soror mea relinquit me solã ministrare? q. d. ipsa otiatur & ego laboro. Sed est salubre otiũ occupatio in deũ per dei verbũ. Simõ de Cassia. Quod genus armorũ vtilius, quis limatior & splẽdidior gladius q̃ verbũ Dei? Nã ex pharetra cordis veniunt ignea, tela, i. orationes deuotæ. Nam scribitur 2. Paralip. 20. Cum ignoramus quid debeamus agere, hoc solũ residui habemꝰ vt oculos ad cœlũ dirigamus. Item contemplatiui despiciũt actiuos ꝙ nimis sunt terreni & soliciti: ita, ꝙ non possunt vacare cõsolationibus diuinis. Contra tales loquitur Ber. Nolo, vt arbitreris solùm lucere Deũ nisi in cella tua, aut solitariorũ deus tantùm sit, imò & omniũ. Idcirco B. Virgo Maria vt vtrũq; statũ approbaret, ipsa vtrãq; vitã duxit, s. contẽplatiuã & actiuã. Ipsa fuit contẽplatiua, quia conseruabat omnia verba, conferens ea in corde suo. Etiã actiua, *exurgens abiit in montana* ad seruiendũ cognatę: nobis in exemplum, quia dicit Ambr. Mariæ vita omniũ nostrûm exemplar est disciplina. Ideo sicut ipsa fuit actiua & contẽplatiua, & sic nos. Nã sicut vita corporalis consistit in duobus, vt dicit Philosophus, De longitudine & breuitate vitæ, s. in labore & requie, nec valet vt homo semper existat in labore, quia dicit Philosophus 8. Politi. Omnis laborans requie indiget, quia labor nimius causat defectũ & senium. Semper etiã quiescere & otiari nõ valet, quia causat pigri-

tiam. Vnde, Otia dant vitia. Ergo vtrũq; requiritur. Spiritualiter. Sic etiã ad vitã spiritualẽ duo requiruntur, s. actio & cõtẽplatio. Actio ad ministeriũ proximi. Contemplatio ad dilectionẽ dei. Nã vt habetur de abrenũ. nisi cũ pridem: Contẽplatiua vita licet magis secura & suauis sit, tamẽ actiua magis est fructifera. Ideo Hug. Qui dulcedinẽ cõtemplationis gustare desiderat, necesse est vt in actionibus se exerceat, & deniq; ad contẽplationem se trãsferat. Exemplum in maria, quæ *exurgens*, s. à cõtẽplatione, *abut in montana*, s. in Ierusalẽ, *cũ festinatione*, nõ recordata viæ asperitatem. ¶Primò, festinauit propter virginitatis pudorẽ. Amb. Disci te virgines nõ circũcursare per alienas ædes, nõ demorari in plateis. Ber. Solent virgines quæ verè virgines sunt, pauere ad cuiuslibet viri aspectũ, scientes in vasis fictilibus thesaurũ portare pretiosum. Secũdò festinauit vt dicit Origenes, vt sanctificaret Ioannẽ Iesus in vtero matris eius. Tertiò festinauit, quia spiritusancto repleta. Ambrosius, Nescit tarda molimina spiritussancti gratia. Quarto, vt doceret nos spiritualiter ad Ioannẽ, i. ad gratiã dei festinare. 1. Tim. 4. Noli negligere gratiã, quæ in te est. Eccl. 5. Ne dixeris cras, cras. Bernardus: Qui hodie apt⁹ nõ es fortè cras minus aptus eris. ¶Nota circũascensum quẽ fecit Maria in Montana ascendendo, significatur spiritualis ascensus ad montẽ dñi. Bernardus: Nõ æqua via hominis, sed prout spiritus ei moderatur, quia nõ tantũ posset quis ascẽdere, quin altius. Nã omnia virtuosa opera habent modũ, sed charitas est sine modo. Vnde Ber. de diligendo deũ, Causa diligendi deũ, deus est, sed deus est modus sine modo: sicut sine via nullus peruenit, &c. sic nec sine charitate ad deũ ambulare quis posset, sed errare. Amb. Magna res amor, sed sunt in eo gradus. Ber. Qui amat ardentius peruenit citius. Hug. Quantum potes, tantũ dilige: posse tuũ nõ solùm via est, sed mensura tua, quãtò plus amas, tantò plus habes. Bern. Quantò maior dilectio, tantò altior mentis ascensio. Subdit in textu, *Et introiuit in domũ Zachariæ & salutauit Elizabeth.* Diceres, Quare Maria non salutauit prius virũ Elizabeth, s. Zachariam, cùm scribatur 1. Cor. 11. Caput mulieres vir est? Resp. Zacharias adhuc erat mutus, & non decebat virgini cum viro muto signis se occupare. Ambrosius: Venit maior ad minorem, mater Dei ad matrẽ prophetæ, non solùm venit, sed salutauit. Ecce humilitas. Aug. Decet quantò virgo castior,

ſtior, tantò humilior. Ipſa erat in gratia humilitatis, in qua eſt profeſſio caſtitatis. Ipſa humilitatem eandem, vt ait Ambroſius, quã angelo exhibuit, hominibus exhibere curauit. Angelo dixit. Ecce ancilla dñi, homini exẽplo & opere demonſtrauit. Diceres, Quibus verbis eã ſalutauit? Reſpõdetur ꝙ non eſt ſcriptũ. Salutauit enim eã his verbis, Aue Maria, quod patet ex effectu. Diceres: Cur Maria nõ manifeſtauit quæ ab angelo audiuit? Reſp. Chryſoſtomus: Non credebat poſſe fidẽ adhiberi mirãdis relatibus. Sed Ambroſius dicit, Quod Maria occultauit, hoc Elizabeth reuelauit. *Factũ eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth exultauit infans in vtero eius.* Quare exultauit Ioãnes in vtero matris? quia iam ſenſit aduentum dñi. Ideo dicit Ambroſius, Vocẽ prior audiuit Elizabeth, ſed Ioãnes prior gratiã ſenſit. Elizabeth aperuit aures naturæ, Ioannes exultauit ratione myſterij. Illa cognouit cognatã, Ioannes verò Chriſtũ. Ibi verbũ impletur angelicũ: Implebitur ſpirituſancto ex vtero matris tuæ. Origenes, Non antea repletus fuerat Ioannes ſpirituſancto, donec aſſiſteret quæ Chriſtũ in vtero gerebat. Et ſequitur in textu, *Repleta eſt ſpirituſancto Elizabeth,* ſ. per filium, ſed filius prius repletus eſt. Vnde Origenes, Propheta acutius vidit parẽte, & vidit quod verbis explicare non poteſtat, ſaltauit in vtero miles, ſenſit non palpebris, ſed ſpiritu regem. Ideo Ber. A ſeculo non eſt auditũ, ꝙ exultauit quis in vterò matris. O felices matres, ſed feliciores nati. Non mirũ eſt, ꝙ Ioãnes exultauit, matres iunguntur amplexibus venitur ad oſcula, felices vteri copulãtur. Regẽ quoque & militem, niſi duo parietes tenerrimi diſiungũt. Et licet Elizabeth erat repleta ſpirituſancto cũ Maria, tamen Maria prius ante conceptum Chriſti, ſed Elizabeth poſt: ſed tamen repletio virginis fuit abundantiæ longioris, quia de plenitudine eius omnes accepimus, vt dicit Ber. Ab ea peccator accepit veniam, iuſtus gratiam, trinitas gloriam, angeli lætitiã, filius Dei noſtræ carnis ſubſtantiam. Attamen Elizabeth ſufficientiæ rarioris accepit gratiam, quod non potuit celare, vt impleretur illud Matt. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. ¶De quo ſubdit in textu: *Exclamauit voce magna Elizabeth.* Gloſſ. Voce magna clamauit. Primò, quia magnalia vidit, ſcilicet Deum conceptum & hominem. Secundò, quia vidit eam concepiſſe virginali caſtitate, vt profeſſa eſt, Luc. 1. Fecit mihi magna, qui potẽs eſt. Tertiò cla-

mauit voce magna, quia habuit vocẽ magnã in vtero. De qua Io.1.Ego vox clamãtis in deserto. Quæ vox sonuit in auribus peccatorũ,Pharisæorũ,pœnitentiũ & militũ.Quartò clamauit voce magna,hoc est,ex magna deuotione. Nã deuotio est clamor magnus, ita vt in cœlo audiatur, ita vt dictũ est Mosi à dño:Quid clamas ad me? Exod.14.cùm tamen nõ clamaret clamore oris, sed desiderio cordis. Et sic Elizabeth clamãs dixit cõmendando beatã virginẽ,*Benedicta tu in mulieribus*,i.super oẽs mulieres.Et benedicta ab angelo,quia ruinã angelicã reparauit.Et etiã benedicta està muliere Elizabeth, quia mortẽ quã fœmina intulit ipsa fugauit.Idcirco vbi angelus salutationẽ angelicã dimisit, ibi Elizabeth incœpit dicens:*Benedicta tu in mulieribus*.Dicit Theophilus:Sunt quædã mulieres benedictæ, quæ virgines sunt & castæ,quædã verò quę fœcũdæ:ipsa autẽ benedicta super oẽs mulieres,q̃a virgo casta,castissima, & fœcunda:licet enim Christũ peperit,tñ virgo permãsit incorrupta. Ideò meritò possumus dicere benedicta. De ea potest dici illud Iudith 13.Benedicta es tu filia à dño deo excelso præ omnibus mulieribus super terrã. ¶Tunc subdit in textu: *Et benedictus fructus ventris tui*, ibi ponitur,&, pro quia. Nota angelus ad virginẽ non dixit,Benedictus fructus vẽtris tui,quia virgo nondũ conceperat,cũ eã angelus salutauit. Sed postea cùm consensum dedit tunc Elizabeth percipiẽs ipsam cõcepisse verũ deũ & hominẽ,addidit:*Et benedictus fructus vẽtris tui*.Hic est fructus generosissimus,quia de vtero & stirpe regali:Vnde Ro.1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ, vt promisit per Ps.131. De fructu ventris tui,&c. O q̃ nobilis fructus qui æternaliter natus est de patre,tẽporaliter de virgine.De quo Ber.O Maria illius es mater,cuius deus est pater,& filius paternæ charitatis est corona tuæ virginitatis,quod prophetauit Isaias c.4.dicens, Fructus terræ sublimis erit in magnificẽtia.¶Itẽ hic est fructus delitiosissimus. Primò,delitiosus in decore.Ps.44.Speciosus forma præ filiis hominũ.Hebr.1.Qui cũ sit splendor gloriæ, &c. Sap.7. Candor lucis æternæ & speculũ sine macula. Secũdò delilitiosior in odore.Eccl.24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris.De quo Cantico.1. Curremus omnes in odore vnguentorum tuorum. Vbi Ber.Curremus in odore misericordiæ suæ,quia nõ despicit peccatores,non spreuit publicanum, non Matthæum, nec Zachæum, nec mulierem

adult

adulteram. Tertiò, delitiosissimus in sapore. Can. 1. Fructus eius dulcis gutturi meo. Dicit nanq; Ber. Fructus quātò altior, tātò dulcior & quia tu solus altissimus, Iesu Christe, ergo tu solus dulciss. Quartò, est fructus virtuosissimus, qa fructus salutis sine quo nō est salus, vt habetur Act. 4. Nō est nomē sub cœlo, in quo oportet saluari, nisi in nomine Iesu Christi. Ideo Ansel. Non est salus in mūdo nisi quā peperit virgo. Et sic ipsa est arbor salutaris, quæ fructū portauit salutis, quod dicit Ber. O verè plātatio cœlestis pretiosior sanctis, i. sanctorum vniuersis Ideo exclamat Aug. dicēs: Quid nos tātilli, quid actione pusilli matris laudes tātæ referamus? Etsi omniū nostrūm mēbra verterētur in linguas, eius laudes enarrare nō sufficimus. Hāc gloriā cognouit Elizabeth, & admirās, dixit: *Vnde mihi hoc, vt mater domini mei veniat ad me?* q.d. Quo iure, qua iustitia, vel quibus meritis accidit, ꝙ mihi sterili & seni, & secundū reputationē hominū mihi maledictæ, *vt veniat mater domini mei ad me*, s. mater fœcūda mater benedicta, quæ est plena gratia. q.d. Admiror de humilitate tuæ visitationis. Et meritò admiror, propter magnificentiā tuæ virtutis, quæ apparet in te. *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in vtero meo.* Dicit Gl. qa Ioānes lingua nō poterat, sed animo exultāti Saluatorē salutauit, & sui præcursoris officiū inchoauit. Ipsa enim Elizabeth cognouit per spiritumsanctum, quia ista exultatio fuit propter præsentiā domini in vtero virginis cōstituti. Et fuit quoddam miraculum diuinū, quod nō potuit fieri per naturam. Vnde Ambr. Si tanta exultatio in processu primo fuit ad salutationem Mariæ vt exultaret infans in vtero, & repleta est mater infantis spiritusancto: quantū putas vsum tanti temporis Mariæ addidisse præsentiā? Considerate charissimi, quā magnæ virtutis est Mariæ salutatio, quæ Elizabeth cōfert gaudiū, cōfert & spiritumsanctum, cōfert & reuelationem diuinorum secretorū, confert & prophetiæ actum. Ideo libenter debemus ipsam salutare propter resalutationis lucrum. Idcirco qui voluerit habere spiritussancti gratiam, hodie deuotè salutet ipsam.

¶ *De sancta Maria Magdalena.*

ENARRATIO I.

Coepit rigare lachrymis pedes Iesu. Luc. 7. In summa Euāgelij duo innuuntur. Primò, benigna susceptio Mariæ pœnitētis, secūdò maligna murmuratio Pharisæi inuidētis. Primū

patet in principio:secundũ ibi:*Videns Pharisæus.* De primo dicit: *Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt cũ illo manducaret.* Et erat Pharisæus,i.diuisus ab aliis in exteriori apparentia,& nomine religionis gloriabatur,vt hodie hypocritæ faciunt, q̃ sunt foris aurei,intus luto pleni:foris oues,intus lupi:foris humiles,intus superbi:foris mites,intus amarissimi.De quibus Gre.34.Moral. Cũctis apud se in cogitatione tumentibus inest clamor in locutione,amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate,furor in tristitia, inhonestas in locutiõe, rãcor in reprehensione.Iob 13.Non veniet in cõspectu eius omnis hypocrita. ¶Nã iste Pharisæus reprehensibilis erat in tribus, sicut omnis hypocrita Primò erga seipsum malè æstimãdo & temerariè iudicando. Iudicabat quod ignorabat,credebat quod nõ ita erat,sed seipsum decepit,dicebat eã peccatricẽ immundã abominabilẽ & odibilẽ,quod iã nõ erat:ideo falsè iudicabat.Nã venerat ad Christũ pecccatrix sed mox fuerat iustificata: venerat languida,sed mox sanata:quasi mortua,sed viuificata à vita. Ex hoc iudiciũ prouenit ex superbia,quæ est reprehẽsibilis. Pro.8.Arrogantiã & superbiã detestor.Ideo Lu.12. Attẽdite à fermẽto Pharisæorum quod est hypocrisis.Fermentũ facit eleuari pastam, sic hypocrisis eleuat mentẽ.De quo in can.de pœn.dist.1.taciturnitas.dicitur:Vbi hypocrisis regnat,ibi humilitas nõ habet locũ.Ideo Tobias docuit filiũ suũ c.4.di.Superbiam in tuo sensu nunquã dominari permittas, in ipsa sumpsit initiũ omnis perditio.Ideo Iac.4.Deus superbis resistit.Cassia. de institutis monach.vide quantũ est malũ superbiæ, vt nõ angelũ,sed deũ mereatur habere aduersariũ.Ber.Et si deus non pepercit superbis angelis , nec hominibus parciturus est.Secũdo iste Pharisæus erat reprehensibilis erga proximũ ei inuidẽdo,quia non fauebat remedium.Est enim conditio hypocritarũ,vt omnes spernant, nulli faueant,omnes maculent, vt soli ipsi fulgeant. Vnde Poëta:

Alterius lucra dolet inuidus ac sua damna. Nã de alterius luce excæcantur,& est peccatũ diabolicũ.Sap.2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Tertiò iste Pharisæus peccauit erga Christũ,quẽ prophetã esse negauit,& hospitẽ tam gratũ vilificauit,dic.*Si hic esset propheta,sciret vtique quæ & qualis esset mulier hæc.*Greg.In hom.Si hæc mulier ad pedes Pharisæi venisset, canibus expulsa fuisset:& sic ille reprehẽsibilis,quia murmurabat contra hospitẽ, contra quẽ scribitur,

1.Pet.4.Hospitales inuicē sine murmuratione.O quot sunt hodie tales aduersus Deū murmurātes sicut iste cōtra Christū.De quibus Aug.Murmurās cōtra Deū blasphemus est. Ideo Sap.1.Custodite vos à murmuratione,quia nihil prodest.Reuera non prodest sed nocet. Greg.Nemo murmurās regnū Dei accipit.Ideo 1.Cor.10. Neque murmuraueritis, sicut quidā & perierunt,&c.Tūc subdit in textu:*Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Ecce , in scriptura semper pro nouitate ponitur,& pro raritate, quia rarissimè inueniūtur verè pœnitētes.Vnde Amb.de pœnitētia:Facilius inueni q innocētiā seruauerūt,quā qui verā pœnitētiā egerūt.Multæ igitur sunt mulieres quæ nouitates peccatorū inueniūt, sed nō modū pœnitēdi antiquū suscipiūt,nesciētes miseræ illud Gre.3.Mora. Qui nouū peccatū vel modū peccādi inueniūt,nouā pœnā nisi satisfecerint,sustinebūt. Et dicit no tāter *peccatrix*,nō nominat eā,qa hęc est cōsuetudo scripturæ.Iuxta illud Apost.ad Eph.5.Fornicatio & omnis immunditia nō nominetur in vobis.¶Itē nota,ipsa habuit tres occasiones peccandi.Prima corporis pulchritudo.Vnde Prouerb.11.Circulus aureus in naribus suis, pulchra mulier & fatua, nā si sus haberet aureū circulū æquè bene locaret se in lutum:sic mulier pulchra & fatua nō vtēs ratione de tali pulchritudine. Prouer.vlt.Fallax gratia & vana pulchritudo,quia est quasi gladius splendens & scindens. Prouer. 5. Acuta quasi gladius biceps, quia scindit corpus & animā. De quo Hier.Gladius igneus species mulieris. Ideo Eccl.9. Auerte faciē tuā à muliere cōpta.Nam propter speciē mulieris multi perierūt.De quo Prouer.7.Vulneratos multos deiecit,& fortissimi interfecti sunt ab ea. Vnde Poëta,

Adam,Samsonem,Dauid regem,Salomonem
Decepit mulier.quis modò tutus erit?

Secūda occasio peccati erat opulētia, qa diues, habuit em̄ castrū noīe Magdalō,à quo dicta est Magdalena.Eccl.11.Si eris diues,non eris immunis à peccato. Nā diuitiæ causant gulā,ex qua sequitur carnalis cōcupiscētia. Ezech.16.Hæc fuit iniqtas Sodomæ,saturitas & abūdātia panis. Psal. 72. Prodiit quasi ex adipe iniqtas eorū. Luc.21.Attēdite ne corpora vestra grauētur à crapula.Greg.Qui carnē delicatè reficit,hic in spiritu deficit.Et hoc fecit Maria.Tertia fuit libertas,libera em̄ fuit,neminē timuit. Greg.Vbi nō timetur reprehēsor,securius accedit tētator.Ideo nō est proficuum

mulierib. vt relinquãtur in sua libertate & propria volũtate, quia scribitur Eccl. 25. Mulier si primatũ tenet, cõtraria est viro suo, propter quod docet Eccl. 33. Filiæ & mulieri ne des potestatẽ in vita tua. Propter quod dixit Dominus mulieri, Gen. 3. Sub potestate viri eris. Et Apo. Eph. 4. Mulieres subditæ sint viris. Quarta occasio fuit otiositas, quę est occasio peccatorũ. Eccl. 33. Multam malitiam docuit otiositas. Ideo Hier. Semper aliquid operis facito, ne te diabolus inueniat otiosum. Nã dicit Seneca. Otiũ est viui hominis sepultura. Idcirco nominat eã peccatricẽ, q̃a multas occasiones peccandi habuit. Propter quod dic. Gre. Vniuersis vitiis plena fuit. Idcirco sunt aliqui se occupãtes an peccauit spiritualiter vel corporaliter. De hoc nõ est multũ disputãdũ, sed sufficit in exẽplũ, quod magistraliter pœnituit, de quo in tex. *Vt cognouit quòd accubuisset Iesus in domo Pharisæi*, habuit fiduciã, quòd qui leprosum mũdauit mũdaret & eam. Amb. Cõtendit hæc mulier Christũ hospitẽ honorare, quod iste est hospes qui de cœlo venit, alij hospites ferinas carnes in cõuiuio requirũt, ego assatũ cor meũ in igne amoris offerã, dabo illi lachrymas pro vino. ¶ Pro quo sciẽdũ, Maria Magdalena multò pretiosiora fercula ad cõuiuiũ cõtulit q̃ Pharisæus de quib. canit Eccl. A Pharisęo es inuitatus, Mariæ ferculis saturatus. Primũ ferculũ fuit ꝓprię infirmitatis & peccati cognitio. Seneca. Salutis initiũ est ꝓpria cognitio. Hãc habuit Maria, vt dicit euãgelista, *vt cognouit, quia Iesus accubuisset in domo Simonis, attulit alabastrũ vnguẽti*. Gl. dic. Maria deliberauit intra se. Ecce tu es peccatrix omniũ immũdissima, & diu iacuisti in peccatis, vidisti Iesum intrantẽ in domũ, qui ob hoc venit vt peccatores saluos faceret, hic est qui faciliter peccata dimittit, & peccatores dulciter recipit, modò obtulit se mihi. Certè nõ recedã ab eo, sed vadã ad eũ & ponã me in manib. misericordię suę. Ideo Aug. Nouit qñ morbo laborauit, & ideo illũ ad sanãdũ esse idoneũ, ad quẽ veniebat infallibiliter præsumebat, accessit immunda, recessit purgata, accessit ęgra, recessit sana: ita nos nostrã fragilitatẽ propriã agnoscamus. Nõ sicut illi, de quib. Ber. Multi multa sciũt, & seipsos nesciũt, alios inspiciũt & seipsos obliuiscũtur. Et accedamus cũ Maria ad Christũ, quia alibi nobis esse malũ est, q̃a di. Aug. in soliloquio: Scio qm̃ mihi malè est prętertedñe, conferã me ad te, vbi bene mihi erit à te. Secũdũ fuit cõfusio, quę tãgitur ibi, *& stãs retrò* nõ in facie.

Talis

Talis fuit confusio publicani. Lucæ 18. Hæc est confusio adducens ad gratiã & gloriam, Eccl. 4. Ideo Gre. Super cõuiuantes ingressa est, nec propter eos pœnitere erubuit, tamen indignã se considerans ad pedes retrò stetit. Et potuit dicere illud 1. Esdr. 9. Domine Deus meus cõfundor leuare faciẽ meã ad te, quia multiplices sũt iniquitates meę. Hãc erubescẽtiã quilibet pœnitẽs habere debet patiẽdo erubescẽtiã, quia vbi magna erubescẽtia, ibi digna est pœnitẽtia. Hiero. Melior est modica amaritudo in faucibus, quã totũ tormẽtũ in visceribus. Cui cõsonat Ber. Melius est nũc erubescere corã paucis, quã in futuro corã omnibus Deo & angelis & sãctis. Tertiũ ferculũ fuit magna humiliatio, quę innuitur ibi: *secus pedes*, nõ ad caput. Sed cur se humiliauit? quia magnũ põdus peccatorũ ipsã ad terrã premebat. Secũdum Marc. Euan. habuit septẽ dęmonia, & illa exibãt de ea ante pedes Iesu, iuxta illud Abac. 2. Egredietur diabolus ante pedes, q̃a sola humilitas fugat diabolũ. Quartũ fuit lachrymosa cõtritio, & tãgitur cũ dicitur, *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* Cõsiderauit eñ quod oculis terrena cõcupierat, & viros incautè inspexerat, ideo per pœnitẽtiam cõterẽs flebat, vt di. Gre. in Homil. Cõsiderauit etiã ante cõuersionẽ suã, ꝙ fuit tenebrosa, immũda, frigida & humida, calida & salsa. Ideo habuit lachrymas claras, vt tenebrosã animã illuminaret: lachrymas humidas, vt immũditiã ablueret: calidas, vt frigidã inflãmaret: habuit etiã lachrymas salsas, vt insipidã sale diuinę sapiẽtiæ condiret. De his lachrymis di. Chry. Sicut vehemẽs imber cũ ꝓrupit, post hoc fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet trãquillitas & perit caligo reatus. Quintũ ferculũ humilis satisfactio, & tãgitur ibi: *Et capillis suis tersit*, quia secũdũ Gre. Capillos ad cõpositionẽ vultus exhibuerat, sed iã capillis lachrymas tergebat. Sextũ fuit vehemẽs domini dilectio & tãgitur ibi: *Osculata est pedes*, quia vana ore loquẽdo peccauerat: & supbè vixerat. Ideo nũc deuotã se exhibebat. Fuit enĩ hęc osculatio in signũ recõciliationis, q̃a fuit inimica Dei: osculabatur pedes Iesu in signũ ꝙ fuit Deo recõciliata. Illi etiã cũ ipsa osculãtur, q̃ prius inimici effecti, postmodũ per pœnitẽtiã sunt ad pacẽ reducti. Septimũ ferculũ fuit inerrabilis deuotio, cum subditur: *Vnguẽto vngebat*, quia multoties in corpore se vnxit, ideo illud nunc Deo exhibuit. Illis ferculis Maria Christũ pauit, licet ipsum Pharisæus inuitauit. Ideo dicit Greg. in Homi. Ad pharisæi pran-

diũ dominus deſcẽdebat,& apud pœnitẽtẽ Mariã mẽtis epu lis delectabatur:apud Phariſæũ veritas paſcebatur foris,apud peccatricẽ cõuerſam intus paſcebatur. ¶ Dixi, ſecũdò innuitur maligna murmuratio Phariſæi inuidẽtis:ibi, *Videns autẽ Phariſæus qui vocauerat eũ, ait intra ſe, Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt hæc mulier quæ tangit eũ, quia peccatrix eſt*, q.d. Ignarus eſt, & neſciẽs eã peccatricẽ, quod peccarũ tota ei uiras agnoſcit. Aug. O Phariſæe domini inuitator & irriſor quãta tua præſumptio? iudicas iudicẽ viuorũ & mortuorũ, ſpernis pœnitẽtẽ amaritudine plenã, quę multò excellẽtius paſcit hoſpitem tuũ, q̃ tu. Cõtra hunc Chry. di. O Phariſæe neſcis mulieris mentẽ, nunc illi oculi fluũt lachrymis, qui quondã affluxerũt laſciuis viſibus: nũc cõuertũtur ad fletũ, qui quondã ad luxuriã: olim capillos cõpoſuerat ad decorẽ vt inruentiũ prouocaret affectus, nunc ad Dei honorẽ eos ſpargit & capillis lachrymas tergit. Tunc ſubdit, *Reſpondẽs Ieſus*, ſ. ad cogitationẽ Phariſæi, oſtẽdẽs ſe plus quã prophetã, dicẽs, *Simon habeo tibi aliquid dicere*, ſ. pro informatione. *At ille: Magiſter dic. At Ieſus: Duo debitores erant cuidã fœneratori*, id eſt, vſurario. Iſte fœnerator ſecundũ Glo. eſt Chriſtus, qui dat in baptiſmo gratiã, in iudicio autẽ requiret eã, tãquam ſortẽ & bona opera vltra ſortẽ. Ille etiam pro peccato mor tali in hac vita perpetrato & non deleto exigit pœnã æternã. Illi ergo fœneratori quo debito obſtricti ſumus. 1. Co. 4. Quid habes, q̃d nõ accepiſti? & ſi accepiſti, q̃d gloriaris qua ſi non acceperis? Ideo ſubditur, *Vnus debebat denarios quingentos*. Et ſignificat Mariam Magdalenã quæ in decuplo plus peccauit quàm Simon, ſicut quingẽta eſt proportio decupla ad quinquaginta. Ideo dicit, Alius, ſ. Simon debebat denarios *quinquaginta. Nõ habentibus vnde redderent, donauit vtriſq;*, ſ. debitoribus, quia peccatores non habent vnde Deo reddant, cùm gratiã Dei amiſerũt, & cõſequentur omnia bona amiſerũt, quæ ad vſum debitũ receperũt. Poſſunt enĩ per ſe peccare, nec per ſe à peccatis reſurgere. Quod innuit Pſal. 77. dicẽs, Homo eſt vadẽs, ſ. liberè in peccatũ & non rediẽs, per ſe à peccato. Ideo oportet cõcurrere ad miſericordiam Dei & donationẽ eius, quã innuit ibi: *Hic donauit vtriſq;*, i. miſericorditer dimiſit. *Quis ergo plus eũ diligit*, i. diligere deberet? *Reſpõdit Simon, Aeſtimo, quòd is cui plus donauit. At ille reſpõdit, Rectè iudicaſti*, quòd Maria plus diligit me quàm tu, quia plura peccata illi indulgeo. Gre. in Ho. Sua ſentẽtia Phariſæus conuinci-

cõuincitur, funẽ portat quo ligatur, plus tenebatur peccatrix diligere ex dimiſſo, ſed Phariſæus plus tenebatur diligere ex cõmiſſo, quia ſibi cõmiſſa erat maior ſciẽtia legis. Itẽ ſecũdũ Aug. Sumus omnes debitores Deo. Et tale debitum eſt duplex, ſ. pro dimiſſo & cõmiſſo, & non cõmiſſo prę ſeruationis. Nã ſecundũ eum nullũ eſt peccatum, quod fecit vnus homo quod nõ poſſet cõmittere alter, niſi à Deo præſeruaretur, & ſic omnes tenemur Deũ diligere, peccator pœnitẽs pro dimiſſione, alter verò pro cõſeruatione. *Et cõuerſus dominus ad Mariã dixit, Simon vides hãc mulierem?* q. d. corpore cõſideras, ſed nõ corde. Et redarguit eũ ex triplici defectu dicẽs, *Intraui domum tuã, aquam pedibus meis nõ dediſti, qui erãt feſſi ex labore, ſed mihi detraxiſti, hæc autẽ lachrymis rigauit pedes meos & capillis ſuis terſit.* q. d. ſic te in opere pietatis excellit, vt dicit Titus, Facilis eſt effuſio aquarũ, difficilis effuſio lachrymarũ. Tu promptis nõ es vſus, hæc autẽ effudit modò prõpta lachrymis pedes meos rigãdo & maculas proprias per eas lauãdo. Secũdò reprehendit eũ ex defectu charitatis, dicẽs, *oſculum mihi non dediſti, hæc autẽ ex quo intraui domũ tuam, nõ ceſſauit oſculari pedes meos.* q. d. Oſculum eſt ſignũ amicitię, quod ſignũ non ſemel exhibuit, ſed pluries, ex quo intraui, i. à tempore in quo ſedi, non ſolũ ori, ſed pedibus, qui ſunt inferiores partes coporis, oſculũ dedit. Tertiò, reprehẽdit eum ex defectu hilaritatis & lætitiæ, di. *Oleo caput meũ nõ vnxiſti, hæc autẽ vnguento vnxit pedes meos*, in ſignũ deuotionis & lætitiæ ſpiritualis, quæ ex confidẽtia veniæ oritur. Mat. 6. Tu autẽ cum ieiunas, vnge caput tuum. Hoc oleũ ſecundũ Chryſ. ſi triſtitiã inuenit, diſſoluit, deſideriũ malũ conſumit, trepidationẽ abiicit. Et hoc oleo ſpiritualis lætitię vnxit Maria pedes Ieſu. ❡ Myſticè, pedes Ieſu ſunt pauperes, qui ſunt inferior pars corporis myſtici per deiectionẽ & cruci affixi per afflictionẽ. Diues ergo volens obtinere veniã in pręſenti & gloriam regni in futuro (quod regnũ eſt pauperũ Mat. 5.) debet intrare, & ſecus pedes iſtos ſtare per familiaritatis exhibitionẽ. Eccl. 4. Cõgregationi pauperũ affabilem te facito. Eţ debet ſtare circa pedes, ꝑ amicitię acquiſitionẽ, iuxta illud Luc. 16. Facite amicos de mãmona iniquitatis. Et debet eos lachrymis rigare, ſ. ꝑ cordis cõpaſſionẽ. Iob 30. Flebã quondam ſuper eo qui afflictus erat, & anima mea cõpatiebatur pauperi: ſic nos iuxta illud Eccl. 4. Ab inope ne auertas oculos, & ne auertas faciẽ tuã ab egeno, declina pauperi ſine triſtitiã

ſtitia aurē tuam,& redde debitū tuū.Sed ecōtra accidit hodie illud Iac.2.Nónne diuites per potentiā oppriment vos? Itē debet capillis tergere per tēporalium cōmunicationem & miſeriæ releuationē, vt Iob 31. Nō comedi buccellā meā ſolus,iuxta illud Tob.4.Si multū fuerit tibi abūdanter tribue.Sed heu multi ſunt diuites:ſicut ille epulo,q nec micā panis dedit mēdico Lazaro. Idcirco euenit ſibi illud Prou. 28.Qui deſpicit deprecantē,ſuſtinebit penuriā. Itē illis pedibus,i.pauperibus debet oſculū per blandā allocutionem, ſecundū illud Pro.16.Labio deſculatur, qui recta verba reſpōdet,ſ.verbo cōſolatiōis,nō exaſperationis.De quo Ecc. 4.Ne exaſperes pauperē in inopia ſua,& cor inopis ne affixeris.Itē debet vngere vnguēto,ſ.per miſericordiæ hilaritatē.Eccl.8.In omni dato hilarē te fac,quia dicit 2.Cor.1. Hilarem datorē diligit Deus. Tunc implebitur in eo illud quod ſequitur:*Remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multū.* 1.Pet.4.Charitas operit multitudinē peccatorū.Greg.Quid fratres credimus dilectionē niſi ignē?quid culpā niſi rubiginē?quia arſit valde per amorē igneū.Tātò nanq; peccati rubigo cōſumitur, quātò cor magno charitatis igne concrematur. Prou.10.Vniuerſa delicta operit charitas. Tunc ſubditur:*Cui minus dimittitur,minus diligit.*Diceres,An amplius tenetur diligere Deum pœnitēs quàm innocēs? Reſp.quòd innocēs.quia excellētius beneficium eſt prę ſeruari à malo quā permittere incidere & poſtea liberare. Et ſic B. Virgo tenebatur plus diligere Deū,ſicut & fecit,& magis grata de beneficio præſeruationis quàm Maria Magdalena de beneficio remiſſionis. *Tunc ſubdit: Et cœperunt qui ſimul accūbebant dicere intra ſe,Quis eſt hic qui peccata dimittit?*Greg.Ecce ægra quę venit ad medicū,ſanata eſt,ſed de ſalute eius adhuc alij ęgrotant.Vnde eius ſanatio facta eſt aliis ægritudinis occaſio,vt dicit Aug. ſuper Io.de Iuda. Iſte de bono odore moritur,quo alij viuūt.Sic iſti hîc dicētes,*Quis eſt hic qui peccata dimittit?* Diceres,Cur Chriſtus nō reſpōdit ad illā quęſtionē ſicut ad alias?Reſp.quia ſuperius reſpōdit ad eā facto,verbo & miraculo, ſ. Luc.5.Vt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittēdi peccata, dixit paralytico, Dico tibi,ſurge & tolle grabatū tuum.Vel etiā ideo,ſicut dicit Greg.Cœleſtis medicus ægros reſpuit,quos de medicamento fieri nouit deteriores.Ideo *dixit mulieri:Vade in pace,fides tua ſaluam te fecit.*Ber.Fides eā ſanā fecit,quia quod petiit,

poſſe

posse se accipere nõ dubitauit. Greg. In viã pacis abire præcipitur, vt eã cõfirmaret, ne à rectitudine & via veritatis vitæ in via scãdali vlterius deuiaret. Diceres: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniã dilexit multũ, ergo eius salus potius deberet ascribi charitati, q̃ fidei, resp. ꝙ loquitur hîc de fide formata operãte per dilectionẽ. Et hæc non excludit charitatẽ, quia secundũ Aug. Charitas est forma fidei. Nam fides sine charitate est sicut lãpas sine oleo. Hæc est charitas, de qua Pro. 8. Ego diligẽtes me diligo. Reuera dilexit eã. Io. 11. Diligebat dñs Marthã & sororẽ eius Mariã: Nã multa dilectionis signa ei exhibuit. Primò, ꝙ indulgentiã omniũ peccatorũ ei dedit. Secundò, quòd tribus vicibus eam excusabat. Primò, apud Pharisæũ de peccatis, vt hic. Secũdò, apud sororẽ de acedia. Tertiò, apud Iudã de prodigalitate. Quartò, eam dilexit, quia ea flente dominus fleuit. Ioan. 11.

¶ *De sancto Iacobo.* ENARRATIO I

POtestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? In sum. Euãg. duo innuuntur. Primò, propositio indiscretæ petitionis, ibi: *Accessit mater*, Secundò, subiungitur correctio fatuę propositionis, ibi: *Nescitis quid petitis*. De primo dicit, *In illo tempore*, s. cũ Christus dixit discipulis suis de passione sua, dicens: Ecce ascendimus Hierosolymã, tunc *accessit mater filiorũ Zebedei cum filiis suis*. Ioanne & Iacobo. Hæc fuit Solome, quia fortè vidua, & sequebatur Christum. Vel fortè vir eius retrò seorsum cum aliis iuit. Dicit Aug. Mater ex cõsilio filiorũ accessit. Ideo Mar. 10. dicitur, quòd filij per se accesserũt, quia est regula iuris lib. 6. Qui facit per aliũ, est ac si faceret per seipsum. Chry. super Matth. Filij dixerunt matri, Ecce morietur, & post tres dies victor reuertetur, quid restat nisi regni gloria? quid faciemus vt possim⁹ participes fore regni? Scimus, quia nõ est inuidus, qui se donauit hominib⁹, quomodo regni societatẽ nõ donabit? Petẽtis negligẽtia reprehẽditur, vbi de misericordia dantis nõ dubitatur: nos si rogamus cæterorũ corda cõcutiemus. Si sancti sunt, tamẽ homines sunt: ergo submittamus matrẽ vt suo nomine deprecetur ꝓ nobis, & fiẽt duo bona. Si est res reprehẽsibilis, nõ imputabitur, qa mulier: sexus ipse excusabit errorẽ. Si autẽ nõ fuerit reprehẽsibilis, facilius impetrabit mater ꝓ filiis rogãs, *accessit adorans eum*, i. reuerentiã exhibẽs *& petens aliquid ab eo*, s. primo in generali. *Dicit ei Iesus: Quid vis?* Nõ interrogauit, quasi nesciẽs, sed vt manifestã faceret irrationabilẽ petitionem

titionem ipſorum qui petebant. *At illa dixit, Vt hi duo fiḷ mei ſedeāt vnus ad dexterā, alter ad ſiniſtrā in regno tuo.* ¶ Item parentes tria deſiderāt filiis quietē, diuitias, & honorē. Primo, quietem, cùm dicit, *vt ſedeant*: & ſic aliqui parentes nolunt filios docere laborare, ſed otiari, timēt ne offendātur, nō perpendētes illud Eccl.33. Multa mala docuit otioſitas. Nā diabolus quē otioſum inuenit, ſtatim ponit in opere ſuo. Figuratur Exo.2. Pharao vidēs filios Iſrael ſtatim dixit: Ite operamini. Ideo Hier. Sēper aliquid operis facito, ne te diabolus inueniat otioſum. Ber. Otiū eſt ſentina omniū vitiorū. Luc. 11. Diabolus inuenit domū vacantē, aſſumpſit ſeptē ſpiritus nequiores ſe, i. ſeptē peccata mortalia. Hier. Inquantum ei aufers de otio, in tantū aufers ei de loco. Ideo Eccl.11. Si filij tibi ſint, erudi illos. Iob 5. Naſcitur homo ad laborandū, ſicut auis ad volandū. Nā ſicut de veſte non portata naſcitur tinea, ſic de otio peccatū. Caſſio. Mēs otioſa nihil aliud cogitare nouit, quàm de eſcis & de vētre. Sene. Otium ſine literis eſt viui hominis ſepultura. Secundū quod eis deſiderant parentes, eſt copia diuitiarū. Sic Rebeca laborauit pro filio Iacob, vt primogenita obtineret: Gen.27. Nā filiis theſaurizare ſufficientiā, eſt laudabile. Hoc enim docet Apoſt. 1. Cor.13. Debēt parētes theſaurizare filiis. Sed quòd homo ita afficitur ad filios, vt obliuiſcatur ſalutis animę ſuæ, hoc eſt reprehenſibile. Ideo Aug.43. q.2. ſi quis iraſcitur. Si quis vnū filium habet, putet alterū Chriſtū: ſi duos, putet Chriſtum tertiū: ſi decē, vndecimū Chriſtum faciet, quia dicitur Ezec.18. Filius nō portabit iniquitatē patris, nec pater filij. Galat.6. Vnuſquiſq; onus ſuum portabit. Tertiò, deſiderāt eis honorem ſicut Berſabee filio ſuo Salomoni. De quo 3. Reg.1. Seneſcēte Dauid filius eius Adonias ſurrexit viuēte patre, dicēs: Ego regnabo. Quod audiēs mater Salomonis, acceſſit ad Dauid, exhibens reuerentiā ei, cui rex: Quid vis? Cui illa: Domine mi rex, iuraſti mihi per dominū Deū tuū quòd Salomō filius tuus regnaret poſt te. Nūc Adonias regnabit te ignorāte. Ad te reſpiciūt oculi omniū in Iſrael, & eligere poteris quē volueris, qui regnet poſt te, & ſic impetrauit ei regnū. O quot ſunt hodie patres & matres, qui nō curāt de ſalute filiorū, ſed de honore. ¶ Dixi, ſecūdò ſubiūgitur correctio fatuæ propoſitionis, dicēs, *Neſcitis quid petatis.* Remig. Chriſtus reſpondit diſcipulis, quia petitio proceſſit ab eis. Item iſta petitio mulieris triplicē errorē cōtinebat, ſ.

ordin

ordinis peruersitatē, intentionis carnalitatē, & materię vanitatē. Primò cõtinebat ordinis peruersitatē, quia prius petiuit præmiũ quàm habuit meritũ, ideo voluit quiescere sine fatigatione, cũ scrib. per Psal. 135. Qui seminãt in lachrymis, in exultatione metẽt. Iá voluerũt habere denariũ diurnũ sine labore, cũ Mat. 20. scribatur: Voca operarios, & redde mercedē illis. Itē voluerũt habere coronã sine pugna, cũ dicatur 2. Tim. 2. Nullus coronabitur, nisi legitimè certauerit. Itē voluerũt habere brauiũ & nõ cucurrerũt, cùm dicitur 1. Cor. 9. Currite vt apprehẽdatis. Ideo di. eis, *Nescitis quid petatis*, q. d. vultis exaltari, & nõdum estis humiliati: cùm di. Gre. Ad magna præmia nõ peruenitur, nisi magnos labores sustinuerimus, res pretiosa non cõparatur vili pretio. Ideo Chry. Magnũ laborē necesse est impẽdere, si volumus ad regnũ cęleste peruenire. Secũdò, petitio cõtinebat in tẽtatione carnalitatē, quia putauerunt in primo aduẽtu Christum regnaturũ, quod erit in secundo. Ideo errauerũt sicut Iudæi de Messia in Psal. 145. Aedificans Hierusalem dominus dispersiones Israel cõgregabit. Hoc intelligũt de terrestri Hierusalem, ibi intelligitur Ecclesia sancta in qua dispersiones Israel cõgregabit in vnitate fidei. Nam desolatio terrestris Hierusalem durabit vsq; in finē seculi. Luc. 21. Hierusalem calcabitur à Gentibus, donec impleãtur tẽpora nationum, Dan. 9. Erit desolatio vsq; in finē & consummationē. Nam Hierusalem aliquãdo capitur pro cœlesti ciuitate. Galat. 4. Hierusalē quę sursum est, mater nostra est. Similiter Isa. 60. Surge illuminare Hierusalē. Et subdit: Nõ erit amplius sol ad lucendũ, nec splẽdor lunę illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucē sempiternã, & Deus tuus in gloriã tuã. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua nõ minuetur. Itē errabãt in intẽtione, quia credebãt ex lege carnis sibi hoc debere, quod nõ est verũ, quia scribitur Ezech. 14. Si Iob, Noe, Daniel fuerint in medio istorũ, iustitia sua liberabunt animas suas. Sed filios & filias non liberabũt, sed implebitur illud Matt. 8. Multi venient ab Oriente & Occidente & recũbent cũ Abraham, Isaac & Iacob in regno Dei, sed filij regni eiiciẽtur in tenebras exteriores, quia non est acceptio personarũ apud Deũ, quia scrib. Mat. 7. Quicunq; fecerit volũtatē patris mei, hic est qui intrabit in regnũ cœlorũ. Tertiò, petitio cõtinebat vanitatē, quia põpam quærebãt. Et posito, quòd cœleste regnũ futurũ petiissent, adhuc fuit error,

& bene

& bene potuiſſet eis dixiſſe, *Neſcitis quid petatis*, q.d. Nõ audiſtis me referentẽ: Cùm veniet filius hominis, ponet oues ad dexterã, & hœdos ad ſiniſtram? Et dicet his qui ad ſiniſtram ſunt, Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ. Ego vocaui vos ad dexterã, & vos vultis vos locare ad ſiniſtrã. *Poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus ſum?* ſ. paſſionis. Nõ dixit hoc dñs ꝙ ignoraſſet ꝙ erãt imitaturi eius paſſionẽ, ſed ideo interrogauit, quia nemo poteſt cũ Chriſto regnare, niſi paſſionem eius fuerit imitatus. Vnde 2. Tim. 2. Si cõpatimur, cõregnabimus. Ber. Tunc mihi tua prodeſt paſſio, ſi aſſit mea imitatio. ¶ Itẽ nota. de triplici calice legitur in ſcripturis. Primus eſt innocẽtiæ. Secũdus pœnitẽtiæ. Tertius paſſionis acerbę. Primus eſt calix innocẽtię, de quo Pſal. 22. Calix meus inebriãs quàm præclarus eſt. Reuera præclarus, nã qui habet innocentiã, habet præclarã conſcientiã. Aug. de vera innocentia: Vera innocẽtia eſt, quæ nec ſibi nec alteri nocet. Iſte calix eſt plenus diuitiis gratiæ, balſamo diuinæ gratiæ, & Deo valde acceptus. Aug. de vita Chriſtiana: Nihil Deo dignius, nihil charius eſſe poteſt, quàm innocentia. Et nihil homini ſalubrius, quia homo in ſtatu innocentiæ eſt ſecurus. Ambr. Gaude innocẽtia, vbiq; es illæſa, vbiq; ſecura. Si tẽtaris, proficis: ſi humiliaris, erigeris: ſi pugnas, vincis: ſi occideris, coronaris. Ex iſto calice bibit virgo Maria, quę fuit balſamo, i. ſpirituſancto plena. Hæc duo ſunt ſigna, ex quibus cõſiderari poterit, an quis ex iſto calice biberit. Primũ ſignũ eſt mũdanæ ſitis extinctio. Aug. Qui biberit de fluuio paradiſi, reſtat ꝙ in eo extincta ſit ſitis huius mũdi: Nã ſecundũ Chry. Nihil eſt ſuper terrã quod amat, qui donũ Dei in veritate guſtat. Secundũ ſignũ eſt mentis exhilaratio, de quo Pſal. 74. Calix domini in manu vini meri plenus. Nam ſicut vinũ lætificat, ſic vinũ gratiæ ſpirituſſancti mentẽ exhilarat. Luc. 1. Maria inquit ſic, Exultauit ſpiritus meus, &c. Pro. 15. Secura mens quaſi iuge conuiuium, qualis eſt mens innocentis. ¶ Secundus calix eſt pœnitentiæ, de quo Pſal. 115. Calicem ſalutaris accipiam. Hic calix eſt amarus, quia plenus crucis abſinthio. Nam bibentes ex eo dicunt illud Iſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Sed hic calix debet dulcorari ſpe præmij cęleſtis regni, de quo Matt. 4. Pœnitentiam agite, & appropinquabit vobis regnum cœlorum. De iſto calice amaro biberunt Petrus & Magdalena. Sed heu aliqui ſunt, qui volunt

hunc

hũc calicẽ habere plenũ melle dulcedinis quasi cõtra proprietatẽ pœnitentiæ. Isid. in lib. Etymol. Pœnitentia dicitur à pœna, quia homo punit in se, quod malè cõmisit. Nã dicit Chrys. Aspera medicina melius curat, vbi morbus est curabilis. Iuxta illud Deut. 25. Secundũ mensurã delicti plagarũ erit & modus. Mat. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Hic calix pœnitẽtiæ valdè est vigorosus, vt inquit Isid. de sum. bo. O pœnitẽtia quid de te dicam, exprimere non valeo, vt volo. Melior es auro, rutilãtior sole, per te mors destruitur, diabolus fugatur, cœlũ aperitur, infernus clauditur. ❡ Tertius calix est passionis Christi, de quo hîc dicitur: *Potestis bibere, &c.* Nã calix dicitur à κάλον Græcè, quod est lignũ Latinè: quia Christus acerbã passionẽ sustinuit in ligno. Ille calix est plenus sanguine, illũ biberũt oẽs martyres. Apoc. 7. Lauerũt stolas suas in sanguine agni. Sic oẽs electi bibere debent de calice passionis. De quo Gre. Sanctus quisque vt æterna supplicia euadat, & ad sempiternã gloriã ascẽdat, debet flagellis atteri, vt in iudicio purgatus valeat inueniri. Itẽ dicit Amãd. Præsens tribulatio habet breuẽ amaritudinẽ, longã consolationẽ: propter quã adipiscendã dixit Iesus Iacobo & Ioãni, *Potestis bibere calicẽ?* s. passionis. ❡ Diceres, Cur deus suos electos vult tribulari passionib. etiã in sua gratia stãtibus. Resp. quod quantò maiori gratia homo à deo visitatur, tãtò maiori tribulatiõe tribulatur. Ideo sunt tres causæ. Primò quantò plus homines deuoti in gratia proficiũt, tantò ad sufferendũ sunt fortiores. Ideo vndiq; tribulãtur, vt meritò cumulentur: dicentes cũ Apost. Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Nam dñs deus eis astat, & eos fortificat, iuxta illud 1. Cor. 10. Fidelis deus, qui non patietur vos tẽtari vltra id quod potestis. Secũdò tales in gratia sunt virtuosiores: ergo plus tribulantur, vt virtutes cognoscantur. Ps. 65. In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Tertiò tales tribulatione indigent, vt sint cautiores ne superbiãt. Talis fuit Apost. 2. Cor. 12. Datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, vt me colaphizet, ne magnitudo reuelationũ extollat me. Ideo Gre. Postquã dñs hominẽ per gratiã visitat, subitò illũ probat, vt cognoscat quid à deo habeat, ne de gratia superbiat. Figuratur Ge. 7. Aquæ leuauerunt arcam in sublime. Spiritualiter: sic aquæ tribulationum eleuant mentem hominis boni ad subtilitatem diuinitatis & ad notitiã diuinæ charitatis: iuxta illud

Apoc.3.Ego quos amo arguo & castigo. Et ad hãc interrogatioñẽ Saluatoris de calice passionis responderunt, *Possumus*.Dicit Chry. super Mat.Hoc nõ dicunt ex fiducia fortitudinis, sed ex ignorantia passionis. Nã inexpertis videtur leuis esse tentatio passionis & mortis.Ideo dixit illis: *Calicẽ meũ bibetis*.Dicit Beda super Marcũ:Bibit Iacobus calicẽ passionis.qñ ab Herode capite trũcatus est.Sed quid de Ioãne? qũo bibit, qui propria morte vitã finiuit? Respõ.Hier. Propter martyriũ fuit missus in feruentis olei doliũ, & demum in insulã Pathmos relegatus, *Respondit eis Iesus: calicẽ meũ bibetis*.Remigius.Bibit Iacobus in passione, Ioannes in persecutione. *Sed sedere ad dexterã aut ad sinistrã meã, non est meũ dare vobis.* Diceres, Tamen dixit, Matt.11. Omnia sunt mihi tradita à patre meo.& Mat.vlt.Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Resp.Remigius. Hoc intelligitur dupliciter. Primò secundũ humanitatẽ, quã traxi à matre mea, quę est amica vestra, secundũ quã sum vester consanguineus, non est meũ dare vobis, sed secundũ diuinitatẽ, in qua sum patri æqualis. Alio modo non est meũ dare vobis, s. in statu in quo vos estis, quia superbi & elatæ mentis. Ps.100. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiã. *Sed quibus paratũ est à patre.* ¶ Diceres, qui sunt quibus paratũ est regnũ Dei à Deo patre? Resp. Primò innocentibus: Marci 10. Sinite paruulos venire ad me, taliũ enim est regnum cœlorum, & hoc ex pura gratia, & sine omni merito proprio. Ad Tit. 3. Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum magnã misericor. suã saluos nos fecit. In signũ illius Ioannes vidit cœlũ apertũ Christo baptizato. Sed heu maledictæ matres venerabili hæreditate proprios pueros priuãtes crudeliores brutis quæ nutriunt & defendunt præter scropham. Si tales dignè vellent pœnitere consulit eis Alexander tertius, vt intrẽt religionẽ, vbi perpetuò deplorent peccatũ. Et habetur de his qui filios oc. c. veniens. Si autẽ repugnãte carnis debilitate ad hoc induci nõ possunt, tunc eis nubẽdi licentia tribuatur, quia tutius est, vt in dño nubant vni soli, q̃ inhonestè multos admittant. Sed tamẽ alia grauis pœnitentia iniungatur, vt habetur de his qui filios oc. c. intelleximus. Secũdò, regnũ paratũ est pœnitẽtibus. Matt. 4. Pœnitentiã agite, &c. Figuratur in rege Nabuchodonosor, q ex superbia dixit, Nónne hæc ciuitas Babylõ in robore meo ędificata est? Propter qđ expulsus fuit à regno septẽ

mensibus,

menſibus,& poſtea reuocatus per Danielē vſq; in finē ſeptē annorū egit pœnitentiā,neq; panes neq; carnes comedit,neq; vinū bibit,peracta pœnitentia reſtitutus eſt in regnū ſuū.De quo Aug.in can.23.q.4.Nabuchodonoſor.Nabuchodonoſor pœnitentiā egit & fructuoſam & poſtmodū innumeros flagellatus ſuſtinuit, & regnū quod perdiderat rurſus accepit.Sic de nobis, vt dicit Aug. qui peccata per pœnitentiā deleuerit, angelorū conſors in perpetuum erit. Tertiò regnū paratum eſt miſericorditer agentibus. Vnde Mat.25.Venite benedicti percipite regnū patris, quod vobis paratū eſt ab origine mundi.Ideo Aug.Præbe tectū,accipe cœlū. Quartò paratum eſt voluntariā paupertatē pro Chriſto ſuſtinentibus. Pſ.67.Paraſti in dulcedine tua pauperi deus,ſ.regnum. De quo Mat.5. Beati pauperes ſpiritu, quoniā ipſorū eſt regnū cœlorū.Quintò paratū eſt veraciter ſe humiliantibus.Lu.12.Nolite timere puſillus grex,placuit enim patri veſtro vobis dare regnū, Figuratur 1. Reg. 16.de filiis Iſrael.Saul minimus fuit vnctus in regē, ad deſignādū humilitatē:modò ipſi erant ſuperbi,ergo ſocietate regni indigni.Ideo dixit eis in textu:*Scitis,quia principes Gentiū dominātur eorum,non ſic inter vos.* Dicit Origenes,ſ.violenter dominari,& alios opprimere,quia dicit Ber. ſuper Cantic. Sicut lucifer à cœli gloria cecidit,ſic anima ſuperba ad profundū inferni ruit.Ideo ſubdit:*Qui voluerit inter vos eſſe maior,ſit ſicut minor.*Iuxta illud Eccl.32.Rectorē te poſui,noli extolli, ſed eſto inter illos quaſi vnus ex illis. Nam dicit Ambroſius:Si quis vult capere Chriſti maieſtatem, ſequatur eius humilitatem.Sextò regnum paratum eſt pugnantibus.Vnde canit Eccleſia,Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente,& accipietis regnum æternum,eo quòd dicit Saluator,Mat.11.Regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.De quo habetur in cano. 25.quæſt.8.Omni timore poſtpoſito quiſquis fidelium moritur in bello, quod contra infideles geritur, cœleſte regnum meretur. Matt. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,ipſorum eſt enim regnum cœlorum. Talis fuit B. Iacobus, vt patet in eius legenda.

¶ *In aſſumptione B. Mariæ virginis.* ENARRATIO I.

*MVlier quædam Martha nomine excepit illum gaudens in domum ſuā.*Lu.10.In ſumma euangelij duo innuūtur. Primò Chriſti ſuſceptio amoroſa, ibi:*Intrauit Ieſus in quoddā caſtellū.*

Et mulier quædã Martha nomine excepit illum. Secundò subiungitur Marthæ administratio studiosa, ibi: Martha satagebat. De primo dicit: *Intrauit Iesus in quodiã castellum*, s. Bethaniã nomine. *Et mulier quædam Martha nomine excepit illũ*, i. frequenter suscepit in domũ suã. Dicit Chry. Sanctorũ festa celebrantur, vt eorũ vestigia & exẽpla per nos imitentur. Nam sicut Martha illũ suscepit, sic nos eã imitari debemus. Hæc Martha suscepit Christũ in duplicẽ domũ, s. interiorem & exteriorẽ, corporalẽ & spiritualem. Primò in domũ spiritualem cordis nostri. Nã ipse est hospes, vt dicitur per prophetam Iere. 14. Quasi colonus futurus in terra, & quasi vir vagus declinans ad manendũ. Nã cõqueritur de suo exilio Matt. 8. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autẽ hominis non habet vbi caput suũ reclinet. Ipse est hospes qui desiderat in nobis manere. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo. Reuera pulsat dñs ad ostiũ spiritualis & corporalis domus. Primò, ad hostiũ spiritualis domus, de qua domo dicit Ps. 92. Domũ tuã decet sanctitudo domine. ¶ Ad hanc domũ pulsat tripliciter. Primò obiiciendo beneficia naturæ. Aperi (inquiens) mihi, quia ad imaginẽ meã te creaui, cõtuli tibi sensus, & corpus dedi, & mẽbra decẽter cõpegi, & sanitatẽ membrorũ tribui. Nã scribitur Ecc. 30. Non est sensus super sanitatẽ corporis. Secundò, pulsat per beneficia fortunæ dicens, Aperi mihi, q̃a ego dedi tibi panẽ ad vescendũ, vestes ad induendũ, solẽ ad videndũ, aerem ad suspirandũ. Sed heu miser peccator ingratus de collatis bonis negligit dño aperire, sed admodũ serui pigri hoc obaudit. Cui dicetur illud Pro. 1. Vocaui vos & renuistis, in interitu vestro ridebo. Tertiò pulsat per beneficia gratiæ, di. Aperi mihi, ego te redemi, sanguinẽ pro te fudi, crucis pœnã sustinui, dilectã animã meã pro te posui, iuxta illud Ier. 12. Dimisi domũ & hæreditatem meam, dilectam animam meam dedi in manus inimicorũ. O tales non intromittentes & ista beneficia mente nõ percipiẽtes sunt lapide duriores, & terra ignobiliores, claustris inferni firmiores, mortuis miserabiliores, sepulchris fœtidiores. Ad hãc ergo vocẽ interioris inspirationis, qui neglexit, adhuc surgere debet, & illud dicere Cant. 5. Surrexi, vt aperirẽ dilecto meo. Nam plures personæ sunt quæ libenter suscipiuntur. Primò, dñi suscipiuntur propter dignitatem. Et sic Christus est noster dñs. Ioan. 13. Vos vocatis me magister & domine,

domine,& bene dicitis.Imò dominantiũ dñs ſum & rex regũ.Apoc.19.Nã eius poteſtas eſt à mari vſq; ad mare,in cœlo & in terra.Matt.vlt.Ipſe eſt rex,cuius militũ non eſt numerus Iob 25.Secundò ſuſcipiuntur amici propter propinquitatẽ,& ſic ipſe caro & frater noſter eſt.Ge.37.Bern.Puto ꝙ me non poteſt ſpernere Chriſtus,quia os de oſſibus meis & caro de carne mea: nã maior fraternitas eſt inter nos & dñm,quàm inter dñm & angelos. Nã fraternitas angelorũ eſt ex parte patris tantùm ratione creationis, inter nos & eũ eſt fraternitas ex parte patris & matris. Ex parte patris ratione creationis.Ex parte matris ratione ſuſceptæ humanitas.Ideo figurati ſumus per Beniamin, Ge.43. cui Ioſeph maiorẽ partẽ dedit, quia frater ex vtraq; parte:& ſic Chriſtus nos reficiet in humanitate & diuinitate,angelos verò in diuinitate tantum, vt poſſemus dicere Act.17.Ipſius genus ſumus.Idcirco eũ ſuſcipere debemus.Tertiò ſuſcipiuntur beneficia propter vtilitatẽ. Et ſic Chriſtus multa bona nobis præſtitit.Io.10. Multa bona opera oſtendi vobis.Reuera multa. Nã oĩa quæ habuit dedit nobis.Corpus in refectionẽ. Io.6.Caro mea verè eſt cibus. Dedit ſanguinem in ablutionẽ.Apoc.1.Lauit nos in ſanguine ſuo. Dedit animã in redemptionem.Io.10.Animã meã pono pro ouibus meis. Dedit diuinitatẽ in fruitionẽ.Io.17.Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolũ Deum.Dedit regnũ in poſſeſſionẽ.Matt. 25.Venite benedicti poſ.reg.&c.Item hunc hoſpitem venerabilem debemus ſuſcipere in domum cordis propter vtilitatẽ conſequentem.Nam primò illuminat intellectũ;Ioã.1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Nã ipſe dixit Ioan.8. Ego ſum lux mundi. Dicamus igitur cum Pſalm.Sit ſplendor domini Dei ſuper nos.Nam Deus lux eſt,& tenebræ in eo non ſunt vllæ.1.Io.1.Et qui hãc lucem non ſuſcipiunt,in tenebris peccatorum permanebunt, conquerentes cum Tobia cæco, Quale mihi gaudiũ, cùm in tenebris ſedeo & lumen cœli non video?Tob.5.De talibus dicit Aug. Væ cæcis oculis, qui te æternum lumẽ non vidẽt,de tenebris ad tenebras vadunt,neſciunt vbi corruũt. Secundo vtilis eſt ſuſceptio eius, quia accendit affectum, quia deus noſter ignis conſumens eſt,Deut.4.De quo igne Lu.12. Ignem veni mittere in terram, quid volo niſi vt ardeat? Quo igne fuerunt accenſi duo diſcipuli, Lu.vlt.dicentes.Nónne cor noſtrũ erat ardens in nobis,&c.Tertiò,eius

ſuſceptio eſt vtilis,quia ditat nos virtutib.qui eſt theſaurus in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſciētiæ ſunt reconditi. Col.2.Ipſe eſt fons omniū bonorū.Tob.10.In te omnia. De quo Aug.Qui Deū habet,omnia habet.Sap.7.Venerūt mihi omnia bona pariter cū illa.Quartò,vtilis eſt eius ſuſceptio in domū ſpirituale,quia reficit ſpiritualibus cōſolatio nibus.Vnde Matt.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos,ſ. conſolatione ſpirituali per gratiā,& æternaliter per gloriam.Prou.10.erit vita gratiæ tuæ & gratia coronabit te.iuxta illud Eccl.32.Ornamētum gratiæ accipiet coronā.Prou.11.Mulier gratioſa inueniet gloriā.Qualis fuit beata Martha,quæ ſuſcepit Chriſtū dominū in domum cordis,& recepta eſt ab eo in domū gratiæ & æternitatis.Itē ſi volumus dominū Ieſum ſuſcipere in domū cordis,tunc neceſſariū eſt eandem domum prius purgare,iuxta illud 1.Reg.7. Præparate corda veſtra domino. Primò per mentis purificationē. Greg.Tergat ſordes praui operis,qui præparat Deo domū mentis.Hugo:Ipſe eſt amator munditiæ,cor pollutum peccatis nō poteſt inhabitare. Ideo 1.Reg.2.Deus ſcientiarū dominus,ipſi pręparātur,ſ.cogitationes mundæ.Pſal.21.Tu autē in ſancto habitas.Aug. Mundum inhabitaculum decet te emūdans virtus.Idcirco hæc ſuſceptio Chriſti in domū ſpiritualē figuratur 4.Reg. 4.Mulier Sunamitis dixit ad virū ſuum de Eliſeo:Animaduertò ꝙ vir Dei ſanctus eſt iſte,qui venit ad nos frequēter. faciamus ergo ei cœnaculum paruū, & ponamus in eo lectulum & mēſam,ſellam & candelabrum,& cùm venerit ad nos maneat ibi.Spiritualiter,per Sunamitē intelligitur anima fidelis,volens ſuſcipere Eliſeum, i. Chriſtū. Nam Eliſeus interpretatur Deus meus. Faciamus ei primò cœnaculum paruum,i.cor mundum & ſanctum,quia ſcribitur Sap. 7.In animas ſanctas ſe transfert, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.Sap.1.Secundò,ponamūs ei lectulū,id eſt, quietā & pacificā conſcientiā.De quo Cant.3.Ferculū(i.lectulum portabilem, quod dicitur à fero fers fert) fecit ſibi Salomon, i.Chriſtus de lignis Libani. Libanus interpretatur cādidatio,quia lectulus conſcientiæ debet nitere in puritatis candore,ſi Eliſeus,i.Chriſtus debet in eo quieſcere. Pſal.In pace factus eſt locus eius.Tertiò ponamus ei menſam,i.præparemus cor noſtrum ad miſericordiam:nam vbi paſcuntur pauperes,ibi cibatur Chriſtus.Mat.25.Quod vni

ex

ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Greg. Quod iacenti in terra tribuis, regnanti in cœlo porrigis. Mēsa illius est recta intētio. Eccl. 29. Transi hospes, orna mēsam, s. per rectā intentionē. Cibus mēsæ est voluntas Dei. Io. 4. Cibus meus est vt faciam voluntatē patris. Nā est voluntas patris, vt simus misericordes, vt pater misericors est. Potus illius mensæ est fletus. Ber. Lachrymæ pœnitentiū sunt vinum angelorum, ita ꝙ homo non solum miseretur proximi, sed etiam sui, suā animam cibādo per Dei voluntatē, potando per lachrymarū vbertatē. De quo Ps. Potū dabis in lachrymis, &c. quia dicit Cassio. Lachryma est cibus animarū, corroboratio sensuū, ablutio peccatorū, lauacrū culparū. Quartò, locemus ei sellā, i. sedē humilitatis, in qua requiescit dominus. Isa. vlt. Super quē requiescet spiritus meus? super humilē. Ideo Eccl. 3. Quantò magnus es, humilia te in omnibus. Nā secundū Ber. Humilitas diuinæ gratiæ est familiaris. Quintò, ponamus ei candelabrū, i. amorem verbi Dei. Nam dicit Psal. Verbum tuum domine lumē semitis meis. Sine isto lumine omnis domus mentis est tenebrosa. Sap. 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei. Ideo Sap. 7. Proposui pro luce habere illam, speciosior est sole. Propter quod hortatur Gregorius super Ezec. Omnes qui viam vitæ desiderant, verba vitæ audire debēt. Ista omnia habuit Beata Martha, per quę meruit Christū in domum spiritualem suscipere. ¶ Secundò, debemus Christum suscipere in domum materialem in persona pauperis. Matthæi 10. Qui vos recipit, me recipit. Ideo 1. Pet. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione estote. Et hospitalitas pertinet ad omnes Christianos hospitia habētes, vt habetur 32. q. 7. c. Offerebat. Maiori ratione inter Christianos est opus latæ charitatis. Et extendit se ad omnes indifferenter. De quo Chrysost. 24. dist. Quiescamus ab hac absurda curiositate, vt simus personarū acceptatores in hospitalitate. Nā Abraham circa omnes se ostendebat, si scrutator esset, tunc refugientes ad se angelos hospitio non recepisset. Ideo Luc. 6. Omni petenti te tribue. Rationem assignat Chrys. Non ex vita eorum quos recipis tibi mercedem tributurus est dominus, sed ex voluntate, misericordia, & bonitate. Aug. Discite Christiani sine distinctione exhibere hospitalitatē, ne fortè cui domum clauseritis, & humanitatē negaueritis, ipse sit Christus. Ideo Heb. 13. Hospitalitatē sectantes & nolite obliui-

ſci.Idcirco hoſpitalitatẽ debemus hîc exercere,vt in futuro poſſimus hoſpitium habere.De quo Aug.Prębe tectum,accipe cœlum.Per hanc quidam Deo placuerunt angelis hoſpitio receptis.Super quo Orig. Domos hoſpitales ingreſſi ſunt angeli, domos verò hoſpitibus clauſas ignis & ſulphur accendit.Ideo Orig.ſuper Gen.lib.5.Audite qui peregrinis domũ clauditis,qui hoſpitem vitatis.Loth in Sodomis habitauit,alia eius bona geſta nõ legimus, quàm ꝙ angelos hoſpitauit,& incendia ignis euaſit. O quàm meritorium eſt hoc opus miſericordiæ! Primò,quia in hoc bono locabuntur hoſpitio in futuro,quia in paradiſo dicetur eis illud Luc.23.Hodie mecum eris in paradiſo.Ibi bene cibabuntur,iuxta illud Sap.16.Panem cœli præſtitiſti eis,omne delectamentum in ſe habentem. Secundò,melius potabuntur,de quo Pſ.35.Torrẽte voluptatis tuæ potabis eos.Apoc. 16.Sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Tertiò,honorificè cubabuntur.Can.1.Lectulus noſter floridus. Quartò in claro & lucido cubiculo collocabũtur.Apoc.21.Ciuitas illa non eget ſole,neq; luna, vt luceant in ea,nam claritas Dei illuminabit illam.Quintò,requies ſine ſtrepitu dabitur eis, de quo Iſa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,& in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulenta.Sextò, lætum hoſpitẽ habebũt,ſ.dominũ Deum.Iſaiæ 35.Videbunt gloriam domini Dei noſtri,& Ieſum filium eius, qui tranſiens miniſtrabit illis.Lucæ 12.Ibi adimplebitur dictũ Bern. Plenum erit omni dulcedine videre hominem & hominis conditorem.Ecce quàm magna eſt merces & gloria hoſpitantiũ peregrinos.De quo Chryſ.ſuper illo verbo,Qui recipit iuſtum in nomine meo,mercedẽ iuſti recipiet. Qualem mercedem habet qui propter Deum peregrinatur,talem habet qui ſuſcipit peregrinantem,& fiunt ambo æquales qui propter Deũ refrigerat,& qui propter Deum laborat,& maioris eſt meriti,quàm ꝙ homo ſeipſum acriter caſtigaret.

De aſſumptione beatæ Mariæ Virginis.

ENARRATIO II.

I*Ntroduxit me rex in cellam vinariã,exultabimus & lætabimur in te.* Cant.1.In verbis præmiſſis duo innuuntur.Primò, beatæ virg.Marię aſſumptio glorioſa:ibi, *Introduxit me rex,&c.* Id eſt,in infima gaudia,quę aliis ſpiritib.occultãtur. Secundò ſubiungitur ſuorum donorum congratulatio iubiloſa, ibi, *Exultabimus & lætabimur in te*,i.cõgaudebimus honori tuo.

¶Dixi,

¶ Dixi, primò innuitur virginis assumptio gloriosa. Hæc glorificatio notatur ex tribus. Primò, ex assumptionis loco. Ipsa enim habet singularem felicitatē ex loco, quia fuit introducta in diuina cellaria. Ex modo habet singularem iucūditatē: quia fuit ad intima cœli gaudia introducta. Ex ministerio habet singularem dignitatē, quia nullus angelorū fuit dignus eam introducere, nisi solus rex regum & domi nus dominantium, de quo, *introduxit me rex in cellam vinariam.*

¶ Nota, B. Virgo Maria in triplex cellariū fuit introducta, s. gratiæ, sapientiæ, & gloriæ. De primo Deut. 28. Emittet dominus benedictionē super cellaria tua, i. multitudinē gratię. O quàm profundè introduxit eā Deus in cellarium gratiæ? Prou. 3. Torcularia tua, i. potentiæ animæ, vina dabunt, s. gratiæ. Ber. Quis multitudinē & altitudinē gratiæ eius inuestigare poterit? Nam ipsa dotata est altiori & perfectiori bono omniū gratiarū. Ecc. 24. In me omnis gratia vitę & veritatis. q. d. Omnē gratiā omnibus hominibus ad præsentē vitam necessariā, & ad futuram misericorditer sum cōsecuta. Vnde potuit dicere illud Eccl. vlt. Videte, quoniā non solum mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem. Ideo Eccl. 24. Trāsite ad me omnes, qui concupiscitis me. Ber. Maria sinū pietatis omnib. aperit, ipsa est benigna thesauraria, cui cōmisit Deus thesaurū gratiæ & misericordię. Ideo dixit ei angelus, Aue gratia plena Luc. 1. Ber. De plenitudine eius accipiūt vniuersi. Aeger curationē. &c. Orosius, Quos nō saluat Dei iustitia, saluat Mariæ misericordia infinita. Ab hoc vino gratiæ corroborata est in merito vitę, qa de quanto gratia maior, de tāto opus meritoriū copiosius. Et sic ipsa excellit alios sanctos in domo gratiæ & in merito. Prou. vlt. Multę filiæ regum cōgregauerūt diuitias, quas tu supergressa es vniuersas. Nam dicitur Matth. 10. Si quis prophetā hospitio acceperit, mercedem prophetæ accipiet: qui accipit iustū, mercedē iusti accipiet. Quid illa meruit, quæ filiū Dei nō solùm in hospitio terrestri, sed & in hospitio corporis & animæ suscepit? Si meretur ille qui dat pauperi indumentū, quid illa quæ filio Dei dedit carnis indumentū? Si meretur qui dat pauperi cibū, qd illa quæ de virgineis vberib. filio Dei dedit alimentū? O quàm sublimia merita, qa in actiua & cōtēplatiua vita se sublimiter exercuit, qa simul, alij tamē successiuè, sed simul & semel vtraque vita est ei donata, vt infans ab ea aleretur, intus Dei

filius cõtẽplaretur. Ideo hodie legitur Euãgeliũ de Martha & Maria, ad designandũ, ꝙ ipsa in vtraq; vita fuit perfecta. Nam ipsa habet perfectiorẽ dispositionẽ, & etiã perfectiorem exercitationẽ & rectã intentionẽ. Primò, perfectiorem dispositionẽ. Diceres, Quæ disponũt hominẽ ad vitam actiuam? Respõdetur: Primũ est conscientiæ puritas, quia dicit Gregorius, Nulla bona à Deo acceptãtur, quæ malorũ admixtione maculantur. Nã licet multa facit nõ est acceptũ, nisi homo prius sit acceptus. Greg. Nõ placuit Abel ex munere, sed munus ex Abel: q̃d prodest Deo dare sua, seipsum diabolo? Nã nihil poterit fore Deo gratũ, dum ipse ingratus est per mortale peccatũ. Eccl. 9. Qui in vno offendit, multa bona perdit: ideo oportet, ꝙ sit purus in cõscientia. Quis vnquã fuit maioris puritatis & dignitatis, quàm ipsa? Ansel. Ea puritate nitebat, qua maior sub deo intelligi nequit. Can. 4. Tota pulchra es, &c. Ber. In puritate transcẽdit omnem angelicã & omnẽ cœlestem creaturam. Secundũ quod requiritur, est recta intẽtio. Greg. Vigilanti pura intẽtio est pensanda: quia dicit Alexãder papa, 15. q. 6. si sacerdotibus. Non solùm sunt attendenda ea quæ fiunt, sed quo animo fiunt. Greg. Cor & non substantiã pensat Deus. Sed quæ meliorem intentionẽ habuit, quàm ipsa? Ber. Ipsa intendit in Deum & propter Deum, quæ non solùm in corpore, imò & spiritu exultauit in Deo, dicens, Magnificat anima mea dominum, &c. Ideo potuit dicere illud Psal. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Tertiò requiritur, quòd homo non totaliter sit actioni deditus, sed interiores vires & affectus debent Deo dari. Bern. Fidelis anima præ oculis habet non tantùm quid agat. Eccl. 23. Fili præbe cor tuum mihi, quasi diceret, Quibuscunq; exercitiis membra foris dederit, volo vt cor cũ affectionibus mihi vacet. Ideo multum improperat his qui nimium se dant operibus exterioribus. Iere. 49. Præ solicitudine quiescere non potuerunt. De talibus dicit Bernard. Non ea die debent se æstimare cœlicè vixisse, in quo nihil recolunt meditando cœleste coegisse. Sed quis magis Deũ in omnibus operibus præ oculis habuit, quàm ea quæ deiformis fuit? Bern. O quàm familiaris es facta domino, ô domina quàm ꝓxima, quàm intima, ipse apud te manet. Vnde tu eum cùm vestis substantia tuæ carnis, ipse te vestit sua gloria maiestatis. Nam eam per gratiam nunquã reliquit. Bern. Christus repleuit Marię

ventrem

ventrem & mentẽ, vt quãuis recessit à ventre nunquam tamen à mente. Idcirco habuit bonã dispositionẽ ad actionẽ. Item secundum meliorẽ dispositionẽ habuit perfectiorem actionẽ. Nã dicit Greg. super Ezec. Actiua vita est, esuriẽti panem tribuere, &c. & sic ipsa perfectiori modo quàm alij. Ansel. in Homil. de Assumpt. Alij suscipiunt hospitẽ quemlibet, ipsa Dei filium: Alij in domo, ipsa in vtero: Alij veste corporali, ipsa veste carnali induit ipsum. Alij cibo & potu exteriori, ipsa & Deum & hominẽ lacte virginali. Alij infirma mẽbra aliorũ leuant, portãt, &c. Ipsa in infantili ætate ipsum leuauit, balneauit, & portauit, ipsa vinctũ in cruce visitauit, ipsa in morte affuit & in sepultura. Ideo legitur hodie, Martha satagebat circa frequẽs ministeriũ. Item ex vino gratiæ ipsa roborata. Contemplatiua vita figurata est per Mariam, quæ sedens secus pedes domini audiebat verbũ illius. Anselmus: Non tantum ad pedes, sed etiam ad caput residẽs, seruabat omnia verba magorũ, pastorum, & angelorũ, conferens in corde suo. Beda in Homil. Vita cõtemplatiua est charitatẽ Dei & proximi tota mẽte retinere, & ab exteriori actione quiescere, soli desiderio cõditoris inhęrere, & ad videndum faciẽ creatoris exardescere. O quis magis exardescebat in dilectiõe creatoris, quàm eius mater? Ecclesi.24. Ego mater pulchræ dilectionis. Ambro. Sicut ferrum in ignem missum efficitur totum igneum, sic ipsa in igne dilectionis: & quia meritum causatur ex amore, ipsa potest dicere illud Canticorum 3. Nuntiate dilecto meo, quia amore langueo. Quòd autem meritum stat in dilectione, Gregorius, Non numerositas operum, non diuturnitas temporum, sed maior charitas auget pręmium & meritum. Bernardus, Qui plus diligit, plus accipit. Et sic ipsa præ omnibus aliis hominibus.

¶ Secundò, introduxit eam in cellarium diuinæ sapientiæ. Prouerb.3. Doctrinis implebuntur cellaria eius, scilicet sapiẽtiæ. Zach.9. Quid dulcius & pulchrius, quàm frumentum electorum & vinum germinans virgines? id est sapientia diuina, quia perfectè à Deo potata facit dulciter & suauiter de Deo sapere. Ansel. Quis dignè loquitur de ea? quàm dulciter, q̃ sublimiter sapiebat de Deo? quia thesaurus sapiẽtiæ requieuit in ea. Gre. Quid nõ de Deo sapiebat, in qua Deus & sapiẽtia eius latebat, ita vt mirarẽtur angeli? Cant.6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens,

ſurgés, electa vt ſol. Pſal. 50. Incerta & occulta ſapiētiæ tuæ manifeſtati mihi. ¶ Tertiò, introduxit eam in cellariū vinarium gloriæ. De quo Pro. vlt. Date vinū his, qui ſunt amaro corde, vt obliuiſcātur egeſtatis ſuæ. Hoc vinū eſt clarū & perſpicuū, quia ibi clarè vidēt faciē Dei. Hoc vinū lætificat cor hominis. Ad hoc cellariū vinariū hodie eſt introducta. Videamus de modo quadruplici. Primò, cū regio decore, de quo Apoc. 12. Mulier amicta ſole. Ecce palliū regale: luna ſub pedibus eius, i. omnes defectus, ecce ſcabellum pedum. In capite eius corona ſtellarū duodecim, i. duodecim prærogatiuæ præ omnibus ſanctis, ecce regale ſertum. Prima ſtella, i. primū prærogatiuum, quia ab initio mūdi præfigurata. Eccl. 24. Ab initio & ante ſecula creata ſum. Secunda ſtella in vtero ſanctificata. Bern. Proculdubio ſancta antequam nata. Tertia ſtella eſt, ab angelo reuerēter ſalutata. Luc. 1. Aue gratia plena, quod nulli conceſſum eſt. Quarta à potētia patris obūbrata. Luc. 1. Virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Quinta ſtella à ſpirituſancto fœcūdata. Luc. 1. Spirituſſ. ſuperueniet in te. Sexta, quia in cōceptu non grauata. Aug. Quia portabat à quo portabatur. Ber. Illa ſola grauedinem non ſenſit, quæ ſine libidinoſa voluptate cōcepit. Septima in partu à dolore præſeruata. Iſa. vlt. Quis vnquā vidit tale vel audiuit huic ſimile? ſ. antequā parturiret peperit. Bern. Nouā prolem nouo modo edidit, ideo aliena ab omni dolore permāſit. Octaua ſtella in partu inuiolato. Vnde canit Eccleſia: Sicut ſydus radium parit, virgo filium pari forma. Ideo Aug. dicit: Filius tuus, ô virgo fœcūditatē tibi tribuit, & virginitatis gloriam nō abſtulit. Nona ſtella, quia prima eſt, quę virginitatē vouit, vt dicit S. Tho. par. 3. q. 28. Et magis ſunt opera laudabilia quę ex voto celebrātur, vt patet in 2. 2. Sicut qui dat arborē cū fructu maius dat. Decima ſtella, ꝙ omnibus gratiis eſt dotata. Hier. Cæteris ſanctis gratia per partes præſtatur, Mariæ tota ſe infundit gratiæ plenitudo. Vndecima, omnib⁹ virtutibus adornata. Hier. Nullo genere virtutū vacauit, cui angelus plenitudinē gratiæ promiſit. Duodecima, hodie ſuper omnes angelos exaltata. Vnde canit Eccleſia: Exaltata eſt ſuper oēs choros angelorū ad cęleſtia regna. Eccl. 24. Sicut cedrus exaltata ſum. Figuratur Gene. 8. Arca Noe requieuit in mōtibus Armeniæ. Eccl. 24. Ego in altiſſimis habito. Ecce quomodo introducta eſt cū regio decore. Secundò, introducta eſt cum magna

glor

gloria & honore, quia Christus rex regũ & cœtus angelorũ conuenerunt. Ber. Creditur ꝙ militia angelorũ, & Saluator per se festinãs occurrit, & cũ gaudio in suo throno collocauit. Eccl. 24. Sicut cedrus, &c. Raban. Sicut cedrus est omniũ arborũ altissima, sic Maria cęlestiũ & terrestriũ domina & regina. Ber. O benedicta inuẽtrix omnis gratiæ, quis altitudinem gloriæ tuæ valeat inuestigare? Damasc. Si laudem gloriæ eius scribere volumus, deficiũt verba, quibus sufficiẽter scribere valeamus. Ber. Christi generationẽ & Marię assumptionẽ quis enarrabit? Nam quantã gratiã adepta est in terris præ cæteris, tantã gloriã obtinet in cœlis. De quo 1. Cor. 3 Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligẽtibus se, quid præparauit gignẽti se & præ omnibus diligẽti? Ideo canitur hodie, Qua gloria in cœlis ista Virgo colitur, &c. Tertiò, fuit introducta cũ cantu dulcissimo. Figuratur 2. Reg. 6. Dauid & omnis Israel conducebat arcã cũ iubilo. Dicitur eñ Luc. 15. Gaudiũ est angelis super vno peccatore, &c. Quale fuit hodie gaudiũ angelorũ conducentiũ reginã cœli & terræ ad regna cœlorũ. Ideo canit Ecclesia: Assumpta est Maria in cęlũ, gaudẽt angeli, laudãtes benedicunt dominũ. O non solùm angeli, sed & gaudet filius, quia mater honoratur: gaudent angeli, quia domina eorũ exaltatur: iusti, quia salus eorũ augmẽtatur. Ber. Quis cogitare poterit, q̃ gloriosè hodie regina processit? Quartò fuit introducta cũ priuilegiali beatificatione, quia cũ corpore & anima. Aug. 12. de ciui. Dei. Sicut Christus est glorificatus in corpore & anima, ita piè credẽdũ est, ꝙ Virgo beata est beatificata in corpore & anima, tã in dotibus aĩæ, q̃ corporis glorificata. ¶ Primò hoc cõpetit diuinæ potẽtiæ, si potuit eã cõseruare in virginitatis pudore, cur nõ incorruptam à putredine? cùm dicat Psal. 134. Omnia quæcũque voluit fecit. Secũdò, cõuenit suæ sapientiæ, quia sapiẽs architector facit relucere sapientiã suam in domo propria in qua eligit habitare, & sic hîc Prou. 9. Sapientia ædificauit sibi domũ, & excidit in ea columnas septẽ, i. septẽ dona spiritussancti, quomodo diceretur Cantic. 4. Tota pulchra es, quia sapiẽs architector intus extra ædificat domũ ornãdo, & si ita eã ornauit in vita, credendum est quòd & in morte. Tertiò, cõuenit diuinæ iustitiæ, iustũ enim est qui aliorum sanctorum corpora, imò etiam tormenta, vt sunt crux, claui, & corona, in tanto honore haberi facit in terra: corpus

quoque matris in maiori honore haberi faceret in terris, si esset, sed nõ est, sed in cęlis. Si crux in qua Christus ad tempus requieuit, in tãto honore habetur, in quãto honore deberet haberi mater, de qua carnẽ suscepit, & in ea nouem mensibus requieuit? Si in tãto honore fuit arca figuratiua, quãto arca sanctificatiua, in qua vrna aurea, i. humanitas, & mãna, i. diuinitas latebat? Aug. Si de suis ministris dixit Ioã. 12. Vbi ego sum, ibi & minister meus erit: si ibi Maria, nũquid in æquali gloria vbi Dei iustitiæ decuit, vt quę vltra oẽs sibi ministraret, vltra omnes ministros eã exaltaret? Quartò cõuenit diuinæ bonitati. Boni filij est honorare matrẽ in vita, & in morte vltra alios, modò di. Aug. Diuina voluntas elegit inter igneas flãmas vestimẽta puerorũ cõseruare illęsa, cur nõ in matre propria? Tãtũ thesaurũ dignius est seruare cœlũ quàm terrã, illud sanctissimũ corpus datũ esse vermibus dicere pertimesco, & sentire non valeo. Ideo Psal. 131. Surge domine in requiẽ tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. ¶ Sed diceres: Quo tẽpore post Christi ascensionẽ factũ est? Respon. Vincent. in speculo histor. anno 12. post Christi ascensionẽ. Sed diceres: Quare tandiu misit eã in terris, ꝙ non statim assumpsit? Respon. propter quatuor. Primò, propter fidelium eruditionem & consolationem in multis, quæ sibi specialiter constabãt. Ipse enim Matth. dixit de Magis & stella, & Innocẽtium occisione. Et Lucas de missione Gabrielis, & de cæteris, quæ conceptionẽ & natiuitatẽ concernentia scripsit. Ideo Hier. Christus post ascensionem virginẽ misit in terris, vt apostolicus grex erudiretur de his, quæ viderat & audierat. Secundò, remãsit in terris in testimonium filij veritatis. Tertiò, propter fidei augmentationẽ. Ber. in Homil. super Stabat: Post ascensionem Christi, quasi ad lumina sanctorũ, ita ad virginem Mariam adhuc in carne viuentẽ fuit peregrinatio fidelium, cupientium videre illud cœleste, fidele, & diuinũ prodigium. s. humanitatis & deitatis. Vnde Ignat. in epist. ad S. Ioan. rectè virgo Maria post ascensionẽ filij manere debuit, vt Ecclesiam inter vndas persecutionũ verbo & exemplo cõfirmaret. Vnde Ber. Rectè matrẽ misit in mundo, vt vtraq; portio Ecclesiæ, s. militans & triumphãs visibili & inuisibili frueretur solatio. Illa in Christo assumpto, ista in matre relicta in mundo. Gaudiosum fuit matrẽ videre in terris habẽtem filium præsidentem in cœlo. Quartò, propter eius meriti

augmen

augmentationem & cõplexionem. Item B. Virgo instante hora mortis, vt dicit Dion.in diuin.nominib.optabat omnes apostolos interesse dormitioni eius:& factũ est instante hora mortis fuit rapta super se in lumen deificũ quoddã, sicut frequenter rapiebatur:in quo efficiebatur insensibilis quantũ ad vires & potẽtias alligatas corpori:& sic facta est solutio & oculorũ fractio sine sensu doloris,& in tali raptu fuit Christus cum curia angelorũ præsens. Et dicit Diony. Vnumquẽque apostolum in laudẽ Christi & Virginis sermonẽ fecisse.Et sic corpus eius nõ statim ductũ fuit in cellariũ cœlestis Hierusalẽ,sed per aliquod tẽpus in valle Iosaphat collocatũ,& sic fuit ad tẽpus veraciter mortua, nec ista morte à lege cõmuni exẽpta. Ad Hebr.Statutũ est omnibus hominibus semel mori:Ideo canit Ecclesia: Mortem subiit temporalem,nec tamen mortis nexibus deprimi potuit.Hiero.in sermone:Certũ est ipsam migrasse à corpore. Eius sepulchrũ monstratur in vallis Iosaphat medio,vbi fabricata est Ecclesia miro modo tabulata, i.depicta. Modus autẽ mortis eius fuit,quod mente ipsius suspensa in contẽplatione suauissima corporis virtute paulatim deficiebat, tandẽ sine dolore nõ contẽplatione interrupta anima corpus deseruit, quia magna dulcedo contemplationis potuit absorbere omnẽ dolorẽ corporis.Item Dion.loquẽs ad Titum,dicit:Nos,vt nosti,& tu ipse multorũ sanctorũ fratrum cõuenimus ad visionem corporis vitæ principis. Erat enim primò Iacobus frater domini,& Petrus vertex, & honorabilissima theorematũ,i.theologorũ summitas. Secundò,honorabiles exequiæ resonabant.Tertiò,ipsa immediatè post mortem surrexit,nec apostolis vidẽtibus.Et quia Dion.fuit præsens,nõ scripsit ista miracula,quæ solẽt legi in Apocry. quæ ascribũtur Ioan. Si enim Dion.vel Ioan.illa miracula scripsissent, etiã Ecclesia illa nõ obticeret in diuino offic.

¶Dixi secũdo subiũgitur nostra cõgratulatio gloriosa,ibi: *Exultabimus & lætabimur in te.*Et meritò debemus gaudere in eius gratia & gloria ꝓpter tria. Primò,quia hodie facta est cellaria in cellario gloriæ propinãs omnibus vinũ gratiæ. Ecc.24.Ego quasi fluuius Dorix, & quasi aquęductus exiui de paradiso,refundẽs sine interuallo aquã viuã.Rich.de S. Vict.Nihil à throno diuini muneris descẽdit,quod ꝑ Marię manus non transit. Secundò,exultare debemus quia hodie ipsa facta est aduocata generis humani.de qua canitur:Eia

ergo

ergo aduocata nostra. Bonus aduocatus in se debet habere quatuor. Primũ, diligentiã: secũdò, potentiã: tertiò, sapiẽtiã, vt sciat leges: quartò, corã familia regis reuerẽtiã. Ista quatuor tãgit Ps. 44. de virgine bened. di. Astitit. Ecce quãta diligẽtia, & nõ recedit. Ideo recordare virgo mater, dũ steteris in cõspectu Dei, vt loquaris pro nobis bona. Item dicit regina, Ecce quãtæ potẽtiæ mater regis. Eccl. 24. In Hierusalẽ potestas mea. O quãtæ potestatis, cùm dicit, à dextris, nõ sub pedibus. Figuratur 3. Reg. 2. Salomõ occurrit matri, & iuxta se locauit ad dexterã, dicẽs: Neq; fas est tibi denegare, pete quid vis. Hier. Hæc est dies, in qua Saluator noster festinus occurrit matri, & in solio regni post Christum resedit. Subdit: In vestitu deaurato. Ecce quãtę sapiẽtiæ. per aurũ enim sapiẽtia intelligitur. Cęteri sancti habuerũt partẽ sapiẽtiæ, sed nullus fuit ita vestitus diuina sapiẽtia, sicut ipsa. Subdit: Circũdata varietate. Ecce quãtę reuerentiæ in familia regis. Multæ familiaritates colorũ virgini faciunt indumentũ. Color aureus apostolorũ, rubeus martyrum, viridis confessorũ, albus virginum. Omnes isti circundabant eam. Vnde canit Ecclesia: Sicut dies verni circũdabant eam flores rosarũ. Figuratur 3. Re. 10. Regina Saba cũ multo comitatu venit in Hierusalẽ. Tertiò, exultare debemus; quia hodie facta est paradisi ostiaria, iuxta illud quod canit Ecclesia: Felix cęli porta. Istã portã, quã Eua clausit, ipsa aperuit. Vnde canit Eccle. Paradisi porta per Euã cũctis clausa est, sed per Mariã virginem iterũ patefacta est. Ipsa nos suis meritis introducit. Pro. vlt. Laudãt eã in portis opera eius, quia sancti per eius merita introducũtur. Ignat. Impossibile est aliquẽ saluari peccatorẽ, nisi per tuum auxiliũ & fauorem. Ideo exultemus. Hier. Hodie gloriosa virgo Maria cęlos ascẽdit, gaudete. Nã hodie regina mũdi de præsenti seculo nequã eripitur. Iterũ dico gaudete. Lætetur omnis orbis, hodie nobis salus est aucta interueniẽtibus Marię meritis. Nã si Deum in sanctis laudare iubemur, magis in eius matre. Nã sicut hæc virgo est incõparabilis cæteris virginibus, ita hæc festiuitas ęst omniũ festiuitatũ suprema. Hęc ille. Haymo super Apoc. O quàm gaudens erit eius obitus qui Mariæ dum vixerit, fuit sedulus & deuotus minister.

¶ *De S. Bartholomæo.* ENARRATIO I.

F*Acta est contentio inter fratres.* Luc. 23. In sum. Euangel. tria innuũtur. Primò, discipulorũ carnalitas in contẽtione.

Secun

Secundò Saluatoris fidelitas in correctione,ibi : *Reges gentiũ*. Tertiò prẹmiorum multiplicitas in promissione,ibi: *Ego dispono*. De primò dicitur: *In suo tẽpore*, s.post cœnã, *facta est contentio quis eorũ esset maior*. Habemus experientiã, vbi chordę simul cõueniũt, dulcis redditur melodia, vbi autẽ dissonant, discrepãs sonus efficitur: sic si corda hominũ simul existentiũ conueniũt in vnũ, est dulce melos in aure dñi. Ecc.25. In tribus beneplacitũ est spiritui meo, concordia fratrũ, amor primorũ, vir & mulier sibi cõsentiẽtes. Ps.43. Ecce quã bonũ, & q̃ iucundũ, habitare fratres in vnũ. Ioã.17. Pater rogo, vt hi vnũ sint. Si autẽ sunt discordes, est confusus sonus in aure dñi. 1. Cor.11. Si quis videtur cõtentiosus esse, nos talẽ consuetudinẽ nõ habemus. 2. Tim.2. Seruũ dei nõ oportet litigare. Ps. Qui habitare facit vnanimes in domo. Nota triplex est contetio, s. vitiosa, periculosa, & fructuosa, prima vitiosa, s. cõtra deũ, vt cùm mali contradicũt volũtati dei: vt canis nõ ligabilis, si ducitur in lassa, leuiter latrat, & contradicit: & sic mali. Tales fuerũt filij Israël, Deut.21. Sẽper cõtentiosi fuistis cõtra dñm. Sed nõ est cũ eo cõtendendũ. Primò, qa potẽtissimus nõ potest cõtendẽdo superari, nec homo potest in hoc lucrari. Iob 27. Nunquid qui contẽdit cũ deo, tã facilè acquiescit? Iob 9. Quis restitit ei & pacem habuit? q.d. nullus. Eccl.8. Non litiges cũ homine potẽtiori te. Sermo eius potestate plenus, nec ei dicere potes, cur ita facis? Ecc.27. Abstinete à lite, quoniã fomes peccatorũ. Secundò sapiẽtissimus, ideo opus suũ nõ debet calũniari. Ps. Omnia in sapiẽtia fecisti. Ecc.27. Nõ contendes cũ viro locuplete. Tertiò quia optimus nihil mali facit. Mar.7. Bene fecit omnia. Dionys. Optimi est optima facere. Ideo Prou. 3. Nõ contendas aduersus dñm, cùm ipse tibi nil mali fecerit. illo modo discipuli non cõtendebant contra dñm, vt ait Beda, sed ex humilitate, vt inter se quærerent quis aptior esset ad tenendũ Christi locũ. Alia est contentio vitiosa, quę fit cõtra proximũ. Et talis oritur multis modis. Primò ex superbia. Pro.13. Inter superbos semper iurgia, quia superbus nõ vult habere similẽ. Pro.11. Vbi fuerit superbia, ibi contumelia. Hug. superbia est elatio vitiosa, quæ inferiorem despicit, superioribus dominari quærit. Secundò causatur ex auaritia. Iac.4. Vnde bella & lites? ex cõcupiscẽtiis vestris. Vnde 11.q.3.c.ira. Dñs misit apostolos prædicare sine pecunia & virga, vt remoueretur incentiuũ litis & instrumentũ

vltionis. Seneca: Si hæc duo pronomina meũ & tuũ tollerentur de medio, omnia essent quieta. Vbi autẽ auaritia, ibi contentio. Seneca ad Neronẽ: Auaro deest tam quod habet, q̃ quod nõ habet. Secundò propter ebrietatẽ. Pro. 20. Luxuriosa res vinũ, tumultuosa ebrietas. Hiero. 35. di. venter: Vbi ebrietas dominatur, ibi furor. Tertiò, causatur cõtẽtio ex praua opinione. Pro. 16. Homo peruersus suscitat lites, s. q̃ spiritũ suũ vult præferre alij. Pro. 14. Labia stulta immiscẽt se stultis rixis. Et tũc necessaria est sapiẽtia. Pro. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiã suã. Gl. Si incorrigibilis est, ne efficiaris ei similis, quia stultũ est talibus respõdere. Nã dñs nõ respondit Herodi nec Pilato. Si autẽ corrigibilis est, respõde stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi videatur sapiens: Ideo vitanda est cõtentio, eò ꝙ facit hominem carnalem, & nõ ostẽdit eũ spiritualẽ. 1. Cor. 3. Cùm inter vos sit zelus & cõtentio, nónne adhuc carnales estis, & secundũ hominẽ ambulatis? Ideo Aug. Lites & cõtentiones non habeatis, nec de festuca faciatis trabẽ, & animã faciatis homicidam. 1. Io. 13. Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Secunda contentio est periculosa, qua Deus contendet cùm venerit ad iudicium cũ peccatoribus. Ioel. 3. Congregabo oẽs gentes & ducam eas in vallẽ Iosaphat, & disceptabo cum eis. Similiter sicut dñs cũ dispensatore suo de reddenda ratione est periculosa cõtentio. Hoc considerans Iob 23. Nolo vt multa fortitudine mecũ contendat, nec magnitudinis suæ mole me premat, q. d. Si ista strictè cõputat, quis subsistet? Iob 9. Si voluerit homo cõtendere cum eo, non respõdebit vnum pro mille. Ideo per eleemosynas & lachrymas pax componenda est. Matth. 5. Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via, ne fortè tradat te iudici. In hac contentione erunt apostoli iudices. Matt. 19. Sedebitis super sedes, &c. Hos scabinos debemus nobis facere amicos & placabiles dando xenia eleemosynarum & orationum. Iuxta illud poëtæ,

Munera (crede mihi) placant hominésque deósque.

Tertia cõtentio est fructuosa, s. cõtendere cõtra mundũ, carnẽ, & diabolũ. Luc. 13. Contendite per angustam portam. Chrys. super Mat. Perditionis est diabolus. Porta vitæ Christus. Ps. Hæc porta dñi, iusti intrabunt in eã. Sed arcta, quia pauci viuunt Christianè, multi mundanè. Ideo sicut ducentes nauẽ sursum contra aquã, sic nos oportet contendere contra mundum. Mat. 11. Regnũ cœlorũ vim patitur, & violenti

lenti rapiunt illud. Et sic contēdit S. Bartholomęus: sic & nostra contentio non debet esse vitiosa & carnalis, vt discip. quis eorū videretur maior esse, illa quippe contentio processit ex elatione. Nā cùm audissent alij discipuli Petro promissas claues regni cœlorū, Mat. 16. matrē quoq; filiorū Zebedæi petisse statū dignitatis pro filiis, sentitur aliquid humanū, quia illi volebant se præferre aliis, ideo contendebāt quia adhuc carnales erāt, & spiritusancto nondū tanta plenitudine impleti, sicut postea. Et sic nos secundū Bedā contendere debemus quō in cœlo magni fieri valeamus, hìc per meritū, ibi in præmio apud deum, quia in domo patris mei mansiones multæ sunt. Ioā. 14. Item multa sunt exercitia per quæ apud deū magni fieri possumus. Primò per dei timorē. Iudith 16. Qui timent te, magni erunt apud te per omnia, i. per omne tempus, hìc in merito, ibi in futuro in præmio. Ideo Ps. 133. Timete dn̄m oēs sancti eius, nil deest timentibus eū. Tob. 4. Habebis multa bona, si timueris deū. Bern. In veritate didici, nihil ita efficax ad gratiam promerendam, nutriendam, & conseruādam, sicut timor dei. Ideo Iob 31. Semper quasi tumentes super me fluctus timui deū, propter reuerentiam eius. Secundò propter diuinum amorem. Aug. Talis vnusquisq; erit, qualis sua dilectio, si valdè diligit, magnus est, si nihil diligit, nihil est, non numerositas operum, non diuturnitas temporum, sed maior charitas auget præmium. Sunt enim tria in amore diuino, propter quę magnificantur amantes. Primò, quia cōtinent deum 1. Io. 4 Deus charitas est, & qui manet in charitate, &c. Deus est adeo magnus. Ps. 144. Magnus deus, & magnitudinis eius non est finis. Secundò, continent in se virtutes. Charitas est omnium virtutum mater & custos, quia sicut Deus in se continet omnia, sic charitas omnes virtutes. Hugo: Charitas omniū virtutum obtinet principatum. Philoso. Qui habet vnam virtutem, habet omnes. Tertiò continent humilitatis decorem, quia quantò in oculis nostris sumus humiliores, tantò oculis Dei maiores. 1. Reg. 15. Nónne cum paruulus eras in oculis tuis, caput in Israël factus es? Luc. 18. Qui se humiliat exaltabitur. Ber. De quāto quis sibi vilior, tanto in oculis dei pretiosior. Ideo Chrys. Docuit discipulos humilitatem corrigens elationem, dicens: *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur*, quasi omnia bene facerent, licet non sic. Vos autem

non ſic debetis penſare dominationm veſtram, *ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut qui miniſtrat*, hoc eſt, qui hîc humilior, ibi erit maior. Ecc.3. Quantò magnus es, humilia te in omnib. Tunc ſubdit, *quis maior ſit, qui recũbit aut qui miniſtrat? nónne qui recũbit?* q.d. ſic eſt ſecundũ iudicium humanum, ſed non ſecundum iudicium Dei. Nam qui miniſtrat, ſæpe maior eſt apud deũ, Eccl.35. Rectorem te poſui, noli extolli, eſto inter illos quaſi vnus ex illis. Et ponit ſe in exẽplum, dicẽs: *Ego in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat.* q.d. Si ego dominus intantum me humiliaui, ergo & vos ſerui: ſi ego magiſter, ergo & vos diſcipuli. Chry. Non eſt verus diſcipulus, qui nõ imitatur magiſtrum. non eſt vera imago quæ non eſt ſimilis autori, ergo ſi nobis miniſtrat, nos debemus illi miniſtrare. Aug. Erubeſcat ſuperbire humana infirmitas, cùm ſe depreſſit diuina maieſtas. Gre. Qui in cœlũ vult aſcẽdere, debet ſe humiliare. Dixi, tertiò innuitur præmiorum multiplicitas, di. *Vos eſtis qui mecũ permanſiſtis in tentationibus meis.* Sed diceres, Tamen relicto eo omnes fugerunt. Reſp. Ab eo tẽpore quo collegit eos multa opprobria & contemptus Chriſtus pertulit à Iudæis & aliqui alij qui ſequebantur eũ abierunt retrorſum, vt habetur Ioã.6. Dixerunt multi: Durus eſt hic ſermo. Et poſt hoc ſequitur, Multi diſcipulorũ abierunt. Dixit ergo ad duodecim: Nũquid & vos vultis abire? Reſp. Petrus pro omnibus, Ad quẽ ibimus? verba vitæ habes æternæ, & nos credimus quia tu es Chriſtus filius Dei viui. Ideo rectè dicit: Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ, &c. Et ſi obiicitur ꝙ fugerunt, Mat.26. relicto eo, &c. Reſpondetur ꝙ redierunt, & reputatur pro receſſu. Hinc 3. Reg.2. dicitur: Omnes reges Dauid, Ezechias, & Ioſias non peccauerunt: non ꝙ illi non peccaſſent, ſed quod deus eis omnia peccata dimiſit ac ſi non peccaſſent. Greg.10. Moral. Tantò ſpes ſolidior ſurgit, quãtò grauiora quis pro illo pertulit. Nã in gloria reſurrectionis tollitur quod hîc in tribulatione ſeminatur. De quo ſubdit: *Ego diſpono vobis* mecũ permanentibus, *regnum*. Vt autẽ permaneamus in pugna tentationĩs, debemus obiicere quintuplex ſcutum. Primò ſcutũ fidei. Eph.6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Pſ.90. Scuto circundabit te veritas eius. Ber. Vndique circundati ſumus tentationibus, adeò vt vita noſtra tentatio nominetur. Ideo neceſſe eſt ſcuto domini vndique circundari, ne ſit nobis à dextris & à ſiniſtris, antè & retrò. Secundum, ſi grauis tentatio

tatio irruat, tunc scutum extra nos, s.memoriam passionis dñi in mente habere debemus.Hoc docet scriptura & figura.Figura.Num.23.Filij Israel videntes serpentē æneū,non fuerunt læsi spiritualiter.Sic nos Christū in cruce.Gr.Quicquid propinat aduersitas temporalis,facile erit, si cōsideramus quid biberit Christus pro nobis in cruce,q̨ nos inuitat ad regnū.Ber.Quid durū esse poterit tibi, cùm recordatur fueris quid pro te sustinuit autor mundi? Nā si cōparentus oēs labores seculi & omniū hominū qui sunt, fuerūt & erunt,nihil essent in cōparatione laborū Christi.Vel etiam scutū ante nos,cōsiderantes mortis periculū,districtū iudiciū vbi omnia peccata discutiet.Eccl.7.Memorare nouissima tua,& in æternum non peccabis.Tertium infra nos,hoc est,ad infernū, meditantes & cogitantes:Melius est hîc modicū pati,quā ibi æternaliter dānari, melius est in foro leuiter flagellari, pro quo oportet in inferno æternaliter mallcari.Iob 6.Qui timet pruinā,cadet super eū nix æternę tribulationis.Aug. Nullū malū impunitū, & nullum bonū irremuneratum:ibi virga ferrea,hîc lignea.Ideo Iacob.5.Patientes estote cōfirmantes corda vestra , nā per patientiam transitoriā eliditur pœna æterna. Naum 1. Non consurget duplex tribulatio:afflixi, & nō affligā te vltra. Ber.Non est signū certius euasionis ęternę tribulationis,q̃ quod ait Dauid,Corripiet me in misericordia. Quartū scutū supra nos, vt mentē ad cœli gaudia erigamus,cogitantes dei fruitionē, & mansionē sanctorū & angelorum & omniū bonorum. Nec illuc venire poterit quisquā, nisi purgatus fuerit plenissime à macula peccati. Sap.8. Nil coinquinatū intrabit, sed oportet vt purgetur. Acto.14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cœlorū. Nā si pateremur quæ sunt passi oēs martyres,adhuc nō essent passiones cōdignę, Ro.8.Non sunt condignæ passiones huius tēporis ad futurā gloriam,quæ reuelabitur in nobis. 2. Cor.4. Illud quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis,&c. Ideo Eccl.22.In tempore tribulationis permane illi fidelis, vt in bonis illius cohæres sis.Ideo subdit remunerationis sufficientiā,dicens: *Ego dispono vobis regnū*. Ego vnigenitus Dei filius, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur,cui angeli seruiunt, qui est eiusdem essentiæ cum patre. Io.10. Ego & pater vnū sumus.Ego sum, ad quem pertinet vnumquenq; secundum suum meritum in cœlo collocare, *ego dispono vobis*

regnū, sicut disposuit mihi pater per passionē. Lu. 24. Nónne oportuit Christū pati, & sic intrare in gloriam suam? & sic *ego dispono vobis*, vt per tribulationes ingrediamini. Gre. Si Christus hinc sine flagello non exiuit, qui sine peccato venit, qūo digni flagellis non erunt qui in peccatis vixerūt? Ecce cōmendabile conuiuiū. Primò ostenditur seruitoris nobilitas, cùm dicit, *Ego dispono vobis*. Lu. 12. Amen dico vobis, quòd præcinget se & faciet illos discūbere. Gre. Præcinget se ad remunerationem, discumbere, i. in ęterna requie fouere. Secundò, ciborū delitiositas, cùm subdit, *Vt edatis & bibatis super mensam meā in regno meo*. Si gloria militis est cū rege sedere in mensa, quid nobis cum rege gloriæ? Hugo in lib. de spiritu & anima, Duo sensus in homine. Interior reficitur in cōtēplatione diuinitatis. Exterior in contēplatione humanitatis. Propterea deus homo factus est, vt totū hominem in se beatificaret. Ber. Plenum erit omni dulcedine, videre hominem & hominis conditorem. Tertiò, loci amœnitas, *quia in regno meo*. Ber. Christi regis sublimitas, & plena delitiarū, ad te suspiro de valle lacrymarū. Et meritò, quia ibi erit vernalis amœnitas, autumnalis fœcunditas, æstiualis claritas, ita ꝙ scribitur Lu. 24. Beatus qui māducat panem in regno dei. Nam talibus dicitur Cantic. 5. Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini. Ber. Comedite de propriis meritis, bibite de humanitate, & inebriamini de diuinitate, quia plena omni dulcedine. Quartò, conuiuantium dignitas, & tangitur cùm dicitur, *Sedebitis super sedes iudicātes duodecim tribus Israel*, quia Apostoli erunt in magno honore & dignitate, quia in iudiciaria potestate. Hoc considerauit Bartholomęus, quòd Christus fuit pro eo oblatus, & oblatio debebat fieri de recta pelle animalis & eo mortuo. Leuit. 14. Sic S. Bartholomæus considerauit nudum Christum in cruce, sic ipse denudatus pelle corporis pro Christo, vt perueniret ad dignitatem iudicantium duodecim tribus Israël.

¶ *De Natiuitate Mariæ Virginis.* ENARRATIO I.

L*Iber generationis Iesu Christi filij David, filij Abrahā* &c. Mat. 1. Chry. super Mat. Sicut in apotheca sunt diuersa genera specierū ex quibus vnguenta pretiosa condiuntur, sic in libro generationis Iesu Christi cōditiones sunt regū, pōtificum, & aliorū hominum virtuosorū, ex quibus colligitur vita virtuosa. Qui enī virtuosè vult viuere, necesse est vt suā vitā incipiat ab Abrahā. Et sic per oēs partes in hoc libro

bro cõſcriptos, vitã eorũ imitando vſq; ad vitã Chriſti virtutũ gradibus poterit peruenire. Idq; hoc pacto, Ieſus Chriſtus in principio ſuę generationis dicitur filius Dauid & filius Abrahã. Sed qa de Dauid poſtea dicetur, ideo ab Abraham eſt incipiẽdũ. Abrahã enim exiuit de terra ſua & de cognatione ſua, neſciẽs quò iret: ſed credẽs dño diues factus eſt, & pater multarũ gentiũ: ita vt ſemen eius multiplicaretur vt ſtellæ cœli. Sic & tu ſi terrã promiſſionis æternæ & diuitias perpetuas volueris obtinere, terrenis renũtia, vt cõtra Deum illa nõ retineas, ſed propter Deũ diſtribuas, vt ſic ſemen tuũ multiplicetur. Virgo enim benedicta quia renũtiauit omnibus quæ erãt contra Deũ, ideo iam cũ Deo omnia poſſidet. Propter quod laudes eius humana lingua exprimere nõ põt, vt dicit Hier. Quid nos tantilli, qd actione puſilli, quid in eius laudib. referimus? cũ etiã ſi omniũ noſtrûm mẽbra verterẽtur in linguas, nullus eã laudare ſufficeret, altior cœlo, de qua loqui nitimur, abyſſo ꝓfundior, cui laudes dicere conamur. Si cœlũ te vocẽ, altior es, ſi matrẽ gẽtium, præcellis, ſi formã Dei appellarẽ te, digna exiſtis, ſi dominã angelorũ, parata eſſe probaris. Quid igitur dignè de te dicã, niſi ſicut Deus omniũ noſtrûm eſt pater, ſic & tu es noſtra mater? Plus q̃ Abrahã. *Abrahã genuit Iſaac,* qui interpretatur riſus vel gaudiũ. Si em̃ placueris Deo vt Abraham, generabis filios gaudij vel riſus. Sic virgo glorioſa ſpernens benedictionẽ tranſitoriã propter votum virginitatis, & ſpernens cognationẽ & patriam maledictionis ſterilitatẽ incurrit, eò ꝙ ſoli domino placere voluit. Ideo mater multarũ gentiũ facta eſt. *Et genuit Iſaac,* i. verum Chriſtum in riſum & gaudiũ humano generi ſempiternũ. Et ſicut Abraham voluit filium offerre, & obtulit pro eo arietẽ cornibus hærentem in ſpinis: ſic mater gratiæ Chriſtũ hærentẽ obtulit cũ manibus in cornibus crucis: quæ licet ei tũc temporis fuerat occaſio triſtitiæ, poſtea tamẽ ei & nobis omnib. fuit materia gaudiorũ. *Iſaac genuit Iacob,* qui fuit pulcher & nitidus: frater autẽ eius Eſau piloſus. Sic quidã ſunt nitẽtes ſicut Iacob fulgore charitatis, quidã piloſi ardore cupiditatis. Et ſicut Eſau perdidit benedictionẽ, Iacob autẽ ex induitione matris Rebeccæ ipſam obtinuit: Sic nos ſi refulgemus charitate ſiue dilectione, per procurationẽ Rebeccæ, i. virginis glorioſæ, & à vero Iſaac, i. à patre cœleſti, ęternam obtinebimus benedictionẽ. Si autẽ piloſi fuerimus ſuper-

fluitate diuitiarũ,fœnerãtes vſuris, negotiationibus falſis, ſortilegiis,rapinis,dolo,iniuriis,mẽdaciis,& periuriis, iam negligimus Chriſti benedictionẽ, ſicut ipſe Eſau neglexit, & ſolam benedictionẽ de pinguedine terræ obtinuit. Eſau etiam perſequebatur Iacob,ſic mali perſequũtur bonos.Et ſicut Iacob nõ reſiſtẽdo,ſed fugiẽdo euaſit manus Eſau,iuxta cõſiliũ matris vt fugeret in Meſopotomiã, donec Eſau à furore recederet:ſic & tu ſi pateris à malo , noli reddere malum pro malo,ſed malitiam inimicorũ declinato,donec furor trãſeat inimicorum, qui in te poteſtatẽ nõ haberent, niſi Deus permiſiſſet.Si enim hoc feceris,eris in generatione Ieſu Chriſti cũ Iacob.Si verò non feceris, à generatione iuſta proiicieris vt Eſau,cuius generatio hîc non deſcribitur, ſed Iacob. *Iacob autẽ genuit Iudã & fratres eius* , duodecim patriarchas,Ruben,& ſic de aliis:ſic noſter Iacob, i. Chriſtus, genuit duodecim Apoſtolos , Patriarchas noui teſtamenti.Sicut Iacob deſcẽdit in Aegyptũ,& nimis multiplicatus eſt,& quãdiu Iacob & filij eius fuerunt in Aegypto, Aegyptus proſperata fuit, egreſſis autem illis exterminata eſt:Sic & ſancti quandiu ſunt in mundo,tenẽt mundũ ne cadat,cùm autem de iſto mundo recedent,caſurus eſt mũdus. Vide autem quomodo omnes generationes ſanctę per Mariam & eius filium ſunt multiplicatę per recreationẽ.Vnde Bernardus,Ex hoc te beatã dicent,ô virgo glorioſa, omnes generationes, quia omnibus generationibus vitã & gloriã genuiſti.In te enim angeli lætitiam,iuſti gratiã,peccatores veniã inueniũt in æternũ.Meritò in te reſpiciũt oculi omnis creaturæ,quia in te & per te benigna manus omnipotẽtis quicquid creauit, recreauit , & tibi creauit. *Iudas genuit Phares & Zarã de Thamar.* Thamar primò fuit data filio Iudæ,qui vocabatur Her,qui nõ cõtigit eam in matrimonio ad inſtructum matris,quæ vocabatur Sur, qui percuſſus eſt propter ſuã iniquitatẽ.Poſt hæc tradita alteri filio fratri illius Her,cui nomen Ouan:quo audito, ꝙ ſemen fratris ſui eſſet ſuſcitaturus,& nõ ſibi,fudit ſemen in terram : ob hoc etiã percuſſus eſt. Quo mortuo nõ potuit eã ducere tertius frater,ſ.Seba,propter defectũ ætatis:propter quod Thamar de mãdato Iudæ rediit in domũ patris ſui,donec Seba creuiſſet.Ita igitur eſt,vt Thamar virgo maneret.Contigit autem quadã die dum Seba creuiſſet,pater,ſ.Iudas diſſimulauit ea illi dare,quia timuit eum mori.Quod Thamar præ-
ſciens

sciens cupiens benedictionem in generationē iustorū cum Christo obtinere, cùm esset casta in meretricē se mutauit, séq; posuit in quodā biuio, per quod Iudas esset trāsiturus. Qui æstimās eam meretricē sic coopertam accessit. Qua eo gnita vno ab eo cōcubitu cōcepit geminos: quorum vnum vocauit Phares, & alium Zarā. Et Iudas pro mercede dedit ei virgā & annulū. cùm igitur imprægnata esset, & ex iudicio Iudæ lapidari deberet incestuosa, misit virgā & annulū Iudæ. Ad quod Iudas respōdit, Iustior me es, sed sic non est interfecta, quia amore filiorum hoc fecerat. Sic & Christus Ecclesiæ cōiūctus, quæ est ex Iudæis & Gētibus fornicariis per idololatriam. Qui spōsus, videlicet Christus, spōsæ suæ dedit virgā castitatis, & iustitiæ, siue regni annulū quā prodigo filio pater etiā per pœnitentiā ad se reuertenti contulit præ amore. Ecce quomodo meretrix in generatione domini inuenitur mūdata, vt nemo de generatione glorietur, nec de turpi genere vituperetur: quia si vis cōiungi domino, etiā si meretrix fueris publica vel qualiscūq;, abscondas vultū tuum ex verecūdia peccatorū, & coniunge te sibi per amorē, vt virgā siue potestatē regni cœlestis valeas obtinere, & annulū siue vinculū perpetuæ charitatis. Ideo hîc dicit Hier. dñs Iesus voluit nō solùm nasci de Iudæis & alienigenis, verū etiā de adulterinis cōmixtionibus, nobis præstans magnā fiduciā, vt qualicunq; modo nascimur, si eius vestigia imitemur, eius mēbra per fidē efficimur. Hîc addit Chry. super Mat. Dū Iudas lamētaretur pœnitēs ꝙ nefandū opus fecisset in Israel, & dñm Deū diu deprecaretur, nec luctus sui terminū faceret, astitit ei angelus, & hęc omnia exposuit ei sicut gesta fuerūt, & cōsolatus est eū. Iudas autem tantæ fuit religionis, vt postquā cognouit eā nō fuisse vxorem filiorū suorū, nō acquieuit ei appropinquare, quoniam etsi quātū ad Deū ipsa nō erat nurus, tamē ad cōscientiam nurus videbatur. Prouidebat enim bonū nō tātùm coram Deo, sed etiā corā hominib. Et secundū hunc intellectū dixi eam hîc meretricē. Hic ergo Iuda genuit Phares & Zarā de Thamar. Prius egressus apparuit Zara: obstetrix autē ligauit illi coccinū, i. rubeū filū sericeū, retractus est autē Zara, & primò Phares exiuit. Zara igitur dicitur nobilis, & significat illos qui in hoc mūdo nobilitantur, & in superbia moriētur, vt Lucifer. Boni autē fortuna seculi præscindūtur significati per Phares, qui præscisus vel diuisus interpreta-

tur.Sed ſicut Zara prius ortus retractus & incluſus eſt,Phares autẽ qui primò incluſus fuerat, retracto Zara primùm exiuit:ſi amatores mũdi qui primùm oſtendũtur, à luce æterna retrahũtur,& in vẽtre inferiori recludũtur:Boni autẽ qui à cõſortio malorũ præſcindũtur, in cœleſti lumine victuri æternaliter oriũtur. Et aptè amatores mũdi deſignati ſunt per Zarã,qui ſignatus erat filo rubeo, q̃a licet ſint ſignati ſanguinis Chriſti rubedine, tamen eis nihil proficit quãdo dãnantur,ſecũdũ illud Pſ. Quæ vtilitas in ſanguine meo,dum deſcendero in corruptionẽ?Ideo generatio Zaræ nõ ponitur,ſed Phares.licet Iudæi primò apparuerũt in ſynagoga,tamẽ nos poſtremò orti per filiũ huius virginis glorioſæ ſumus Iudæis obtenebratis ſolidati in luce euãgelicæ veritatis.*Phares autẽ genu t Eſron.* Eſron interpretatur iaculum vidẽs, & cõgruit Chriſto,qui ſe dedit quaſi ſagittã electã.Et tu ſis iaculũ cõtra iaculũ maligni hoſtis extinguẽdo in virtute Ieſu Chriſti,qui tanquã ſagitta electa de pharetra operũ omnipotẽtis Dei eſt cõceptus in virgine glorioſa ad occidendũ fortiſſimos inimicos.*Eſron autẽ genuit Aram.* Aram interpretatur irritatio,eò ꝙ ſuo tẽpore Iudæi maximè multiplicarẽtur,& ſic Aegyptios ſua proſperitate cõtra ſe irritabãt,intantũ,vt affligerẽtur & flagellarẽtur, laboribus luti & lateris opprimerẽtur,per obſtetrices occidi iuberẽtur.Et ſignificat electos quoſq; qui dei gratia proſperitati malos incitãt cõtra ſe,vt eis detrahant,& maledicant,& per obſtetrices,i.detractiones & infamiã occidũtur. Sed ſicut de illis ſcriptũ eſt:quantò magis affligebãtur,tantò magis creſcebãt & augmentabantur: ſic nos cogimur exire de Aegypto anguſtiarũ huius ſeculi in terrã promiſſionis,exẽplo filij Virginis glorioſę,qui occiſus eſt à perſecutoribus, multiplicati ſunt electi ſicut granum tritici,quia tales ſunt gẽs domini deſiderata. Subdit: *Arã autem genuit Aminadab,* quod interpretatur volũtarius vel deſideratus,q̃a enim electi ſunt volũtarij & deſiderabiles Deo & hominib.ideo mali cõtra eos per inuidiã irritãtur. Sola enim cauſa inuidiæ malorũ eſt bonitas electorũ, ſicut filij Iacob inuidebãt fratri ſuo Ioſeph propter bonitatẽ eius. Sic filius Virginis cũ Apoſtolis & imitatorib.in vita irritauit malos ad perſequẽdũ.Sed quia Chriſtus volũtariè paſſus eſt,ſimiliter & Apoſtoli cũ eorũ ſequacibus ibant gaudentes ad perſecutionẽ, ideo requiẽ inuenerũt.Ideo ſequitur, *Aminadab genuit Naaſon,*

son,qui interpretatur requies.Et sic tãtum est dicere. Quisquis secundũ voluntatẽ Dei viuit, ille filios generat in requiẽ.Qui autẽ viuit contra voluntatẽ Dei,inquietos filios procreat & proteruos. Ideo B. Virgo se totã Deo vouerat, & in nullo voluit habere propriã voluntatem. Ideo genuit illum qui dicit:Tollite iugũ meum super vos,& inuenietis requiem,&c.Tẽpore Naason filij Israel exierunt de Aegypto,secũdum Chry.In cuius signũ & nos exire de Aegypto debemus,i.de tenebris huius mũdi,postea quã nobis mater gratiæ Christũ in requiẽ generauit,vt nunc à labore & oppressione & flagellis quiescere valeamus. Ideo sequitur: *Naason genuit Salmon*, qui interpretatur accipe vas. Iste Salmon vas accepit,quãdo Raab meretricẽ in vxorẽ suam duxit. Hæc autẽ Raab erat de Hiericho, quæ suscepit exploratores & nũcios filiorũ Israel,dũ quęrerẽtur à rege de Hiericho vt occiderẽtur, abscõdit eos in inferiori parte dom⁹, & præseruauit eos à morte, & dilexit Iudæos plus quàm propriã gentẽ, eò ꝙ audierat famã illorũ, quam Deus ipse exhibuit in manu potẽti ipsos de Aegypto ducens.Salmon autẽ tanquã vir nobilis & virtute insignis,videns Raab fidelem existere, & Deo dilectã & electã & cõuersam ad bonum, licet sciret eã fuisse meretricẽ, eam in vxorẽ recepit, vidẽs,ꝙ de vase cõtumelioso factũ fuit vas decoris, & vas electionis à dño. Ideo Salmon bene dicitur accipere vas, quod cõgruit filio virginis Mariæ.Cùm enim Christus verus Salmon venerit in iudiciũ,tunc omnes existẽtes in hæresi sectas & cõgregationes malorũ Christianorũ, siue ciuiũ mũdanorum siue principũ tenebrarũ gladio interficiet & igne consumet, cùm muri seu munitiones factæ contra Deum & iustitiã corruent in infernũ,præter solam Raab,i. animã peccatricẽ,Christi sanguine redemptã,modò in dilectione Dei & proximi inuenta fuerit. Omnes enim immundi sumus tanquã pannus menstruatæ de massa corrupta veniẽtes,qui maculã iniquitatis nostræ, quã corã Deo abscõdere nõ valemus,in fronte portamus. Ideo Christum verũ Salmonem & proximos nostros diligere debemus, vt valeam⁹ signo sanguinis sui rubricari,& sibi ad instar Raab despõsari,quando mundus vt Hiericho corruet in interitũ sempiternũ.Ideo sequitur, *Salmon autẽ genuit Booz*,qui interpretatur virtus,qui secũdum prouidentiã Dei Ruth in vxorem accepit,& virtuosum filium generauit.Et sic secũdum Chrys.

Chryſ.Qui nõ accipiũt ſecundũ virtutẽ vxores,ſed ex prouiſione diaboli,generãt filios malos in malas ſortes, & ad pœnã iniquitatis ſuæ,nec ad gaudiũ,nec ad cõſolationẽ videntur filios generaſſe.Hic itaq; Booz accepit Moabitidem nomine Ruth.Quomodo autẽ acceperit,lõgũ eſſet enarrare.Sed tamẽ cepit eã in vxorẽ,quia eam virtuoſam cognouit,ex quo ſocrum ſuã non reliquit,ſed eam ſecuta eſt, dimittẽs deos ſuos Deũ viuentẽ elegit, & amore generis Iudæorũ obediẽs ſocrui iuit in nocte ad lectum Booz ſubtus palliũ,non ex libidine, ſed ex ſimplicitate & amore prolis. Si enim libidinem quæſiuiſſet,iuuenẽ inveniſſet. Sed quia ratione proximitatis Booz debebat eã ducere in vxorem, ideo audiẽs hoc ab ea,nihil ſuſpicatus eſt niſi virtutẽ , nec eam repulit tanquã laſciuam , nec cõtigit eam tanquã laſciuus,ſed manè cõſurgens prouocauit proximiorẽ,vt eam duceret in vxorẽ,qui cùm eã ſpreuiſſet,ipſe Booz iure ꝓximitatis accepit eã,felicẽ ſe reputãs ꝙ ipſam meruiſſent habere. Ecce quanta virtus, quia ſimul coniuncti in libidine nullatenus exarſerũt.Hoc eſt cõtra illos,qui à ſe longè diſtãtes ſe inuicẽ ad libidinem & amorem prouocant.Audite cõiuges,qui ſtatis in cõiugio,vel vultis matrimoniũ intrare,nolite quærere pulchritudinẽ vel iuuẽtutem in his quas ducere vultis,ſed exẽplo Ruth vobis habilem, qualiſcunq; ſit,dũmodo ibi ſit virtus,& inde proles producatur.Similiter nõ quæratis diuites,vt propter pecuniã principaliter velitis maritari aut vxorari:ſed virtuoſas cõiuges quęrite,etiã ſi ſint pauperes,vt iſte Booz diues pauperẽ colligẽtẽ ſpicas poſt meſſores.Hic etiã docet nos Booz & Ruth,vt nõ ſcãdalizemur de omnib.quæ videmus.Ecce in vno lecto ſine vitij ſuſpitione virtus inuenitur.Si ergo videris aliquos colloquẽtes,nõ ſemper ſuſpiceris de malo.Si tibi malũ videtur, ſuſpira ad Deũ: & nõ interpreteris omnia ad malũ quæ vides.Nõ de hoc ſumatis exẽplũ ire ad loca ſuſpecta, nec cũ ſuſpectis loqui ſtudeatis.Nã ſi homines de vobis nõ ſcãdalizãtur ex veſtra cõuerſatione,tñ vbicunq; poteſtis tollere ſcãdala debetis: ſicut Iudas fecit filius Iacob, de quo dictũ eſt cùm peccaſſet cũ Thamar credẽs eã nurũ eſſe ſuã ex duobus filiis ſuis,poſtea quãdo lamẽtabatur pœnitentiã agens angelus reuelauit ſibi ꝙ Thamar caſta virgo à filiis permãſiſſet,& ꝙ ipſe poſſet eã habere.Ipſe tamẽ ab eius thoro & cõuerſatione ſemper abſtinuit,ne alij qui hoc ignorabãt

ſcan

ſcandalizati fuiſſent. Prouidit enim bona corá hominibus. Docet inſuper nos Booz, ꝙ nemini ſuam vxorem ſiue ſpõſam accipere debemus, quia ipſe noluit accipere vxorẽ, niſi poſtquã proximior frater eã iure dimiſit. Hoc eſt contra illos, qui contentione & iudicio, aliorum vxores vel maritos euincunt. Ita impletũ eſt illud Iſa. 18. Emitte agnũ domine dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion, quia agnus dominus Ieſus non ſolùm per Iudæos generationẽ traxit, verumetiam per Paganos Moabitidem. Et ſic agnus venit nobis ex Paganis, ad deſignãdum ꝙ per virginem glorioſam etiã Paganicã noſtram generationẽ attigit & mũdauit ſanguine ſuo, vt ad montẽ filiæ Sion, i. ad faciei ſuæ ſpectaculum etiã nos Pagani per fidem Chriſtianã peruenire poſſemus. Talis in tãtùm virtuoſus *Booz ex* tali virtuoſa vxore *Ruth genuit Obeth*, qui ſubdit⁹ interpretatur, quia omnis qui virtuoſus eſt in cõiugio non quęrens libidinem ſed prolem, ex dono & merito frequenter habet filios Deo & ſibi ſubditos. Quod multi autẽ habent proteruos filios, hoc fit ſecundũ Chry. quia parentes non ſunt virtuoſi: & in matrimonio diuitias eligũt & non mores, pulchritudinem & non fidem, libidinem & non proles: quod meretricibus congruit, non coniugibus, optãt vt filij eorũ non ſint iuxtæ cõmixtionis, ſed pœna condigni irreligioſitatis eorũ. Vel ſi ſint in ſe religioſi, tamen quia filios nimium diligẽtes non corrigunt, ſed permittunt eis propriam voluntatẽ, ideo inobediẽtes ſunt eis. Quia igitur Obeth ſubditus fuit Deo & parẽtibus, ideo ſubditur: *Obeth autem genuit Ieſſe*, quod interpretatur refrigeriũ. Quicũque eñ eſt ſubditus Deo & parẽtibus ſuis, generat filios bonos à quibus refrigeretur. Qui autẽ cõtumaces ſunt nõ ſibi generant refrigeriũ, ſed genimina viperarũ quæ naſcẽdo occidũt parẽtes, & ſic gignẽdo à filiis occidũtur. Quare autem hic Ieſſe vocatur Iſai, cùm vtrunq; nomen eius ſic, niſi vt oſtenderetur, ꝙ ſub nomine Ieſſe prophetæ, generatio Chriſti fieret, p ipſum ſicut dicitur Iſa. 11. Egredieť virga de radice Ieſſe. Hęc eſt virgo glorioſa, quę hodie egreſſa eſt in lucẽ. Sed flos eius eſt pulcher, ſaporoſus, odoriferus, ſ. filius eius. *Ieſſe autẽ genuit Dauid regẽ*, quia Deus in generatione iuſtorũ, & à generatione iuſtorũ benedicetur. Ideo talis bonus filius optimi patris genuit etiã filiũ virtuoſum Dauid regẽ, i. manu fortẽ, qui primum ſe vicit, quia quẽadmodum patiens fuit in omnibus perſecution

cutionibus quas patiebatur à Saul rege & à filio suo Absalone, à Michol vxore sua, & aliis multis: ita & tãtæ mãsuetudinis & misericordię fuit, vt pro populo suo quẽ angelus interficiebat, imò ab hora matutina vsq; ad vesperã septuaginta milia virorũ, ipsemet ab angelo interfici voluit, ponens animã suam pro populo, dicẽs: Ego sum qui peccaui, ego sum qui iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua in me, & in domũ patris mei, vt dicitur 2. Reg. 24. & 1. Paral. 21. Etiã adeò sanctus fuit, vt in adulterio cũ Bersabee & homicidio eius viri filius Christi extiterit, in hoc præcipuè, vt ipsam postremò in vxorem acceperit, quã prius habuit adulterã. Sic enim Christus videns animã peccatricẽ diaboli vxorẽ: primò, inspirat ei vt intimo cõiungatur sibi amore, & tãdem occiso diabolo eã in spõsam accipit, non habentẽ rugã neq; maculam. Sed ad hoc Dauid tibi proponitur vt sanctitatẽ ipsius imitari studeas, & ab adulterio & homicidio præcaueas. Si autẽ cecidisti cũ Dauid, per pœnitentiã cũ ipso resurgas. Multi enim peccauerunt cũ Dauid, pauci autẽ cum eo resurgunt. Ecce in generatione Christi adulter & meretrix, vt & tu speres qualiscunq; sis, adulter, hæreticus, vel Sodomita, cũ eo spiritualiter valeas copulari, & eius generationi coniungi. *Dauid autem genuit Salomonem*, qui interpretatur pacificus, *ex ea quæ fuit Vriæ*. Sed quare hîc nomẽ eius nõ ponitur, tamen Raab & Thamar & Dauid peccatores ponuntur? Respond. quòd ex eo, quòd Thamar ita virtuosa fuit, vt zelo prolis cõceperit, ex qua generatio Christi surgeret, coniuncta fuit Iudæ, & Raab ita virtuosa erat, vt exploratores Iudæorum reciperet. Dauid autem in omnibus virtuosus. De Bersabee autẽ nullũ signũ virtutis legimus, ideo illi ponũtur, illa autem ex nomine non ponitur in libro generationis Christi. Ex tali autẽ genuit Salomonẽ, qui templum domini ædificauit, vt & tu si ita fueris pacificus ex virtutũ lapidibus tẽplum cordis ædificare valeas, vt in eo dominus per gratiã possit habitare. Hîc est noster Salomon Iesus, qui ædificauit castissimũ & pulcherrimũ tẽplum, videlicet corpus virginis gloriosæ, qui primariũ posuit lapidem in eius sanctificationẽ, quando in vtero matris eã sanctificauit. Vnde & hodie est dedicatio templi huius, quia memoriã eius agimus, quæ sancta fuit antequã nata: ideo sanctam natiuitatem celebremus. In quo templo summus põtifex dominus

Iesus

Iesus primã missam celebrauit,quãdo missus à patre,venit in eius carnẽ,& Deus & homo in ea cõceptus est,& ex hoc templo idem pontifex natus & mortuus se hostiã pro nobis offerẽs obtulit nobis vnctionẽ sacri chrismatis & olei omniúmq; sacramẽtorũ ex latere suo. Quoties ergo videris in Ecclesia corpus Christi leuari, cogita quia hoc est sumptũ ex tẽplo corporali virginis gloriosæ cuius natiuitas hodie celebratur. Et quãdo eleuatũ vides in cruce,& quando baptizatus es & pœnitentiã agis,& eucharistiã sumis,aut cõfirmaris aut vngeris oleo sacro,aut per sacerdotẽ absolueris à peccatis,cogita ꝙ hæc omnia dona tibi confert summus põtifex ex tẽplo virginis gloriosæ. Sed ecce Bersabee mater Salomonis adultera fuit & pater adulter.Ideo Salomon faciliter fuit parentelis criminis imitator,vt fornicaretur cũ alienis mulieribus,quibus & idola fabricauit. Parentes igitur studeãt esse iusti,vt castos filios procreent, vt filij postponẽtes crimina virtutes eorũ studeãt imitari. Sed ad hoc qualiter natura parentũ in filios transfunditur,huius Euãgel.text.ostendit,cũ dicit: *Salomon autẽ genuit Roboam,* qui volẽs in subditos sæuire ad instar patris, perdidit decẽ partes regni. Bona enim tẽporalia quæ ille per voluptatẽ, superbiã,& luxuriã cõgregauit,& ea hęredibus relinquere cupiuit,hæres fatuus dissipauit. Quot nunc sunt in mũdo, quorũ patres magnas mũdi diuitias possederũt, & nũc filij sunt mẽdici?quia fortè malè cõgregauerũt parẽtes pauperes opprimẽdo,vsuras faciendo,& malas exactiones excutiẽdo.Isti dissipãt malè cõgregata in luxuria,ebrietate,& ludis exponẽdis.Illis potest dici illud Mat.23. Testimoniũ vobis est,ꝙ estis filij patrũ vestrorũ.Itẽ dicit Chry. ꝙ regnum Iudæorũ pacificatũ fuit & integrũ,quandiu Salomon in iuuentute seruiebat Deo.Cùm autẽ incitauit eum satanas ad fornicationẽ & idololatriam in fine sui regni, cœpit scindi regnũ suũ,& tẽpore filij sui totaliter scissum est,vt ex duodecim partibus siue tribubus duę solũ remanerẽt Sic enim regnũ Christianorũ tempore Apostolorũ bene stetit, quia omnes Christiani soli Deo seruiebãt & non idolis, sed nũc Christianis fornicantibus, & quasi tot idola quot peccata mortalia habẽtibus, scissum est regnum in diuersas partes hæresum,sectarũ,hypocritarum,tyrannorũ,vt pauci inueniantur perfecti Christiani,qui charitatẽ perfectã habeant, sine qua nec fides saluat. Si ergo tales haberet fatuos filios

mul

multos, qualis fuit Roboã, ſcinderetur in fine mũdi regnũ ipſorũ, & niſi pœnitentiã egerint, omnes peribunt. Nos igitur chariſſimi ex matre noſtra dulciſſima talẽ Salomonem pacificũ ſuſcepimus, cuius regni nõ erit finis. Dan. 7. Poteſtas eius æterna, quæ nõ auferetur, & regnũ ipſius quod nõ corrũpetur. Hoc regnũ eſt Eccleſia, & filius Eccleſiæ, tenẽtes tunicã incõſutilem. de agni vellere factam, & ex noſtra virgine ortã, nunquã ſcindetur à regno Chriſti, quandiu in vnitate matris Eccleſiæ perſeuerauerint. *Roboã genuit Abiã*, qui interpretatur pater viuẽs, quia primũ incœpit bene viuere ſicut pater, demùm peccauit in Deum, & malè cõcluſit. Ecce quomodo patrem ſequitur ſua proles. Sed quid eſt quòd malus pater generat bonũ filiũ, quia quilibet bonus filius eſſe tenetur, licet habeat malũ patrẽ. Quod Aſa filius Abiæ oſtendit, de quo ſcribitur in textu: *Abias autem genuit Aſam*, qui interpretatur vnguẽtũ, eò ꝙ Chriſti bonus odor fuit in omni vita ſua, quia ita bene vixit, ꝙ legere delectat ipſius hiſtoriã. Ecce aurũ in ſordibus inuenit, quia pater vita ſorduit, & filius vnguento boni operis exẽplo vitæ ſuæ & odore omnibus redolebat. Hoc igitur ſubintelligas, quia cõmuni curſu mala radix malum fructũ profert, mali parẽtes malos filios. Si autẽ aliquando contrarium fit, hoc raró cõtingit. Sic Chriſtus & Maria multos bonos & paucos malos in generatione habuerũt: Virgo caſta & humilis Chriſtum humilem fructũ genuit, vt nos eos ſequamur multiplicitate omniũ virtutũ. *Aſa autem genuit Ioſaphat*, qui interpretatur dominus iudex. Dominus enim reintegrauit regnum ipſorum propter eorũ merita, qui nullum bonũ irremuneratũ relinquit. Ideo hic fuit dominus iudex, ad quem pertinet remunerare bonos. Sed quia ambo peccauerũt: Aſa autem cõſilium aduerſus regem Iſraelem diffidens de adiutorio Dei, recepit in auxilium inimicos Dei. Item Ioſaphat peccauit, quia Achab, peſſimo auxilium præbuit. Vbi interfecto Achab in exercitu Ioſaphat, circũcluſus orans vix veniam impetrauit, maximè quia Deus dilexit illum, qui idololatriã deleuerat. vbi ait Chry. Fideles non debent dare auxilium inimicis Dei, nec ab eis accipere, vt habetur in can. Nõ oportet accipere auxilium ab inimicis Dei. Nos autẽ docet ſupradicta hiſtoria de Ioſaphat. Qui enim petit auxilium de inimicis Dei, de auxilio Dei deſperat, validiores æſtimans Dei inimicos, quàm Deum. Qui

autem

autẽ dat auxiliũ inimicis Dei, aduersatur Deo. Deo enim vo lente conterere inimicũ suũ, ipse eũ defendere tentat. Vnde B. Virgini congruit interpretatio Iosaphat, quod est dñs iu dex, ipsa enim iudicẽ genuit, quẽ, vt fratrẽ & correctorem diligamus. Sed vide quã periculosa sit prosperitas diuitia- rũ, quia ipse *Iosaphat* prosperatus *genuit Ioram*, qui in tantum ex diuitiis superbiuit, vt contra deum filiã Iesabel impię & Achab pessimi duceret vxorem. Intantum elatus cõtra deũ, vt etiã sex fratres occideret. Ideo Iorã interpretatur altitu- do. De quo poeta: Tolluntur in altũ, vt lapsu grauiore ruãt. Ipse enim sic elatus plaga grauiori & diutina à dño percus sus est, vt ante biduũ mortis suæ intestina sua putrefacta ia ctaret. Caue & tu ne ex diuitiis filius vel successor bonorũ superbia eleuetur. Prouide & tu, ne ex patris diuitiis super bias & percutiaris à dño, vt intestina proiicias, secundum illud Eccl. 19. Auaro nihil scelestius. Nihil iniquius quã pe cuniã amare: hic enim animã suã venalẽ habet, quoniã in vita sua hi proiecerunt intestina sua, quia omnẽ solicitudi nẽ & conatũ ad exteriora extendẽtes ad instar araneæ proii cientes à se virtutẽ naturalẽ, gratias à deo sibi collectas in medio diuitiarũ, & morantur ibi, sicut aranea in medio te- læ. Caue ergo tu, ne in diuitiis tuis tibi cõtingat, sicut Iudæ cõtingebat, q propter diuitias suspẽsus medius crepuit, & effusa sunt omnia viscera eius, Act. 1. Non sic Virgo, sed talẽ genuit filiũ, cuius viscera interiora & exteriora membra & ossa in cruce & in sepulcra non sunt cõminuta, nec fracta, nec corrupta, vt nos exẽplo eorũ incorruptè viuamus. *Iorã genuit Osiã.* Itẽ hic Ochosias & Amasias non nominãtur, sed à generatione Christi rescindũtur. Iorã enim vsq; ad quar- tã generationẽ fuit eiectus, ex eo qa de semine pessimę Ie- sabel, quæ occidit prophetas, & Achab viri ipsius filiã acce pit nomine Godoliã, ex qua hæc pessima generatio traxit originẽ. Ecce quã periculosum est inire cõiugiũ impiorũ. Caue ergo ne vxorẽ ducas de domo impia, vel maritũ, ne cõtingat deleri cũ generatione tua à generatione Christi. Sed si audieris parentes esse bonos, tũc cũ omni fiducia ex eis cõiugẽ talẽ assume, & quære coniungi generationi re- ctorũ quæ benedicetur. Nam dñs in generatione iusta est, & nõ cõiũgaris generationi pessimæ, adulteræ, & peruersæ. Na tiones enim peruersæ, s. auarorũ, peruersorũ, tyrãnorũ, prę- donũ, vsurariorũ, & oĩm malorũ sunt causę cõsummatiõis

coniugũ. Nõ est ergo secũdũ eos generatio diuina, sed post eos secundũ Osiá, qui interpretatur nobilis, quia fecit quod beneplacitũ erat deo, excepto hoc ꝙ elatus sacerdotalem sibi vsurpauit dignitatẽ, volens thuribulũ in tẽplo offerre, propter quod in fronte lepra fuit percussus, & sedit domi leprosus, nõ exiens vsq; ad mortẽ. Caue igitur, ne tu ibi vsurpes dignitatem nõ debitá. Sed illá nobilitatẽ sequaris, qua facies beneplacitũ Deo. Sic Christus Virginis filius nõ rapuit dignitatem, nec rapiná arbitratus est æqualẽ se esse Deo patri, vt pontifex fieret, sed vocatus est, vt Aarõ. Sequitur. *Osias autẽ genuit Ioathá*, qui interpretatur perfectus, & sic tu nõ egrediaris, sed in via perfectorũ progredi semper debes, quia secundũ Gre. In via dei non progredi, regredi est. Non dicas, Satis ieiunaui, satis facultàtes in vsus pauperũ largitus sum, & sic de aliis. Cùm enim omnia feceritis, dicite, Inutiles serui sumus, quia in eo ꝙ aliquis existimat se aliquid esse cùm nihil sit, cadit à iustitia sua & humilitate, si quá habuerit. Sic pharisæus, qui omnia bona fecerat & ab omnibus malis declinauerat, tñ quia se perfectũ esse putabat, nec in humilitate progredi volebat ad maiora impetranda & faciẽda, ideo à via Dei regressus iustitia perdita & humilitate superbiuit. Christus autẽ nullo indigens ꝓpter nos se exinaniuit, formá serui accipiẽs, legẽ impleuit, baptizatus est, ieiunauit, & orauit in cruce. *Ioathá autem genuit Achá*, q malus fuit. Ná idolis filiũ suũ cõsecrauit, trahens eũ per ignẽ. Nihil boni legitur de illo, attamen in generatione boni inuenitur, fortè, quia sub ipso datũ est hoc signũ: Ecce virgo concipiet & pariet filiũ. *Achas autẽ genuit Ezechiá*, qui sanctus fuit. Ipse dixit: Memento dñe qũo ambulauerim corá te in veritate, in corde perfecto, & quod bonum est corá te fecerim. Et si obiicitur, Cur fleret cũ mori deberet? Resp. ꝙ ipse non peccauit, neq; ideo, ꝙ ex hoc mundo migraturus esset, flebat, sed ꝙ hæredem nõ habuit, ideo deleri à generatione iusta timebat. Id quod scribitur Isa. 28. Generatio mea ablata est. Propter quod exaudiuit eum dñs, & addidit vitæ eius annos xv. In cuius signũ sol retrocessit decẽ gradibus in horologio ad Orientẽ. Propter quod rex Babylonis misit multa munera pro amicitia inter se mutuò facienda. Dicunt quidam ꝙ rex Babylonis colebat solem, videns ꝙ sol honorabat Ezechiam, ob id misit illi munera. Quòd autẽ aliquantulũ maiorem gloriá ex hoc haberet oẽs thesauros

ſauros ſuos nuntiis oſtẽdit, propter quod generatio eius punita eſt propter inanẽ gloriã. Caue & tu, quantumcunque acceptus fueris ne per inanem gloriã theſaurũ vitæ æternæ perdas. Iſte Ezechias ſerpentẽ æneum, quẽ Moſes fecerat confregit, quia Iudæi colebant eum pro Deo. Ideo quicunq; bona tua oſtendis, vide ne hoſtis per inanẽ gloriã te ſpoliet iſtis bonis: ſicut Hieruſalẽ fuit per inanẽ gloriã ſpoliata theſauris. Sic & tu ſi nondum Chriſtum bono propoſito concepiſti, nec opere bono peperiſti plora & dic: Generatio mea ablata eſt: vt ſic merearis per diuinæ propitiationis fœcunditatem accipere per Mariã, quæ gemens affectabat eſſe in generatione Meſſiæ, & expectans meruit eſſe mater ipſius. Talis *Ezechias*, qui propter inanẽ gloriã meruit puniri, *genuit Manaſſen*, qui malus fuit in tantũ, vt ipſe Iſaiam ſerra ſecuerit: quia ſecundũ Chry. Iſaias illi prædixerat in facie ſui patris, vnde & ipſe pater tunc volebat eũ occidere dicens: Melius eſt eſſe ſine filio, q̃ talem filium poſt ſe relinquere, qui deum exaſperet, & ſanctos perſequatur. Sed ne occideret prohibuit Iſaias. Item impleuit plateas Hieruſalem ſanguine prophetarum & iuſtorum, de porta ad portam, & poſuit idolum in templum domini, & traxit filium per ignem cophet in Cymon vbi erat cõtinuus ignis. Cùm igitur multa feciſſet mala, comprehenſus à rege Aſſyriorum, ligatus compedibus & catenis ductus eſt in Babyloniam, & poſitus in carcerem, bibebat aquam cũ aceto modico ad menſuram, vt viuere poſſet. Et cùm vehementer affligeretur & pœnitens oraret, audiuit eũ dominus, & in flãma ignis deſcendens vincula ipſius aduſſit, & reuerſus in Hieruſalẽ in regnum ſuum, ſeruiuit domino in toto corde. Sic tu ſi in generatione Chriſti vis inueniri, age pœnitentiã, vt ad regnũ ęternũ valeas peruenire. Iſte *genuit Amon*, qui fuit malus. Hæc autẽ fuit cauſa ſuæ malitiæ, quia viderat patrem eſſe malum, & poſt pœnitentiam reductum ad coronã regni, propoſuit malã vitam ducere, dicens: Pater meus in ſenio pœnitentiã egit, ſimiliter & ego cùm ad ætatẽ perfectã veniã pœnitebo. Sed fefellit eum longæ vitæ promiſſio, quia exterminauit eũ dominus valdè velociter: quia duobus annis tantum regnauit. Sic tu caue ſummopere, ne in puncto quo protrahis, & ſtare vis in peccatis, donec peccatorũ pœniteat, ne & tu in eodem puncto ad infernum deſcendas: ſed potius incipe pœnitere, dum tempus

est pœnitēdi, exēplo Mariæ & Christi, qui pro nostris peccatis formā pœnitētiæ ieiunādo, legi se subiiciendo, & in sacrificio offerēdo, & mortē patiendo, pertulerunt. Si autē iustus es & pœnitentia nō eges, tūc viuas, sicut Iosias, de quo subditur, *Amon autē genuit Iosiā*, qui interpretatur hostia, qa sacrificiū deo obtulit: fecit enim pascha super oēs reges, q ante eū fuerunt, vt habetur 4. Reg. 23. Sed hæc Virgo, nobis Christū agnū paschalē exhibuit super oēs reges qui ante ipsum fuerūt, & post eū adhuc erunt. Alij enim alienam carnem dabant in pascha, hæc autē Christū ex sua carne, & ipsius carnē dulcissimā nobis proposuit. Sic tu secundū Apostolū exhibeas corpus tuū hostiā viuam, Deo placentem in odorē suauitatis, vt sic manduces Christum, vt ipsi in vnitate Ecclesiæ incorporeris. ¶ *Iosias autem genuit Iecomā & fratres eius in transmigratione Babylonis.* Hic Ioachim & Eliachim non ponuntur in numero Regum. Sed rex Aegypti Pharao intruserat ipsos in regnū manu potenti. Ponitur autem secundus Ioachim aliàs vocatus per Ieremiā Ieconias, qui ritè successit. Dicit autē Euangelista, qui geniti sunt in trāsmigratione Babylonis. Itē illi qui liberè voluerunt in Babyloniā ire, vocabantur filij transmigrationis: alij autē qui propter iniquitates suas sunt ducti, filij captiuationis. Hìc insuper nota, ꝙ oēs in generatione positi figurabant Christum, aut fama aut infamia. De infamia, sicut Dauid recipiens vxorē Vriæ significat Christū, qui Ecclesiā de Gentibus diabolo auferens sibimet eam copulauit. *Ieconias autē genuit Salathiel*, de quo nihil legimus boni seu mali, putamus eū bonū fuisse, & in captiuitate deū assiduè petiisse ꝓ calamitate auferēda quę contigerat Israel, & ideo petitioni dei appositum fuisse. *Salathiel autē genuit Zorobabel*, quē Chry. appellauit doctorē Babyloniæ. Per istū eñ Zorobabel dimissi sunt oēs filij Israel & reuersi in propriam patriā in magno gaudio. Sic Esdras exposuit prophetā, quia alio nomine dicitur Malachias. Cū enim Zorobabel esset in ministerio regis Darij, controuersia facta est inter eū & duos alios regis ministros quid esset fortius in mūdo, vno dicente, nihil fortius esse vino, altero autē, nihil fortius esse rege: Zorobabel autē dixit, nihil fortius mulieribus & veritate. Quibus sic certātibus deuentum est vsq; ad sententiā regis Darij. Quo residente cum principibus suis ad iudicandum, contenderunt tres singuli pro tanta sententia & verbis. Contētiones eorum

eorum qui cupit scire, legat Esdrã prophetã. Tamẽ vicit Zorobabel, & iudicio regis Darij, omniũq; principũ, pronũciata est omnib fortior esse veritas. Cùm autẽ diceret ad eum Darius rex cũ iuramẽto: Pete qd vis à me vsq; ad dimidiũ regni mei. Respõdit Zorobabel, Regnũ tuũ nõ peto, sed vtere eoipso in æternũ, sed hoc peto quod præcepit Cyrus rex ante te, vt dimittas captiuitatẽ filiorum Israël in sua. Mox Darius cõsensit. Exiens autẽ Zorobabel gratias egit domino, dicẽs, benedictus es dñe & pater veritatis, qui sapientiã hanc in os meũ misisti. Et ideo rectè secundũ prouidentiam Dei nominatus est Zorobabel. i. doctor Babyloniæ. Quæ autem maior doctrina, dicit Chry. nisi ostendere veritatẽ omniũ rerũ? Et impletũ est in eo quod fuerat scriptũ: Super inimicos meos prudentẽ me fecisti. Interpretatur Zorobabel fruitio postposita, qa fruitione regni ad se decurrẽte postposita elegit potius liberationẽ populi sui quã appetere regnũ. Hic autẽ doctor Babyloniç est verus Christus filiùs Virginis, qui fruitionẽ regni cũ ad eum defluxit spreuit fugiẽs, cum eum vellent facere regẽ, potius in paupertate currens docuit, & maluit esse pauper prædicator, quã superbus rex, secundũ æstimationem hominũ, vt nos de æterna cõfusione duceret Babylonis. Hic dicit Chrys. De residuis generationibus nec scripturam aliquã me recordor legisse nec audisse. Hìc autẽ in fine notandũ est: Quicũq; Deo placuerũt, diutius regnauerunt & prosperati fuerũt, inimicos eorum humiliauit Deus sub manibus eorũ. Quicunq; autẽ iniquè & malignè egerunt, velociter à regno & à vita cum amara morte præscindebantur, humiliauitq; eos Deus sub manibus inimicorum suorũ. Si autẽ omnium istorum bonorum vitam & veritatem imitatus cum Zorobabel prædicaueris vita & exemplo, iam vita sequentiũ patrum in te fulgebit, etiã eris magister Babylonis, & omnes homines veritate illuminabis, & tunc cœlestem patrẽ cognosces: quod significat *Abiuth*, qui interpretatur pater meus, quem Virgo non supersensibili, sed experimentali notitia super omnes simplices creaturas cognouit. Tunc resuscitaberis à peccato, quod significat *Eliachim*, qui interpretatur dñs resuscitans. Vnde & nos per Christũ filium Virginis resuscitationẽ habemus. Tũc ad bene operandũ adiuuabit te dominus, quod significat *Asor*. Vnde Maria & Martha vocatur propter vitã actiuam bonæ operationis, quia adiuta à Dño, vt generaret

nobis Saluatoré.Pſ.Adiuuabit eã deus vultu ſuo.Tũc effi-
cieris iuſtus,quod interpretatur *Sadoch,* & ſignificat Mariã,
quæ omnẽ iuſtitiã per Chriſtũ impleuit. Eccl. 24.In me o-
mnis gratia viæ & veritatis. Tunc eris frater dñi dilectus,
ꝙ ſignificat *Achim,* & ſignificat Mariã, quia per eã nobis
Chriſtus frater,& nos ei,& ipſius mater,ſoror & frater eſſe
poſſumus.Tunc ſoli deo adhærẽs eris,quod ſignificat *Eliud.*
Quis vnquam deo ſic adhæſit vt Maria,quæ eũdem genuit
quem deus pater? Tunc ſaluus eris, quod ſignificatur per
*Eleaſar:*ſic omnibus nobis Maria ſaluté obtinuit.Tunc deus
erit merces tua magna nimis,quod ſignificat *Mathan.*Hanc
mercedem valemus oẽs conſequi per Mariã. Tunc ſupplan
tabis diabolũ,quia hoc ſignificat *Iacob.* Hæc eſt mulier, de
qua Gen.3. Dixit dñs ad ſerpenté:Inimicitias ponã inter te
& mulierem:& ipſa conteret caput tuum,& tu inſidiaberis
calcaneo eius,te videlicet ſupplãtato, tunc dominaberis in
tota terra Aegypti, quod ſignificat *Ioſeph,* ſponſus Mariæ,
de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Tunc totius terræ do-
minationem obtinebis, quia per hanc Virginem habemus
verum Ioſeph,qui paſcit omne ſeculum:ideo dicitur Salua
tor mundi.Hic generatio Mariæ non cõputatur, quia eadẽ
eſt generatio Mariæ & Ioſeph, quia fuerunt ambo de vna
tribu,ideo ſub generatione Ioſeph,generatio Mariæ com-
putatur.Sic ergo *omnes generationes ab Abraham vſque ad Dauid
ſunt quatuordecim.* Hi iudices fuerunt. Item *omnes generationes à
Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis quatuordecim.*Hi fuerũt
reges. *A tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtũ quatuordecim,*
& fuerunt pontifices,& ſic omnes generationes 42.ſignifi-
cabant Chriſtũ,qui erat iudex,rex & pontifex. Si ergo ſub
illis finitus,iudicum,regum, ſiue pontificum erat ſtatus Iu
dæorum,quia expectabãt eum, cui non deberet ſuccedere
alius ſtatus:Ideo veniente Chriſto qui in ſe omnem perfe-
ctioné continet, amplius ſtatus Eccleſiæ non mutatur, ſed
militabit ſub Chriſto.Sic etiam Virgo beata omniũ ſancto
rũ patrũ vitam in ſe habuit, fidem Abrahæ, miſericordiam
Dauid,ſapientiam Salomonis,iuſtitiam Ezechiæ, & ſancti
tatem Ioſiæ.Et nõ ſolùm in ſe habuit,ſed etiam eos omnes
in virtute excellit, imò omnem fidem illorum & virtu-
tem Chriſtum generando compleuit. Sic etiam B. Virgo,
quæ nunc filio eius militat, & vſque ad coronam regni mi
litabit,ſancta vita ex Mariæ fide & omni virtute refloret, vt
dicit

dicit Ps. Refloruit caro mea, quæ quidē floruit in cōceptione Christi: Maria etiá floruit in passione, resurrectione, ascensione & glorificatione Christi. Et hoc habemus ex virga virgine Maria, quæ protulit florē inæstimabilis pulchritudinis Christū. Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse. Quoniā Maria hæc singularis virgo pulchra paradisi arbor est. Ná dum virgá nominat, disciplinatá, castá, humilem, modicá, sed in altú cordis humiliter creuisse insinuat, habēs arboris pulchritudinē. Vide & fructus ipsius venustatē. Et flos de radice eius ascendet. Flos virgæ & fructus arboris dominus noster Iesus Christus. Non enim quia flos, ideo nō fructus, nec quia fructus est Christus, ideo nō flos. Obuiauerūt autē sibi sicut veritas & misericordia, ita flos & fructus in Christo, flos ad veritatē, fructus ad misericordiā & pacē pertinet. Sicut nāq; in flore promissio, sic in fructu redditio promissionis est, ita & dominus suis fidelibus in fidelitate perseuerantibus promisit, in misericordia soluit. Vnde Ps. Ipse est qui coronat te in misericordia & miserationib. Et tria in arbore cernimus, ipsam, s. arborē, florem & fructum. Tria quoq; in domino nostro Iesu Christo. Ad hęc tria quodammodo simul pertinētia aduertamus, ipso testante & de se dicēte: Ego sum via, veritas & vita. Nā via in exemplis, veritas in doctrina & ꝓmissis, vita in vitæ exhibitione. Igitur via ad arborem, veritas ad florē, vita ad fructū pertinet. Item arbor est Christus in cōuersatione, flos in resurrectione, fructus in ascēsione. In vita enim Christi fidei nostrę rectitudo est per doctrinā informatio, & sic in conuersatione velut in arbore stamus. In resurrectione autē eius spe flore scimus. In ascēsione fructū percipimus diuinitatis: Nō enim ipse solùm per resurrectionē & mortē refloruit, sed etiā nostra fides emortua, in ipso reuixit & refloruit. Vnde psallimus cū. Psal. Refloruit caro mea in spe. In ascensione verò fructuū diuinitatis spiritusancto misso de cœlo in apostolis participamus. Sed & singuli nostrûm, qui velut arbores in horto dominico sumus, si tamē arbores bonæ in fide viuēdo existimus, in bona operatione ac malorū patiētia, primò hîc boni odoris florem præmittimus, vt postmodū in fructibus contemplationis æternaliter gaudeamus. Deniq; siue Christū in arbore pulcherrima cū floribus suis intellexeris, siue matrē Virginem in arbore, (in fructu autē arboris dominum Iesum æstimabis) siue vtrunq; horū siue ambo di-

æteris nõ errabis. Videte chariſſimi, quomodo Chriſtus flos & virga eius virgo Maria nõ ſolùm iuſtos, ſed & peccatores in ſua habet generatione. Imò maior odor pietatis nobis peccatorib. in cor ſpargitur, cùm audimus, ꝙ nõ propter iuſtos, ſed ꝓpter peccatores Chriſtus venit, ſicut à principio Euãgelij dicitur filius Dauid, quid fuit peccator. Poſt hoc Abrahã, qui fuit iuſtus. Et licet ex hac cauſa ſit ſcriptũ ꝙ licet vicinior Dauid fuit promiſſio facta q̃ Abrahæ, qa Abrahæ dictũ fuit: in ſemine tuo, i. Chriſto figurato per Iſaac, benedicẽtur omnes gẽtes. Dauid autẽ dictũ eſt: De fructu ventris tui ponã ſuper ſedem tuam. Tamen propter ſpem retribuendã peccatoribus Chriſtus primò Dauid aſcribitur qui fuit peccator, vt nemo peccatorũ deſperet, ſed credat iuſtitiã faciẽdo & pœnitendo. Et ſic poterit eſſe in generatione Chriſti. Sed non filius Adã veteris, neq; Euę, ſed filius noui Adã, i. Chriſti: & Euæ, i. virginis glorioſæ, vt in eorũ generatione refloreat hîc in gratia, & in futuro per gloriam.

¶ *De Exaltatione ſanctæ Crucis.*

ENARRATIO I.

E*Rat liber inuolutus, & expandit illũ corã me, ſcriptus intus & foris, & erãt ſcripta in eo carmina lamẽtationis & væ.* Ezech. 2. In ſumma verborũ duo innuũtur. Primò crucis Chriſti præfiguratio, ſecũdũ ſubiũgitur pręfigurati manifeſtatio. Primũ ibi: *liber erat inuolutus.* Secundum ibi: *expãd t illũ corã me.* ¶ Dixi primò innuitur crucis Chriſti pręfiguratio, cùm dicitur: *Erat liber inuolutus.* Iſte liber eſt crux Chriſti. Nã tria ſunt quę per congregationẽ foliorũ librũ faciunt, ſ. ſcriptura, lectura, & figura. Et ſic crux Chriſti dicitur liber. Primò, ex ſcriptura, quia in eo per Pilatũ fuit ſcriptus titulus triũphalis. Io. 19. Ieſus Nazarenus rex Iudæorũ. Secũdò ex figura, quia compoſitũ ex pergameno virgineo, ſ. corpore ſuo, & aſſeribus ligneis & quadrãgularibus, ad deſignandũ ꝙ homines à quatuor partib. mundi in ea eſſent redimẽdi. Tertiò, ex lectura: quia in ſancta cruce tanquã in libro legimus opus noſtræ redẽptionis. Eſt enim crux ſancta liber laicorũ, vt habetur in can. de con. di. 3. perlatũ, &c. Quod legẽtib. ſcriptura, hoc idiotis cernẽtibus pręſtat pictura, vt in ipſa legãt qui literas neſciũt. Ideo de tali patet Heb. 9. Hic eſt liber quẽ Moſes aſperſit ſanguine, i. Chriſtus. Similiter Gen. 5. Hic eſt liber generationis Adæ. Reuera liber iſte probauit generationẽ Chriſti ex Adã, quia paſſus eſt ſecundũ humanitatem, &

non

non diuinitatē in cruce. Ideo ratione contactus veri corporis & sanguinis Christi veneratur crux sancta. De quo S. Thomas Par.3.q.25.ar.4. Ligno crucis in quo crucifixus est Iesus ex contactu corporis & mēbrorū Christi, & ex eo ꝙ sanguine eius est perfusa & rubricata, maior veneratio debetur. Ideo dicit Damas.lib.4. Ratione cōtactus venerātur claui & lancea. Nō autē in alia materia lapidea vel ferrea, quia nō repræsentāt eius imaginē, sicut crux Christi. Diceres: Cur nō veneratur asina, in qua Christus honoratus est, sed honoratur crux Christi in qua dehonestatus est? Resp. secūdū Gl. de con. dist.3. Crucis domini. Quia laus Christi exhibita in asina fuit mūdana, sed in cruce facta est redemptio nostra. Idcirco in cruce tāquā in libro legere debemus virtuositatē nostræ saluationis. Euseb. in sermone, Tota salus mētis & corporis prouenit nobis ex crucis Christi virtute. Cui cōsonat Chrys. super Mat. di. Crux saluatoris est nobis causa totius beatitudinis. Et sicut crux habet quatuor cornua, sic quatuor virtutes legere debemus in crucis ligno. Primò, in superiori cornu crucis debemus legere obedientiā, de qua Phil.2. Factus est obediēs vsq; ad mortem, mortem autē crucis. S. Tho. par.3.q.46.ar.4. Cōueniēs fuit Christū in cruce obedientiā pati propter iustificationē humanā. Ro.5. Sicut per vnius hominis inobedientiā peccatores cōstituti sunt multi: ita per vnius obedientiā iusti constituuntur multi. Propter quod dicit Aug. de spiritu & litera: Nō credo sine causa factū ꝙ de Bethania transit ad passionē. Nam Bethania interpretatur domus obedientiæ, ad designandū, ꝙ ex obedientia mori voluit. Item quadruplicem obedientiam exhibuit Christus in cruce, s. naturalem, pœnalem, virtualē, & finalem. Primò obedientiā habuit naturalem, quam perdideramus. Naturale enim est, ꝙ omnis filius subditus sit suo generatori. Hāc perdidimus, sed Christus habuit illam in summo. Ps.36. In capite libri, i. in initio æternitatis, scriptū est de me, vt facerem voluntatem tuam deus meus, volui. Nō obediētia seruili & coacta, cùm vnius sint naturæ, voluntatis & potētiæ: sed obediētia filiali & dilecta, quā obedientiā commendauit Deus pater, Mat.3. Hic est filius meus dilectus. Secundò, habuit obedientiā pœnalem, qui factus obediens vsq; ad mortem. S. Thom. Parte 3. Hāc pœnalem obedientiā exhibere voluit nobis in exemplum virtutis. Dicit nanq; Aug. in lib.83.q. Sapientia dei est

exemplũ hominũ, docens rectè viuere modò ad rectã vitam pertinet metuenda non timere. Sunt tamẽ aliqui homines, qui quanuis mortem non timent pro Deo sustinere, timẽt tamẽ genus mortis, ergo Christus turpissimã mortem sustinuit ex obediẽtia. Sapientiæ 2. Morte turpissima cõdemnemus eum, vt nullũ genus mortis timere deberemus. Tertiò, habuit obedientiã virtualem. Io. 8. A me ipso nihil facio, sed sicut docuit me pater, sic loquor. O quàm virtualis & grata Deo patri ista obedientia, quia Christus miraculorum operationẽ, oris & veritatis prædicationem, & naturæ indissolubilis vnionẽ, omnis paternæ voluntatis adimpletionẽ patri tanquã principio generanti appropriauit. Nam de operib. miraculorũ dixit, Io. 5. Quousq; pater meus operatur, & ego operor. De veritatis prædicatione, Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. De vnione verò indissolubilis naturæ, Io. 14. Pater maior me est. Sed de paternæ adimpletione voluntatis, Ioan. 8. Quæ beneplacita sunt ei, facio semper. Et sic ex obediẽtia virtuali passio eius fuit accepta à Deo patre pro omnib. nostris delictis. Eph. 5. Obtulit seipsum hostiam immaculatã Deo patri in odorem suauitatis. Quartò, æternalem & filialẽ habuit obedientiã, cùm caro mortalis & passibilis, facta est immortalis & impassibilis. Nã intrauit ianuis clausis post resurrectionem: & sic nos in cruce & in omni vita sua obedientiã docuit, s. in mundũ veniens, & per mundũ transiens, & de mũdo exiens. Primò, docuit obedientiã in mundum veniens. Vnde dixit Io. 6. Non descẽdi, vt faciã voluntatem meam, sed eius qui me misit patris. Secundò, docuit obedientiã per mundum transiens. Io. 4. Cibus meus est, vt faciã voluntatem patris mei. Tertiò, docuit obedientiã de mundo exiẽs. Nã in passionis agonia dixit Matt. 26. Pater si fieri põt, trãseat à me calix iste. Veruntamẽ nõ sicut ego volo, sed sicut tu. In hoc debemus eum sequi, ei in omnibus obedientiã præstãdo, dicendo cum Apost. Gal. 2. Christo confixus sum cruci. Viuo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus. Nã in cruce habuit caput inclinatũ in obediẽtiæ signũ. Quam virtutẽ commendat Orig. super Can. Obedientia est diuinorũ præceptorum virtus perfectissima. Propter quod dicit Isid. de sum. bon. Subiiciuntur nobis omnia, si ratio nostra fuerit Deo subiecta. Aug. Plus valet vna oratio obediẽtis, quàm decẽ milia contemptoris. Ideo Greg. Nõ mirum si tardè exaudimur,

mur, cùm dominũ prçcipientem rarò vel nunquam audiuimus. Nam dicit Hugo de sacrament. lib. 1. Omnis virtus ab obedientia incipit: sic omne vitiũ ex inobedientia processit. Secundũ cornu à dextris designat lectionem misericordię. Eph. 4. Estote inuicem benigni & misericordes. Nã omnia opera misericordiæ, à Christo in cruce sunt exhibita. Nam esuriẽtes corpore suo pauit. 1. Cor. 11. In qua nocte tradebatur Iesus accepit panem benedicens, & gratias agens dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meũ. Sitientes potauit, di. Accipite & bibite, hic est calix noui testamẽti in meo sanguine. Vinctos liberauit. Zach. 9. In sanguine testamenti eduxit vinctos de lacu. Exulem hospitauit, s. latronẽ, cui dixit Luc. 24. Hodie mecum eris in paradiso. Dicit Rabanus super Gen. Hora meridiei dominus crucem ascẽdit, sed post meridiẽ latronẽ in paradisum transduxit. Nam illa hora sicut præuaricatorem Adã expulit, confitentẽ latronem induxit: sic nos misericordiã in libro crucis legere debemus & agere, iuxta illud Isa. 58. Frange esuriẽti panem tuũ, egenos vagósq; induc in domũ tuã, & orietur in tenebris lux tua, id est, gratia & misericordia, iuxta illud Mat. 5. Beati misericordes, quoniam, &c. Nã saluator dixit Luc. 6. Eadẽ mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Ideo Apost. ad Heb. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam cõsequamur. In tertio cornu crucis à sinistris legere debemus patientiã in aduersis. Vnde Apost. Heb. 12. Recogitate eũ qui talẽ sustinuit aduersus semetipsum contradictionem. Nam in omnibus suis pressuris & angustiis nõ aperuit os suũ, sed omnia patiẽter tulit vt ouis. Isa. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutescit. Nobis in exemplum. Vnde Ber. Omnis labor leuis, omnis amaritudo dulcis, omnis pœna tolerabilis, si cõsideramus qd biberit Christus in cruce. In quarto cornu & in fine legere debemus humilitatem. Hanc Christus docuit tẽpore passionis. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Nam lauit pedes discipulorum. di. Io. 13. Exemplum dedi vobis vt & vos ita faciatis. Nam humilitas est sedes gratiæ. Isaiæ vlt. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilẽ & trementẽ sermones meos? Bernar. Virtus humilitatis est recuperatio læsæ charitatis, ipsa sola verbũ Dei in vterum virginis induxit. Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Bern. Audeo dicere ꝙ sine

humil

humilitate Deo nõ placuisset virginitas Mariæ. Idcirco Heraclius cùm Cosdrã vicit, & crucẽ Christi in brachiis gessit, nec intrare poterat Hierusalẽ superbus sed humiliatus est ab angelo correctus. ¶Iste liber fuit inuolut' in figuris. Nã primò figuratũ est in ligno vitæ quod erat in medio paradisi: & sic Christus passus est in ligno in medio mũdi. Psal. Operatus est salutem in medio terrę. In hoc ligno erat vita nostra. Deut. 3. Erit vita tua ante te pendens. Ber. In arbore crucis dominicæ pẽdebat fructus omnis vitæ nostræ. Etiam figuratũ est Gen. 4. Cùm Abel & Cain fratre suo in agro cũ tridẽte occisus est: & sic Christus à fratribus suis Iudæis in ligno crucis. Ideo dominus dixit eis, Matt. 23. Veniet super vos omnis sanguis iustus, &c. Secundò, figuratũ est in arca Noẽ, in qua totũ genus humanũ saluatũ est: & sic nos, Sap. 14. Exiguo ligno credũt homines saluare animas suas. Aug. Domuit hostẽ non ferro sed ligno. Greg. Quid pretiosius & sublimius cruce de qua tãta in nos trãscẽdit gratia & virtus? Tertiò, figuratur Genes. 22. Cùm colligasset Abraham Isaac, &c. sed aries in spinis occiditur pro eo. Spiritualiter, sic Christus inter spinas occiditur. Aug. Inter spinas occiditur, qui spinas peccatorũ confringere venit. Quartò, figuratur Exo. 15. Moses clamauit ad dominũ pro aquis, qui ostendit ei lignũ, quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt: sic & aduersitas dulcoratur. Gre. Quicquid terrena aduersitas propinat afflictionis, leue erit si aspiciatur ad patibulum crucis. Quintò, figuratur Gen. 28. Iacob vidit scalam, & summitas eius tangebat cœlos, &c. Aug. lib. 2. de Ruth 1. Nolite me vocare Noemi, i. pulchrã, sed amaram, quia amaritudine repleuit me dominus. Diceres: Quomodo tamen Maria potuit ita acriter dolere quæ vtique voluntatẽ Dei ex inspiratione spiritussancti sciuit? Resp. Aug. de spiritu & litera: Amor & dolor sunt põderata realiter in B. Virgine, s. amor naturalis ad filium, ex quo processit dolor: & amor ad salutẽ generis humani, ex quo processit gaudium, illa põderata sunt in corde eius in libra iustitiæ. Sed amor salutis generis humani prępõderauit, & gratia naturã vicit. Voluit igitur B. Virgo ratione diuinit' gratiæ illustrata potius Christum mori tẽporaliter, quàm humanum genus damnari æternaliter. De quo Ambr. Maria stabat ad crucem. Si mors filij non sufficeret, ipsa ad populi redemptionem prona esset etiã mortem subire. Et hoc idem vult

Bern.

Bern. Optabat ipsa sanguinē suum addere, & cum filio suo sacrificium vespertinū celebrare. Sed dic. Nūquid valuisset pro redemptione humani generis eius mors vel passio? Resp. Aug. Ille solus hoc valuit sacrificiū offerre q debuit & potuit. Debuit vt homo sine cōtagione peccati. Potuit vt Deus. Heb. 9. Solus pontifex cū sanguine semel in anno intrauit in sancta sanctorū, quē offerret ꝓ sua & populi ignorātia, vt figuratur Leuit. 16. Nullus hominū sit in tabernaculo, quādo pōtifex ingreditur sanctuariū. Dicit enim Ber. Nullius dignitas nec hominis nec angeli in sacrificando cōmunis potuit esse autoritas. Vnde liber passionis Christi & crucis fuit scriptus intus & foris doloribus, in quo legere debemus nō solùm lamētationes scriptas ratione dolorum Christi & matris eius, sed etiam lamētationes ratione nostri, s. q nos demeruimus: ita quòd nos cōpuncti possemus dicere cū latrone, Luc. 23. Nos quidē digna factis recipimus, hic autē nihil mali gessit. Nam secūdum Ber. Innocēs sustinuit quod nocēs rapuit, iuxta illud Psal. Quæ non rapui, tunc exoluebā. Item nō solùm lamētationes scriptæ sunt in hoc libro crucis, sed etiā carmen, i. cāticum lætitiæ, quia redemptio generis humani. Luc. 10. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Ber. In cruce adepta est peccatorū remissio, pietatis exhibitio, meritorū augmētatio. Nā secūdū Gre. in dialogo: Nunquā quis cœlesti beatitudine dignus foret: nisi Christus crucē ascēderet. Tertiò, scriptū est hoc libro væ, s. æternæ damnationis, his qui ingrati sunt redēptioni, & voluntariè se tradunt damnationi, nō meditātes passionē domini. De quib. Apoc. 20. Qui nō est scriptus in libro vitæ, missus est in stagnum ignis, s. æternæ damnationis. Propter quod dicit Ber. Hęc mihi summa philosophia: meditatio Christi passionis assidua suauissimū crinile, sic mihi spinea tui capitis corona, dulcis lectulus crucis lignū, in hoc morior, in hoc viuo. Nā verus Christianus sicut apis sugit mel de flore, sic omnē dulcedinē animæ sugere debet ex vulneribus & mēbris Christi in cruce. Qualis fuit Aug. li. supplic. par. 4. dicēs, O Iesu crucifixe passio tua est mihi fauo dulcior, lacte sapidior, balsamo prętiātior, gēmis & auro pretiosior, cūctis terrarū diuitiis & honoribus charior, scribe in tabulis cordis mei sanguine tuo dulcissima vulnera tua, vt te immēsæ dulcedinis dominū habeā in corde, pectore, & ore, perficiámque documēta passionis tuæ

opere.

opere.Nã di.Aug.super pri.can.Io.Homo fidelis qui ita recordatur dominicæ passionis documẽta, nõ solùm patiẽter moritur,sed etiam patiẽter viuit,& delectabiliter moritur.

¶ *De S. Matthæo.* ENARRATIO I.

R*Elictis omnibus surgẽs secutus est eum.* Matt.9.Dicũt naturales ꝙ luna naturaliter sequitur motũ solis, qui ab eo illuminatur,& de quãto magis soli appropinquat, de tanto plus quò ad terrã de suo lumine perdit. Sed dicit Macrob. Claritatẽ quã perdit, ex parte terræ, nullo modo perdit ex parte cœli, imò plus ex parte superiori demonstratur. Ideo quando cœlo cõiungitur,nihil luminis ad terrã dirigit,sed in parte cœli in plena illuminatione existit.Mysticè,per lunã peccatores & stulti intelligũtur, quorũ heu multi sunt, iuxta illud Eccl.1.Stultorũ infinitus est numerus.Rectè,sicut luna nunquã est stabilis,sed semper hinc inde diuagatur:sic peccator de vno peccato in aliud labitur:de quo Eccle.27.Stultus,i.peccator,vt luna mutatur. Si igitur à sole iustitiæ,i.à Christo vult illuminari,necesse est vt illum solem,i.Christũ sequatur.Psal.33.Accedite ad eum & illuminamini:& quãtò plus sibi appropinquat,tãtò plùs vanitatẽ mundi despicit.Si autẽ peccator est oppositus soli,tunc claret in mũdo vana gloria,de quo Isid.Longè à Deo animus, cui hæc vita est dulcis.Greg.super Ezech. Quantò terrenis mẽs plus occupatur,tantò cœlestia minus videt,vt patet in Matth.dum terrenis inhæreret,Christus eũ sole misericordiæ non illustrauit. Vt igitur illustraretur , necesse erat vt Deũ sequeretur.Hæc imitatio figuratur 3.Reg.19.Elias venit ad Elisęũ arantẽ in cãpis,misit super illũ palliũ suum,& statim relictis bobus quibus arabat,cucurrit post Eliam,& transiens tulit par boũ,& mactauit,& coxit carnes,& dedit populo,& comedit,& surgẽs secut⁹ est eũ.Spiritualiter,verus Elias,i. Christus,venit ad Elisæũ,i.ad Matthæũ arantẽ in cãpis,s.auaritiæ intentũ telonio:Christus misit palliũ,i. diuinitatẽ palliatã humanitate,& extraxit eum,quia secũdum Hier. Diuinitatis radij ab eius intuitu illucebãt,quos voluit attrahere attraxit:& sic de Matth.factũ est.In verbis Euang.duo innuuntur. Primò,pia respectio diuinæ charitatis,ibi:*Vidit Iesus.*Secundò, subiungitur vana reprehensio humanæ iniquitatis, ibi : *Videntes.*de primo dicit : *Vidit,&c.* Arist.in lib.de anima,dicit : Salandrius est auis,& est albus totus in colore,nullã nigredinẽ habẽs,& est huius naturæ, quan

quando alicuius ægritudo est ad mortẽ, auertit faciẽ suam ab infirmo, si autẽ infirmus debet cõualescere, visum porrigens est in ipsum quasi applaudẽs. Spiritualiter: Sic Christus totus albus. Cant. 5. Dilectus meus cãdidus & rubicundus, &c. nullã nigredinẽ peccati habẽs. Sap. 7. Cãdor est lucis æternæ. Iste purissimus dñs habet duos oculos, dextrũ, s. gratię quo respicit peccatores: sinistrũ, s. misericordiæ. Hũc si auertit, sine dubio moriẽtur. Ideo Dauid. Respice in me, miserere mei. Si eñ Christus infirmũ peccatorẽ respicit oculo misericordiæ, non morietur in peccatis. Nã respectus deitatis habet multos effectus. Et sic oculo misericordię respexit infirmũ Matthæũ, cùm ei peccata dimisit. Oculo verò gratiæ ipsum respexit, cùm eũ in apostolũ elegit, vt p seipsum testatur, dicẽs: *Vidit Iesus sedentẽ in telonio.* ¶ Vbi innuũntur tres infirmitates. Prima, terrena cupiditas, cùm dicit *hominẽ*, nõ virũ, ab humo. Gen. 1. Formauit hominẽ Deus de limo terræ. Greg. Matthæus diligẽdo terrena factus est terrenus. Aug. Talis vnusquisq; est, qualis sua dilectio: si terram amas, terra es. Et bene auarus homo terra dicitur. Nã sicut terra est frigida, sic auarus nõ habet calorẽ charitatis. Aug. 83. q. Venenum charitatis auaritia. Vbi auaritia regnat, ibi charitas locũ nõ habet. Itẽ terra claudit animalia venenosa, & sic auaritia alia peccata mortalia. Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccata. 1. Tim. 6. Radix omniũ malorũ cupiditas. Hug. de S. Vict. Qui auaritię innititur, omniũ peccatorũ particeps efficitur. S. Tho. 2. 2. q. 119. ar. 2. Auaritia est radix omniũ malorũ, non ꝙ omnia mala semper oriũtur ab auaritia, sed quia nullũ malũ est quod nõ interdũ oritur ex auaritia. Itẽ terra includit in se infernũ. Hier. super Ionam: Quomodo cor est in medio animalis, ita infernus in medio terrę: & sic auaritia, quia di. Tulli. Tota vita auari hominis plena est miserię & doloris, s. p solicitationẽ. Damas. Maior est cruciatus auari oĩa possidẽtis, quã pauperis nihil habẽtis. Eccl. 5. Omnibus diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, erũna atq; tristitia. Secũda infirmitas acedia, quia *sedentẽ*, i. bono opere torpentẽ. Leo pa. Nõ torpẽtibus, sed laborãtibus datur præmiũ. Nã tria sunt loca, s. cœlũ, infernus & terra. Cœlũ deputatũ est ad quiescendũ. Matt. 19. Sedebitis super sedes, &c. & Matt. 8. Venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Infernus deputatus est ad iacendum.

cendum.Pro.14.Iacebũt mali ante bonos,& impij ante portas iustorũ.Isa.4.Subter te sternetur tinea, & operimẽtum tuum erunt vermes.Mundus deputatus est ad operandum. Iob 5.Nascitur homo ad laborandũ, sicut auis ad volandũ. Psal.72.In labore hominũ non sunt(s.acediosi)& cum hominibus non flagellabuntur.Gl.sed cum dæmonibus. Ideo Eccl.9. Quodcunq; potest manus tua operari, instãter fac. Nam 2.Tne.3.Qui non laborat non mãducabit.Tertia infirmitas Matthæi erat,quia curis secularibus insudabat, vt pote telonariũ agẽs,quod raró fit sine peccato,quia cõmuniter tales sumũt vltra pretiũ cõstitutum, vel etiã à quibus non est accipiẽdum,vt à clericis,vt habetur de cõs.& exactionibus,quanquã.lib.6.Ratio,quia debent pro salute regni exorare. Et ab hoc officio fuit vocatus Matthæus per Christũ,*qui dixit,Sequere me*.Beda:Nõ solùm incessu pedum, sed & morũ.Ecce diuina bonitas nobis in exẽplum fiducię Dei misericordiæ.Aug.Nemo de pietate Dei diffidat, quia maior est misericordia Dei omni nequitia.Si misericorditer vocauit Matthæum auaritiæ innitentem, multò magis suscipiet te clamantẽ.Ideo Bern. Exlamat cõtra desperantes:O res confusa, res mõstruosa desperare de Dei misericordia,cùm omnia nostra peccata respectu Dei misericordiæ sint quasi vna gutta respectu totius maris. Et hoc perpẽdens Matthæus,*Surgẽs secutus est eũ*,paruipẽdens omnia impedimẽta, dicẽs cũ Apost.Phil.3. Omnia arbitratus sum vt stercora,vt Christum lucrifacerẽ.Item quatuor sunt impedimẽta,quæ impediunt in itinere salutis.Primum est amor diuitiarũ,testis huius iuuenis,Matt.12.Multas possessiones habẽs, qui dixit:Magister quid faciã vt habeã vitam æternam?Qui dixit ei,Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Qui dixit:Hoc seruaui à iuuentute mea.Cui Iesus : Adhuc vnũ tibi deest.Si vis perfectus esse,vade & vẽde omnia quę habes,& da pauperib⁹,& sequere me.Qui abiit tristis. Tũc ait Iesus:Quàm difficile est qui pecuniã habent introire in regnũ cœlorũ! Facilius est camelum per foramen acus intrare, &c.Ideo Eccl.8. Aurum & argẽtum multos perdidit. Secundũ impedimentũ est amor parentũ,Luc.9.dixit Iesus ad quendam,Sequere me:qui dixit,Mitte me prius sepelire patrem meum. Ecce amor parẽtum fuit illi impedimentum salutis , quia dixit Saluator, Matth.10.Qui amat patrem vel matrẽ plus quàm me,nõ est me dignus. Tertium

imped

impedimẽtum eſt amor amicorũ. Talis fuit ille Luc.9. Cui dixit Ieſus: Sequere me. Reſpondit ille: Sequar te, mitte me prius nuntiare his qui domi ſunt. Et ſic impletum eſt illud Matt.10. Inimici hominis domeſtici eius. Quartũ impedimentũ eſt timor, ſ. puſillanimitatis, cogitãdo iſta onera nõ poſſe gerere. Pſal. Trepidauerũt timore, vbi nõ erat timor. Nã quod per te non potes, domino auxiliante valebis. Iſa. 40. Qui ſperant in domino, habebunt fortitudinem, dicentes cũ Apoſt. Eph.4. Omnia poſſum in eo qui me cõfortat, Aliqui timent hominũ poteſtatẽ, qui faciunt contra Deum & iuſtitiam, de quibus Leu.26. Terrebit eos ſonus folij volantis. Nam omnis poteſtas humana quaſi foliũ volans in vento. Ideo Matt.10. Nolite timere eos qui occidũt corpus & amplius nõ habent quid faciãt: ſed timete eũ qui poteſt occidere corpus & animã, &c. Iob.6. Qui timet pruinã, cadet ſuper eũ nix: qui timet poteſtatem humanã, incidet in vltionem diuinã. Iob 20. Qui fugerit arma ferrea, incidet in arcũ æneum. Hæc omnia non retraxerunt S. Matthæum. Vnde Remigius, Humana pericula, quæ ei euenire poterãt paruipendit, dum omnia imperfecta reliquit. Idcirco voci Chriſti efficaciter obediuit. Iuxta illud Ber. Perfectus obediens parat aures ad audiendum, oculos ad videndũ, linguã voci, manus operi: & ſe totũ colligit, vt ex toto mãdatũ impleat. Qualis fuit S. Matthæus *qui ſurgens ſecutus eſt eum*, omnibus relictis. Ecce magna Matthęi dilectio, de qua Auguſt. Quantũ quid deſpicit, tantũ diligit, & ſic ipſe omnia deſpexit, hoc ſignum perfectæ charitatis fuit. De quo Gre. 8. Moral. Ad culmen perfectionis tendunt, qui exterius cuncta derelinquunt. Nã ſecundũ Hiero. Chriſti ſeruus perfectus nihil quærit præter Chriſtum. Sed quare non vocauit Matthæũ ſtatim cũ Petro? ſed prius fecit ſigna, vt ſocrũ Petri ſanauit. Matt.8. & paralyticum per tectũ miſſum. Mat.9. Reſp. Dominus qui hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem ſuã fecit, prout ab æterno præuidit vocauit, quia cognitor cordis eſt: quando ſentit hominem habilem & diſpoſitum, vocat, & ſic egit cum genere humano, noluit venire in primo, ſecũdo, tertio, quarto vel quinto milenario: ſed in ſexto, vbi genus humanũ fuit habile. Etiam illa eſt ratio quare aliqui vocantur, & aliqui non, quia quos videt diſpoſitos, aliqui in iuuentute, aliqui in ſenectute vocantur. Grego. 39. Moral. Miſericors Deus diu peccata hominum tole-

rat,& cũ vltimum finẽ respicit,plerunq; peccantium mentes immutat. ¶Dixi, secundò subiungitur vana reprehẽsio humanæ iniquitatis,cũ dicitur, *Factum est discumbente eo fecit conuiuium*,sicut amici volẽtes se separare,& etiã inimici volentes sibi reconciliari : sic Matthæus voluit se separare à mundo,& reconciliari Christo. *Videntes Pharisæi*, qui opera Christi malè interpretabuntur,*murmurabant*.Itẽ Pharisæi habuerunt quatuor infirmitates.Primò,murmurationis contra aperta bona.Contra hoc Sap.1.dicitur,Custodite vos à murmuratione,quia nihil prodest. Secundò, præsumptionis melioritatis Christi,*dicentes, Quia hic peccatores recipit*.Tertiò elationis,qui iustos se reputabãt, sed alios peccatores. Quartò,temerariæ suspicationis,suspicabãtur Matthæum adhuc publicanũ,quem Christus elegit in apostolum.Ideo dixerũt,Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat magister vester?Simon de Cassia, Cùm quis saluti animarum intẽdit,& studet curare langores, tũc posset sumere necessaria,etiã si de mãmona iniquitatis existerent. Idem:Fecit conuiuiũ Matthæus magis ex fide quàm ex rerũ apparatu, exultans se Iesum accepisse hospitẽ, & ꝙ de sua substantia tanto hospiti meruisset ministrare, indignũ se arbitrans ꝙ vocaretur à Christo,& ꝙ Christus ad domũ eius accesserat qui non venit ad domũ propter eius cibum corporalẽ,sed spiritualem,verbum diuinum ei impertiẽs,reddẽnsq; eum accensum in Dei amore,vt potius eligeret egere cum Christo, q̃ omnia possidere. Ecce multi publicani. Vnum conuertit,& multos attraxit.Beda,Vnius publicani conuersio, multis exemplum pœnitentiæ tribuit, & incentiuum cunctis fuit.*Et videntes murmurabant*.Ecce ista quæstio oritur ex superbia & mala æstimatione.*Et Iesus audiens ait : Non est opus valentibus medicus*.In hoc redarguit illorum temeritatẽ, qui de iustitia sua præsumentes gratiæ cœlestis auxilium quęrere non curabant, *sed* hoc fecit *malè habentibus* , illos vocat qui suæ infirmitati conscij medicinam sanitatis pœnitẽdo requirunt. Quia Pharisæi se sanos reputabant , Publicani autem malè habentes se cognoscebant:ideo isti à Christo sanabantur, & illi in suis peccatis relinquebantur. De hoc medico Ambr. Nouum medicamen nouus magister attulit,quod de cœlo ad terram latum est. Vulneratus est propter nostras iniquitates,& eius liuore sanati sumus.Eccle. 38.Altissimus de terra creauit medicinam.

Hic

¶Hic est optimus medicus. Primò, in cognitione infirmitatis. Ps. 43. Ipse nouit abscōdita cordis. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. valens medicus est, qui eandē infirmitatē patitur sicut ęgrotus: sic Christus. Heb. 4. Non habemus pontificē qui non possit cōpati infirmitatibus nostris. Secundò, ex multorū subuentione: & sic Christus nos omnes curauit. Lucę. 6. Omnis turba quærebat eū tangere, quotquot tetigerunt, salui fiebant. Leo papa: Sicut neminē sine peccato inuenit, sic oēs curare venit. Tertiò, in prōpta curatione. Et sic Christus solo verbo. Mat. 8. Volo, mūdare. Solo tactu. Luc. 14. Ipse apprehēsum sanauit eū, & dimisit. Ad hunc omnes debemus recurrere. Eccl. 38. Fili in tua infirmitate non despicias teipsum, sed ora Deum, ipse curabit te. Nam ipse habet VII. pyxides, id est, VII. sacramēta, quæ tradidit ad sanandū animæ nostræ vulnera. Ideo subdit, *Euntes discite quid est*, q. d. Discite vos qui facitis vos magistros, scripturas diligenter inquirite, & ignorantiæ vestræ subuenite, quod dominus loquitur per prophetam Osee 6. *Misericordiam volo*, s. per peccatorū dimissionē, & volo vt sitis vobismetipsis misericordes per propriam recognitionem. Iuxta illud Eccle. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo. *Et non sacrificium*, id est, holocaustorum oblationē, vt scribitur Prou. 21. Facere misericordiā & iudiciū magis placet Domino q̃ victimæ. q. d. Vos offertis sacrificia corporalia, & creditis placere Deo, & non curatis de conuersatione peccatorū nec sustentatione pauperū, & spiritualē eleemosynā faceretis, in quo Deo magis placeretis. Iuxta illud Greg. Nullum Deo tale sacrificiū sicut zelus animarū, q. d. secundum Chry. Cur accusatis me, cùm in hoc Deū incusatis, cui placet, vt voce prophetica prædixit: Et subdit, *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Vnde Beda in homilia mouet dubiū, Tamē vocauit Nathanaël, de quo Ioā. 1. Ecce verus Israëlita, in quo dolus nō est, & ille fuit iustus. Respō. Oēs electos ad regnū vocat, peccatores ad pœnitentiā, iustos, vt ambulent de virtute in virtutē. Vel sic, Nō falsos iustos vocat, vt Pharisæi erant, sed eos qui se peccatores cognoscebant, quales fuerūt, qui cū Christo manducauerunt. Simon de Cassia, O quāta est virtus pœnitētiæ, quæ de peccatorib⁹ facit iustos, de impiis pios, de alienis filios, de extraneis ciues, de terrenis cœlestes! de quo Chry. In sermone de S. Matthæo, dicit, O virtus diuinitatis & misericordiæ ex ca-

ptiuo facis militem, ex luto aurum, ex raptore apostolum, de telonario euangelistam. Qui prius fuit in profundo malignitatis, nunc ascendit ad apicem virtutis, vt neminem debere desperare ostenderet, sed omnibus nobis fiduciam misericordiæ suæ præstaret. Si igitur fuisti superbus, recordare Mariæ Magdalenæ: si auarus, respice Zachæũ & Matthæum: si luxuriosus, vide adulteram: si iracundus, considera Paulum: si multis peccatis negasti Deum, recurre ad Petrum. Hi omnes peccauerunt, & veniam adepti sunt. Psal. Miserationes eius super omnia opera eius.

¶ *De sancto Michaele.* ENARRATIO I.

A*Ngeli eorum vident semper faciẽ patris mei qui in cælis est.* Mat. 18. Paterfamiliàs filiũ suum literarũ studio mancipãs, prouidet ei de pędagogo ad instituendũ & custodiendum. Spiritualiter, Sic Deus pater locans hominem in hũc mundum non eũ solitariè mittit, sed deputat vnicuiq; angelum in custodiam. Ps. 90. Angelis suis Deus mãdauit de te. Quæ verba tractat beatus Bern. di. O mira dignatio, vera & magna dilectio, ꝙ dominus mãdauit angelis ad custodiẽdum nos! Chrys. O quãtus honor nobis extitit, ꝙ Deus ad nos sicut ad amicos angelos mittit! Figuratur Tob. 5. Pater Tobię noluit filium solitariè mittere in Reges, sed iussit sibi quærere comitẽ propter discrimina viarũ. Spiritualiter, Rages interpretatur ægrotatio, & significat mundũ vbi est ægrotatio vitiorũ. Deus nõ mittit nos solitarios, sed associat nobis angelos. De quo Hier. Magna dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ad custodiã angelũ deputatũ. Ideo dicũtur angeli hominũ, cùm dicitur, *Angeli eorum.* In verbis præmissis duo innuũtur. Primò hominũ dignitas gloriosa, ibi, *Angeli eorũ.* Secundò subiũgitur angelorũ proprietas iubilosa, ibi, *Semper vident faciẽ patris.* De primo dicit, *Angeli eorum.* Aug. de Ciui. Dei, dicit, sunt angeli Dei & angeli nostri, in mũdo nostri, in iudicio nostri, in cœlo nostri. Primò, sunt angeli nostri in mũdo, quia nobis ad ministeriũ missi. Heb. 1. Oẽs sunt administratorij spiritus & in ministeriũ missi. Diceres, Mittũtur omnes? Respõdet Diony. Mitti angelos, capitur dupliciter. Vno modo, ad omnia diuina secreta reuelanda. Alio modo, ad exteriora exequẽda. Primò, oẽs mittũtur, quia supremi qui dicũtur assistẽtes, reuelãt secreta mediis & medij infimis. Secũdò modo, locũ de cœlo ad terram mutãdo, ad hunc locũ mittuntur angeli inferiores, cõmuniter loquendo, &

do,& ex officio eorũ.Dico cõmuniter, quia pro arduo negotio mittũtur etiam superiores.Isa.6.Volauit ad me vnus de Seraphim.Et de tali ordine Dan.7.Milia milium ministrabant ei,&decies milies cẽtena milia assistebãt ei.Vbi S. Thomas parte 1.q.50.art.3.Angeli sunt immateriales substantiæ in maxima multitudine. Et Dionys. lib.8. cœlestis Hierar.Multi sunt qui excedũt commensurationẽ numerorum.De quo Iob 25.Nũquid est numerus militũ eius? q. d. non.Illorũ omniũ festiuitas celebratur hodie.Et omnes dicuntur angeli,i.nũtij.Et meritò.dicit S. Thomas parte 1.q. 108.art.5.Licet non omnes mittuntur, tamen omnes dicuntur angeli propter manifestationẽ diuinorum secretorum. Sed cùm sint spiritus incorporei,cur corporaliter pẽnis depinguntur?Respõdet Isido.7.Etymo.Propter mysticum intellectũ.Primò,depinguntur pennis propter eorũ promptã voluntatem & celerem discursum.Secundò,longa coma & reflexis capillis,ad significandum ordinatas affectiones ex mentis radice procedentes. Tertiò aures,propter diuinam inspirationẽ percipientes. Quartò nares,quia peccata fœtida fugiũt.Quintò labia,quia diuina secreta manifestãt nobis.Sextò imberbes,ad designandũ,ꝙ in omnibus ętatibus & senio non deficiunt.Septimò,manus & brachia habẽtes, quia ad virtutẽ actiuã nos hortãtur.Octauò,cor & pectus, ad significandũ Dei fortitudinem,quia in exercitu Sennacherib vnus angelus CLXXXV. milia occidit.Nonò, pedes nudos,ad significandã liberã affectionem ad Deũ & motũ sine impedimento.Decimò,pẽnati, quia sunt à cogitatione terrena penitus alieni, & in cõtemplatione alti, & sic sunt in mundo nostri custodes.¶ Sed cur hoc ordinauit Deus vt sint nostri custodes?Respondetur,Primò, propter hominis dignitatem,quæ in hoc attenditur,ꝙ humana natura est dignificata & ineffabiliter nobilitata per suã substantiã in diuino supposito:ratione huius debetur ei honor diuinus & & cultus latriæ,qui soli Deo est debitus. Et dicit Athanas. Perfectus Deus, perfectus homo.Et hinc est ꝙ ante incarnationẽ angeli permiserunt se adorare.Hoc tamen post incarnationẽ prohibuerũt.Apoc.19.Vide ne feceris,quia conseruus tuus sum ego.Ideo angeli non dedignantur seruire homini, cùm humanam naturã vident supra se eleuatam. Secundò,propter eorum vtilitatem,quæ consistit,in hoc,ꝙ eorum ruina ex hominibus debet restaurari,quia homines

saluandi intrabunt in locum cadētium angelorum, de quo Matth.22. In cœlo non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei. Ideo angeli adminiſtrauerunt ad redemptionem humani generis. Primò, ad incarnationem nūtius fuit angelus. Luc.1. Miſſus eſt angelus ad Virginem, dicēs, Ecce concipies. Secundo, ad natiuitatem. Lucæ 2. Annūtio vobis gaudium magnum, & venit multitudo militiæ cœleſtis exercitus, dicens, Gloria in excelſis Deo. Tertiò, ad paſſionē. Lucæ 22. Apparuit ei angelus confortans eū. Quartò ad reſurrectionē. Ecce angelus domini deſcendit de cœlo & apparuit mulieribus, dicens: Nolite timere. Quintò, ad aſcenſionem. Ecce duo viri ſteterunt iuxta illos, Act.1. Idcirco Leo papa, de conſec. diſt.1. Hi duo hymni ſunt in nouo Teſtamento per angelos decantati: Alleluia, atque Gloria in excelſis Deo. Ratio, quia eorum ordines facti ſunt ruinoſi per ſuperbiam, videntes Deum hominē natum cecinerunt, Gloria in excelſis Deo. Videntes per reſurrectionem animas liberatas, cecinerunt, Alleluia. Item propter eorū vtilitatem, quia accidentale præmium eis accumulatur vſque in diem iudicij. Nam quot homines per eorum miniſterium conuertuntur, tot in eis gaudia cumulantur. Ideo Lucæ 15. Gaudiū eſt angelis Dei ſuper vno peccatore &c. Nā ſicut medicus gaudet de effectu medicinæ in infirmo, ſic & angeli. Bern. ſuper Cantic. Lachrymæ pœnitētiæ ſunt vinū angelorū. Tertiò, ſunt noſtri angeli nobis ad cuſtodiā in mūdo deputati propter hominis neceſſitatē, quia neceſſitas requirit, quia ſępe diabolus in homine rationem ſeducit, voluntatem abiicit, virtutem operatiuā opprimit. Quod conqueritur Bern. Vndique bella, vndiq; tentamenta, nuſquam ſecuritas. Ideo Bern. Angelus in omni loco eſt ſedulus pediſſequa animæ. Item inimici ſunt ſæui, 1. Pet.5. Aduerſarius veſter, &c. Itē inimici ſunt multi. Haymo, Aer iſte obſcurus ita plenus eſt diabolis, ſicut radius ſolis minimis pulueribus. Ideo neceſſaria eſt cuſtodia angelorum. Na dicit Apoſt. Eph.5. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates tenebrarū. Ideo Bern. Si bonus ſpiritus elōgaret, malorum impetum quis ſuſtineret? Item inimici noſtri ſunt aſtuti in tentatione, quia dicit S. Thomas, parte 1. Cognitio naturalis non eſt dæmonibus ablata, ſed diminuta propter ſimplicitatē ſuæ ſubſtantiæ, conſequitur enim naturā angeli.
Ideo

Ideo Diony. 4. de diuinis nomi. Dona in eis naturalia manent integra, sed cognitio per gratiam in speculatione non totaliter est eis ablata, sed diminuta, quia de secretis diuinis tantum reuelatur eis, quantũ oportet mediantibus angelis. Sed totaliter cognitio per affectionem charitatis est in eis sublata. Vnde ad resistendum eorum insidiis, necesse est habere angelos. Iob 40. Non est potestas super terram quæ æquiparetur eis. Nos enim sumus quasi locustæ viles, ipsi verò quasi gigãtes fortes. Psal. 33. Immittet angelos domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Orig. Vult dominus facere res mirabiles, de locustis vult superare gigantes, & sic inuado sunt nostri custodes. Itẽ in homine est potẽtia intellectiua, operatiua, & affectiua. Sed omnes sunt defectuosæ. Primò intellectiua est obscura. 1. Cor. 13. Videmus nũc in ænigmate. Ideo veniũt angeli ad nos illuminandos. Apoc. 10. Accipe librũ de manu angeli. i. ad illuminationẽ & informationẽ. Richardus de cõtẽplat. Angelus est diuinus nũtius, per quem diuinã voluntatẽ cognoscimus. Ideo cùm ignoramus qd facere debeamus, angelũ inuocare debemus. Aug. in soliloquio, Angeli ambulãt nobiscũ docentes, quàm piè, quàm honestè cõuersemur in medio nationis prauæ. Secũdò in homine est potẽtia operatiua, sed illa aliquãdo impeditur diaboli tẽtatione. Quod cõqueritur Apo. 1. The. 2. Impediuit nos Satanas. Sed boni angeli accedunt cõtra malos & eripiunt nos. Figuratur Tob. 8. Angelus Raphael dęmonem ligauit, & ipsum in desertũ relegatũ misit. Eius ligatio est potestatis eius refręnatio. Greg. Hoc est officiũ angelorũ refrænare dæmones, ne intantũ noceãt quantum volũt. Ideo Hier. Angelorũ auxiliis liberamur ab inimicorũ insidiis. Ber. Quoties cernitur grauissima tẽtatio in itinere, toties inuoca tuũ custodẽ, vt sit adiutor in tribulatiõe. Quia legitur Dan. 3. Angelus descẽdit in fornacẽ cũ Daniele & sociis eius. Tertiò, in homine est potẽtia affectiua. Et est aliquãdo infirma & tepida. Sed ãngeli accedũt & excitãt affectũ. Act. 12. Cùm Petrus dormiuit, angelus ait ei, Surge velociter. Similiter 3. Reg. 19. de Elia, Surge, grãdis restat tibi via. Et Zach. 4. Angelus dñi excitauit me, quasi hominẽ de somno. Ideo Aug. Angeli boni hominẽ nõ molestãt sed in bono promouẽt, & cõfortãt, & gerũt nostra desideria ante Deũ. Tob. 12. Cùm orabas cũ lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino. Hier. Perferunt angeli orationes &

desideria electorũ ante cõspectum Dei.¶Nota,angeli sunt nostri in vita,in morte,& post mortẽ,qui non cessant à custodia hominis.Primò,in vita,vt dicit S.Tho.super 2.Sent. dist.11.Angelus homini ad custodiã deputatus nuquã relinquit hominẽ ex toto,aliàs in nihilum redigeretur:licet derelinquit eum secundũ quid,nõ tamen totaliter:quia dicit Greg.Sicut esse nostrum est ex nihilo,ita ad nihilum tenderet,nisi manu regiminis autor omniũ illud conseruaret. Et sic de angelo.Ille etiã relinquit nos secundũ quid.Nam sicut Deus permittit nos subiacere tribulationibus & cadere in peccatũ,Ro.1.Tradidit eos in reprobũ sensum:Sic & angeli dicuntur relinquere hominem,in quantũ à peccatis & tribulationibus non retrahunt,nunquã tamen totaliter vsque in finem mortis hominem relinquunt.Ber. In omni loco angelus sedulus pedissequa est animæ. Sed ꝙ permittit hominem aliquãdo cadere,est culpa hominis.Orig.Homo per ingratitudinẽ & peccatum reddit se angelica protectione indignũ.Secundò,sunt angeli nostri in morte,nobis seruiendo & diabolos fugando.Figuratur Gen.32.Vbi cùm Iacob timeret Esau, tunc habuit angelos se iuuare paratos. Quos cùm vidisset,dixit,Castra Dei hæc sunt.O quàm magna erit cõsolatio,cùm homo Christianus in agone videbit angelos occurrere & dæmones fugare.Psal.33.Immittet angelos domini in circuitu timentiũ eum,& eripiet eos. Ber. Discurrit angelus medius inter Deũ & nos, vota offerens, dona referẽs.Tertiò sunt angeli nostri, post mortẽ animas ad purgatoriũ & extra ducẽdo.Figuratur Tob.5. Dicit Raphael angelus de Tobia ad antiquum Tobiã: Ego sanũ filiũ tuum ducã & reducã.Ideo canit Ecclesia:Mitte archangelũ Michaelẽ,vt ille dignetur eripere animas de manu inferni.Ideo cõmunis septimana de animabus peragitur post festũ angelorũ.Vnde Ber.O Iudęa & Hierusalẽ quãto desiderio aduentũ nostrum expectant,soliciti quærũt vt simus eorũ socij, qui facti sunt nostri ministri. Itẽ post mortẽ de purgatorio ad cœlũ portãdo.De quo potest dici illud Exo. 23.Introducet te angelus meus in locũ quẽ paraui tibi. Sicut factũ est Luc.16.Cùm moreretur mẽdicus & portaretur ab angelis in sinũ Abrahę.Ber.Nõ ambigo quin gratãter locent in palatio,quos dignãter visitãt in sterquilinio magno cũ gaudio,vt impleatur illud Isa.55.In lætitia egrediemini, & in pace deducemini.Nã nunquã aliquis rex vel Papa aut

episcopus

episcopus ita reuerenter est susceptus, & cũ tali dignitate introductus sicut angeli animã hominis introducũt in cœlum. Ideo Bern. In omni loco, in quouis diuersorio, angelo tuo reuerentiã exhibe. Nam ad hoc obligamur. Beda: Vnusquisque nouerit se obligatum vt veneretur angelorũ collegiu. Ratio, Aug. in lib. 83. q. Quicquid fuerit diuini muneris, hoc virtute angelica mittitur fidelibus vniuersis.

¶ *De apostolis Simone & Iuda.* ENARRATIO I.

H*aec mando vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Io. 15. In verbis præmissis duo innuuntur. Primò statuit nobis præceptum, secundò subiungit mandati obiectũ. De primo dicit: *Hæc mando vobis.* Ecce autor pręcepti est Christus, qui est optimus. Marc. 10. Nemo est bonus nisi solus Deus. Et quia optimus est, ideo mandatũ dedit optimũ, secundũ illud Dionysij, Optimi est optima adducere. Ideo optimum mandatũ dedit nobis, s. dilectionẽ. Reuera optimũ. Primò, quia facile ad intelligendũ. Prou. 14. Doctrina prudentũ est facilis & talis est doctrina de dilectione proximi. Nam non est necesse adire philosophos vel mare circumire nec cælũ ascendere: vt hoc præceptũ quis intelligat, sed in corde statim poterit inuenire. Deut. 30. mãdatũ hoc quod pręcipio tibi hodie, nõ est supra te, nec procul positũ, neq; in cœlo situm, neq; trans mare positum, sed iuxta te est sermo suauis valdè in ore tuo & in corde tuo, vt facias illud. 1. Io. 1. Mandata eius grauia non sunt. Secundò, hoc mandatũ est breue ad retinendũ. Aug. Ibi latet quod patet in diuinis sermonibus, quia charitatẽ tenet in moribus. Idẽ de doct. Christ. Vt nemo excusationem habeat in die iudicij, voluit dominus sic scriptũ mandatũ cõsummare & abbreuiare verbũ super terrã. Et hoc verbum abbreuiatũ & consummatũ nõ obscurum esse voluit, ideo breue, ideo apertũ, ne quis dicat se nõ posse intelligere. Tertiò, est leue ad portandũ, quia portari potest à paupere & diuite, sano & infirmo, sene & iuuene. De quo Matt. 11. Iugũ enim meũ suaue, & onus meum leue. De quo Aug. O Iugũ sancti amoris quàm feliciter oneras, quàm dulciter premis, quàm suauiter stringis, quàm vtiliter vris? Quartò, est vtile ad seruandũ, quia completo hoc mãdato cœleste præmium acquires. De quo Aug. Per viam veræ charitatis oportet currere, si ad ęternã patriã feliciter voluerimus peruenire. Eccles. 3. Quæ præcepit Deus, cogita semper. Ratio Aug. Suauem & iucundam vitam gustabis, si

mādata Dei seruabis. De quo dicitur in euāgelio: *Hæc mādo vobis, vt diligatis inuicem.* ¶ Dixi, secundò subiungitur mādari obiectū, ibi: *Dilexi vos, vt diligatis inuicem.* Sed di. Cur nō facit hîc mentionem de dilectione Dei, sed solùm proximi? Respōdet Aug. Qui diligit proximū, necessariò diligit Deum & quæ Dei sunt, licet obiecta sint diuersa, tamen ipsi actus secundum conuenientiam necessariò sunt vnū. Nam si proximū diligimus, omnia mandata Dei adimplemus. De quo Chrys. super Matt. Qui proximū diligit, nec illum occidit, nec de illo falsum testimoniū dicit, nec eius rē cōcupiscit, nec mulierem eius inuadit. Sicut enim odium suggerit facere omne malum, sic dilectio omne bonum. Ideo Aug. Voluit Deus vnicum hominē formare, à quo omnes homines procederent, vt se homines tanquàm fratres diligerēt. Pro quo sciendum, ꝙ ad illam dilectionem fraternā hortantur quatuor. Primò, per scripturā, quę crebrius nos ad dilectionem hortatur in lege veteri & noua. In veteri, Leu. 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In noua lege, Io. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Adeò est necessaria huius mandati executio, vt Deus seipsum diligi nō putet, si proximū non diligimus. De quo 1. Io. 4. Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deū quem non videt, quomodo diligere potest? Idē: Si quis dicit, diligo Deum, & fratrem suū odit, mendax est, & nō solùm mendax, sed & homicida. De quo 1. Io. 3. Omnis qui odit fratrē suum, homicida est. Ecce scriptura. Secundò incitamur per figuram & exemplum, quod Deus in seipso proposuit nobis ad imitandū. Nam Deus nos intantū diligit & dilexit, vt omnes homines velit saluos fieri. 1. Tim. 2. Sic & nos omnes ad salutē diligere debemus, siue proximus sit bonus siue malus, est ad salutem diligēdus. De bono satis patet, ꝙ amādus est: quia talem Christus reputat sibi amicū omni genere attinentiæ. De quo Matt. 12. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est. Si autem malus sit, adhuc diligendus est proximus propter Deū & propter seipsum. Primò, propter Deū, quia si Deum diligis, & eius filium amabis cùm sanæ mētis sit. Et sic propter Deum debes amare proximum, cùm insanæ mentis factus est. Secūdò, debes malum diligere propter ipsum, quia si fratrem tuum amabas sanum, debes amare & ægrotum. In tali enim statu magis indiget amore tuo quàm in alio.

Tertiò

Tertiò, debes amare malum propter teipsum, magis enim lucraris amãdo eum cùm tibi nocet, quàm cùm tibi beneficus erat. Nam ex hoc efficimur Dei filij. Matt.5. Diligite inimicos vestros vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Nam Christus dilexit nos, cùm inimici essemus reconciliati sumus per sanguinem eius. Rom.5. Et sic nos ex figura facere debemus. Tertiò, ad dilectionem monemur, per naturam, qua coniuncti sumus ad inuicẽ: sumus enim inuicem membra. Roma.12. Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. 1. Cor.12. Cùm gratulatur vnum membrum, gaudent omnia: si patitur vnum, patiuntur omnia. Sic & nos, Rom.12. Gaudete cum gaudentibus, &c. Sumus enim fratres non solùm secundum hominem, sed etiam habemus adinuicem spiritualem fraternitatem, de qua Aug. Omnes fratres sumus secundum quod homines, quantò magis secundum quod Christiani sumus? Nam ratione fraternitatis spiritus vnus est Deus Pater, & vna mater Ecclesia: quæ fraternitas tantò fortius stringit, quantò reuerentior Deus pater quàm homo. Et quãtò reuerentior mater Ecclesia quàm carnalis mater, & quantò hæreditas cœlestis melior quàm tẽporalis, tantò fraternitas spiritualis dignior est corporali. Quartò, ad dilectionem hortamur per creaturam: omnes enim creaturæ eiusdem speciei diligunt se mutuò. Eccl.13. Omne animal diligit sibi simile: Et sic Omnis homo proximum diligere debet. Nam lupus lupũ, serpens serpẽtem, & crudeliora aliis animalibus, nõ solẽt malitiã inferre in ea quę sunt sui generis: multò minus homo debet malitiã in eum qui est sui generis exercere. Et sic patet, quòd ab omnibus monemur ad inuicem mutuam charitatem exhibere. Hebræorum 12. Charitas fraternitatis maneat in vobis. ¶ Pro quo sciendum quòd duodecim sunt signa charitatis fraternæ. Primum signum, quòd fratri nec verbo nec facto quis noceat. Non verbo detrahendo proximo suo. Psal. detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar. Non facto decipiendo. 1. Thessal.4. Videte ne quis supergrediatur fratrem suum in negotio. 1. Cor.13. Charitas non agit perperam, scilicet nocendo. Non per verba tua ipsum in cor aliorum ponendo. Prouerb. 6. Sex sunt quæ odit dominus, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes, &c. Septimũ, detestatur anima eius, scilicet qui seminat inter fratres discordias, Secundũ,

vt eum in corde tuo non iudices.Luc.6. Nolite iudicare & nõ iudicabimini.1.Cor.4.Nolite ante tẽpus iudicare,quousque veniat dñs.2.Paral.19.Quodcunque iudicaueritis,in vos redundabit.Bern.Caue serue Dei alienæ conuersationis esse curiosus explorator aut temerarius iudex,etiam si perperã actum deprehendis,nec sic iudices proximum,magis autem excusa intentionem eius,si opus nõ potes,puta ignorantiã,surreptionẽ,dicendo:Si talis tentatio mihi euenisset,quid de me fecisset?Cecidit enim Petrus,&c. Tertiũ est,vt indulgeas offendenti.Luc.6. Dimittite,& dimittetur vobis.Eccl.28.Relinque proximo nocenti te. Nam secundum Greg.Tantum vnusquisque proximum portat,quantum amat.1.Cor.13.Charitas non irritatur.Basil.Qui est in charitate,plenus est,animo tranquillus,non gerens ignem iracundiæ.Eph.4.Sol non occidat super iracũdiam vestrã. Nam dicitur Matt.18.Si non dimiseritis,nec pater cœlestis dimittet vobis.Quartum signũ,vt de malo fratris non gaudeas,sed doleas,Gal.6.Alter alterius onera portate,s.defectus.Eccl.8.Noli de morte inimici tui gaudere, memento, quia omnes in corruptione sumus.Ideo Rom.12. Flete cũ flentibus.Sicut Dauid defleuit mortẽ inimici Absalon. Nã hoc requirit charitas.1.Cor.13.Charitas non gaudet super iniquitate.Quintum,vt de bono gaudeas,& non doleas,vt inuidi,sicut Saul Dauid.1.Reg.18. Non rectis oculis respiciẽdo.Greg.Mens inuidi cùm de alieno affligitur, quasi noctua de luce excæcatur.Rom.12.Gaudete cũ gaudentibus. Quod inuidi non faciunt,quia inuidia secundũ Aug.est odium felicitatis alienæ.Et dicitur inuidus secundum Isido. quasi nõ vidẽs,qui est tinea animæ,quæ sensum corrodit, pectus vrit,mentẽ affligit.Et sic præceptũ de dilectione ꝓximi adimplere nequit.Sextum signũ,vt proximũ non scãdalises.Quod docet Chrys.dicens:Omnia agamus, ne ꝓximus scandalizetur.Matt.18.Vę illi ꝑ quẽ scandalum venit. Ideo Apost.volens euitare occasionẽ scandali,ait 1.Cor.8. Si esca scandalizat fratrem meum,non manducabo carnes in æternũ.Et hoc requirit fraterna charitas.1.Cor.13.Charitas non quęrit quæ sua sunt.Septimũ signum,vt scãdalizato fratri satisfacias.Mat.5.Si recordatus fueris quòd frater tuus habet quid aduersum te,mitte munus tuũ ante altare, & vade recõciliari fratri tuo,s.per lumen bonæ conuersationis. De quo Philip.2.Sitis sine reprehensione in medio

nationis

nationis prauæ,inter quos lucetis, ſicut luminaria Dei.1. Pet.2.Conuerſationẽ veſtram inter gentes habentes bonã, vt in eo ꝙ de vobis detractant tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos cõſiderantes glorificent Deum. Et ſubdit,quia ſic eſt voluntas Dei,vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentum hominũ ignorantiã. Octauum ſignũ,vt cum proximo benignè habites. Quod cõmendat Dauid,dicens Pſal.141.Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in vnum.Idem quoq; placet Deo.Eccl.25.In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui meo,concotdia fratrum, amor proximorum,vir & mulier ſibi inuicem conſentientes. Et hoc requirit fraterna charitas.1.Cor.13.Charitas patiẽs eſt, benigna eſt.Nonum ſignum,vt proximum fraternè admoneas.Matt.18.Si peccauerit in te frater tuus,corripe illum inter te & ipſum,non publicè eum confunde,vt quidam faciunt.De quo Chryſo.Occultũ peccatum in publico corripere,non eſt corripere,ſed diffamare:& ſic peccatũ fratris non emendabis,ſed publicabis.Et dicit, corripe fratrẽ,non adulatoriè ſuggere,quia habetur in can.23.q.nõ potes.Nõ eſt amor,ſed langor,vbi mali mores corrigũtur:& non eſt ſignũ veræ dilectionis ad proximũ,vbi relinquitur fratris peccatum impunitũ.Ideo hortatur Apoſt.1.Theſſal.5.Rogamus fratres corripite inquietos:quia dicit Aug.in can.5.nõ omnis:Melius eſt cum ſeueritate diligere, q̃ cum lenitate decipere.Aug.ſuper Matt.18.Si te audierit,lucratus es fratrem tuum,hoc eſt,eius reuocatio reddet tibi lucrũ,Iaco.5. Qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animã eius à morte,quod eſt magnæ mercedis apud Deũ. De quo Greg.Nullum Deo tale ſacrificiũ, ſicut zelus animarum. Decimũ ſignũ,ne bonũ eius negligas,vt ſi ſit ignorans,debes eũ inſtruere.Gal.6.Si homo præoccupatus fuerit in aliquo delicto,vos q ſpirituales eſtis,inſtruite huiuſmodi.Dicit enim Deut.22.Si videris ouẽ fratris errantẽ nõ præteribis, ſed reduces fratri tuo,multò magis ipſum fratrem:nã ex hoc magnum oritur meritũ apud Deũ.Dan.12. Qui ad iuſtitiã erudiunt multos,erunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Vndecimũ,vt fratrẽ non contẽnas nec vilipendas.Matt.5.Qui dixerit fratri ſuo racha vel fatue,reus erit gehẽnæ ignis.Nã hoc prouenit ex mẽtis elatione,quã nõ habet fraterna charitas.1.Cor.13.Charitas non inflatur. Duodecimũ ſignum,vt indigenti ſubuenias.1.Io.3.Qui habuerit

bucerit ſubſtantiam huius mundi,& viderit fratrẽ ſuum ne ceſſitatem habere,& clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?Ideo ſubiungit:Filioli mei nõ di ligamus verbo neq; lingua,ſed opere & veritate. De quibus operibus Iſa.58.Frange eſurienti panem tuum, egenos vagóſq; induc in domum tuam,cùm videris nudum, operi eum,& carnem tuam ne deſpexeris.Amb. Paſce fame morientem,ſi non pauiſti,occidiſti. Hãc dilectionem proximi à ſummo exemplari, ſcilicet à Deo ſumus edocti.

¶ *De omnibus Sanctis.* ENARRATIO I.

M*Ementote quomodo ſalui facti ſunt patres noſtri, & clamemus in cælum,& miſerebitur noſtri*.1.Macha.4.In ſumma verborum duo innuuntur.Primò,inuitamur ad ſanctorum cõme morationem,ibi: *Mementote*. Secundò,exhortamur ad eorũ inuocationem,ibi: *clamemus in cælum*.De primo dicit,*Mementote*. Ariſtot.dic.Ea quæ ſunt ad finem ordinata, eſſe debẽt fini proportionata. Spiritualiter, Sic nos finaliter formati & ordinati ſumus ad beatitudinem.Augu.O quàm nobilis creatura eſt anima,quę ad ęternã beatitudinem eſt creata. Nam inquit S.Thomas ſuper 4.diſt.49.Beatitudo eſt vltimus finis,ſatians noſtrum appetitum,qui in nullo ſatiatur, niſi in fruitione diuina. Vnde Aug. Domine feciſti nos ad te,inquietum eſt cor noſtrum,donec requieſcat in te. Nam ad hoc ſumus ordinati ex duplici opere. ſ.creationis & redemptionis. Primò,ex opere creationis. De quo Magiſter in 2.diſt.1. Rationalis creatura eſt creata vt Deum intelligeret,intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo æternaliter frueretur,quæ fruitio cauſat beatitudinem.Secundò,ex opere redẽptionis,nam poſt creationẽ eramus ſecluſi à beatitudine per inobedientiã,ſed ad reſtaurandã ſalutẽ noſtrã venit fili' Dei,& ſãguine ſuo nos redemit.Luc. 19.Venit filius hominis quęrere & ſaluũ facere,quod perierat.Et Luc.9.Filius hominis non venit animas perdere,ſed ſaluare.Ideo debemus proportionari huic fini,ſ.ſaluationis per exercitium virtuoſorũ operum. Propter quod Chriſtus docuit octo virtutes, quæ ad beatitudinẽ diſponunt. Quia dicit S.Thomas ſuper 4.Beatitudo eſt duplex,ſ.diſpoſitiua & fruitiua.Fruitiua eſt viſio diuina.Aug.Viſio diuina eſt tota merces. Sed beatitudo diſpoſitiua conſiſtit in virtutibus quæ diſponunt ad beatitudinem.Vnde Pſal.Ibũt de virtute in virtutẽ,& videbitur Deus deorum in Sion,id eſt,in ſpeculatione

culatione diuina. Idcirco dicit: *Mementote quomodo, &c.* ¶ Pro quo sciendum quòd sancti meruerũt beatitudinem, quemadmodum homo peruenit temporaliter ad hæreditatem. De qua Psal. Hæreditate possidebũt sanctuarium Dei. Nam ad possessionem temporalis hæreditatis homines perueniunt multipliciter. Primò, per commutationem, secundò, per mitem subiectionem, tertiò, per iurisdictionem, quartò, per assiduam operationẽ, quintò, per emptionem, sextò, per matrimonialem contractionem, septimò, per cognationem, octauò, per fortem debellationem. Primo, peruenit homo ad hæreditatis possessionem per cõmutationem. Et sic aliqui commutauerunt bonum temporale pro cœlesti, sicut hi qui omnia dereliquerunt, vt Apostoli, qui voluntariam paupertatem duxerunt pro Christo, de quibus hodie fit mentio in Euangelio: *Beati pauperes spiritu.* Dicit notanter *spiritu*, quia non omnes pauperes sunt beati. De quo Ambros. Non omnis paupertas sancta, nec omnes diuitiæ criminosæ: quia diuites possunt saluari, si sunt humiles & iusti, diuitiis bene vtentes. Primò, si sunt humiles. August. Pauperes spiritu sunt, non habentes inflantem spiritum: Psal. Humiles spiritu saluabit. Secundò, si sunt iusti & virtuosi, quia habetur in cano. distinct. 30. Hæc scripsimus, Diuites cum iustitia & bonis operibus non abiiciamus. Ecclesiast. 31. Beatus diues, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & nõ fecit. Sic etiam non omnis pauper est sanctus. Ber. Non paupertatis virtus probatur, sed paupertatis amor. Sunt enim aliqui pauperes impatientes & inuidi, vt mendici ante Ecclesiam rixantes, nullã missam vel prędicationẽ audientes, & aliquando paupertati maledicẽtes. De talibus Eccl. 31. Est nequissima paupertas in ore impij, nã tales inuiti sunt pauperes. Ideo Aug. Nemo inuitus benefacit. & habetur in cano. de pœn. dist. 7. nullus. Non necessitatẽ, sed arbitrij libertatẽ respicit Deus. Nam tales qui voluntariè omnia relinquũt propter Deum, beatificantur. De quibus Ber. super Psal. Qui habitat: Felix paupertas voluntariè omnia relinquẽtium, & te dominum Iesum sequentium, vt Apostoli fecerunt, in quorũ persona Petrus dixit, Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia, quid erit nobis? respondit: Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Idcirco subiungit eorũ pręmium, dicens: *Talium est enim regnum cœlorum.* O quàm bona cõmutatio: pro defe-

ctu recipiunt regnú, pro terrestri cœleste, pro cõtemptu sedẽ iudicij, cú dicat: Sedebitis super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Secũdò, acquiritur hæreditas per mitẽ subiectionẽ, vt qui mitè & humiliter se subiiciunt seruitio & alieno iugo. Et sic patriarchæ & prophetæ, qui mansueti seruierunt domino Deo, vt Moses Num. 16. mitissimus in populo apparuit. Sic & Dauid mitè subiecit se Dei seruitio, dicẽs: O domine quia ego seruus tuus sum, & fili' ancillæ tuæ. Propter quod placuit Deo, quia dicitur Eccl. 1. Beneplacitũ est domino fides & mansuetudo. Nã eius mititas in multis apparet locis. Nã vt habetur 1. Reg. 26. Cũ tempore quodã nocturno inuenisset Saul inimicũ suú in tẽtorio suo dormientẽ cú cõplicibus suis, recepto cypho & lancea descendit de monte, & veniens in vallẽ clamauit sursum, O qũo custoditis dominũ vestrũ? vbi est lancea eius & cyphus? Saul euigilans cum sociis, ait: Es tu fili mi Dauid? Respõdit, sum. At ille, Verè iustior me es, anima mei in manu tua erat, & pepercisti. Item habetur 2. Reg. 16. Semei maledixit Dauid, quod voluit vindicare Abisai, & Dauid noluit cõsentire, sed dixit: Dimittite vt maledicat mihi, quia dñs retribuet mihi benedictionẽ ꝓ maledictione. Propter quod scribitur in Psal. Memento dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Ideo de eis fit mentio in euang. *Beati mites.* Dicit Hiero. Mititas est animi dulcedo, quã nulla vincit amaritudo. Hanc docuit Christus Matt. 11. Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. Idcirco subiungit præmiũ eorum cùm dicitur: *Ipsi possidebunt terrã.* Dicit enim Psal. 35. Mansueti hæreditabunt terrã. Iterum, Credo videre bona dñi in terra viuentium. Ideo Eccl. 10. Fili in mansuetudine serua animã tuam. Subdit rationẽ: Sedes ducum superborũ conuertit, & fecit mites sedere pro eis. Tertiò, acquiritur hęreditas per iurisdictionẽ, quia facit conquestionẽ in iudicio. Et sunt pœnitentes, domino conquerentes excessus & delicta, & seipsos iudicantes, vt docet Aug. O homo ascẽde tribunal mentis tuæ, sit ratio iudex, conscientia testis, timor carnifex. De hoc iudicio habetur Isa. 43. Narra si quid habes vt iustificeris, qa scribit Apost. 1. Cor. 1. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Augu. Non punit Deus bis in idipsum, quod in pręsenti punitum est, nõ punietur in futuro. Sic, quòd homo potest dicere illud Psal. Feci iudicium & iustitiã, non tradas me calũniantibus me.

Talis

Talis cōquestor peccatorū suorum in iudicio veræ pœnitentiæ fuit Manasses, qui ait, 2. Patali. vlt. Peccaui super numerū arenæ maris, non sum dignus videre altitudinē cœli præ multitudine iniquitatis meæ. Talis fuit filius prodigus Luc. 15. qui dixit, Pater peccaui in cœlū & coram te, nō sum dignus vocari filius tuus. Pater igitur misericordia motus suscepit eū. Horū hodie fit mentio in Euāgelio, *Beati qui lugent*, s. pro peccatis, *quoniā ipsi consolabuntur*, s. per remissionē. De quo Ier. 31. In fletu veniēt ad me, & in misericordia deducā eos. Et sic meruit beatitudinem B. Magdalena. Luc. 7. quæ fleuit & rigauit lachrymis pedes domini, cui dictū est, Dimissa sunt peccata tua. vade in pace. Aug. Qui lachrymis miserū se fatetur, illi Deus miseretur. De quo Chrysost. Nemo flens ad Deum accessit, qui non impetrauit quod postulauit. Quartò, acquiritur hæreditas per assiduā operationē, vt illi qui laborant die ac nocte. Et sic operatores iustitiæ qui non sunt contenti in dolore peccatorū, sed feruenter operantur bona & iusta, iuxta illud Eccle. 9. Quodcunque potest manus tua operari, instāter fac. Et id quod nō possunt perficere, ipsi tamē affectāt. Quorū hodie in Euāgelio fit mētio. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam*. Gl. Esuries iustitiæ est vehemēs desideriū summi boni & operandi iustitiā. Et capitur hîc pro rectitudine vitæ. Hier. Non sufficit velle iustitiā, nisi & patiamur famē iustitiæ, & nunquā nos iustos putemus: Lucæ 17. Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt, &c. quia secundū Aug. Iustitia est generalis virtus, quę in se cōprehendit omnes virtutes: ergo nullùs eam poterit ad plenū perficere, quia dicitur 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc nō iustificatus sum. Quia dicitur Isa. 64. Omnes iustitię nostrę quasi pannus mulieris mēstruatæ, qui est mūdus in parte vna, immūdus verò ex parte reliqua. Et sic nos in operibus iustitiæ, propter quod nō posuit iustitiā in operatione, sed affectione & desiderio, Prou. 11. Desideriū iustorū omne bonū est. Nā dicit Aug. Non quid sis, sed quid esse desideras, Deus attendit. Quintò, acquiritur per emptionē, s. pro pecunia. Aug. Domine venale habes, quid? regnum cœlorum. quantum valet? respondet in persona domini, quantum habes. Nam Zachæus dedit dimidium bonorum suorum. Luc. 19. Vidua paupercula dedit duo minuta, dominus Iesus collaudauit eam, ꝙ abundantius omnibus dedisset. Ideo Tob. 4. Si multū tibi fuerit,

abundanter tribue, si parũ, illud impartiri stude, quia dicitur Mat.10. Si quis dederit calicẽ aquæ frigidæ, non perdet mercedẽ suam. Horũ hodie in Euangelio fit mentio: *Beati misericordes.* O quàm laudabiles mercatores sunt tales, de quibus Aug. Laudas mercatorem qui vendit plumbum & emit aurũ, magis lauda eum qui erogat pecuniã & accipiet regnũ. Ideo Petrus Rauen. Da pauperi, vt det tibi: Da terrã, accipe cœlum, da partẽ, accipere totũ. Greg. Si non habes pauperẽ redditorẽ, tamen habes Deum fideiussorẽ, qui largiter retribuet. De quo Psal. Beatus qui intelligit super egenum & pauperẽ. Chrysost. super Mat. Nõ accepisti diuitias vt in lasciuia cõsumas, sed vt in eleemosynis expẽdas. Sextò, acquiritur hæreditas per matrimonialẽ contractionem, quia bona mariti recipit mulier, vel econuerso, quia sicut sunt vna caro, sic debet esse mutua possessio. Spiritualiter: Sic virgines iure matrimonij recipiunt cœlestẽ hæreditatẽ, quia se desponsauerunt Deo. 2. Cor. 11. Despõdi vos vni viro virginẽ castã: ita ꝙ hodie possunt dicere illud Apoc. 9. Gaudeamus & exultemus, quia venerunt nuptiæ agni. Horũ hodie in Euangelio fit mentio: *Beati mundo corde.* Nõ mundo corpore: non pulchrã carnem, sed mentem respicit Deus Subdit. *Quoniam ipsi Deum videbunt.* Leo papa, Qui Deum videre desiderat, necesse est vt oculos cordis ab omni squalore tergat. Nam secundũ Chry. Quantò quis mundior existit, tantò clarius Deũ videbit. Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Resp. Innocens manibus & mundo corde: quia dicitur Leui. 11. Nolite animas vestras contaminare, immundum nolite tangere, sed facite secũdum illud Iac. 1. Abiicientes omnẽ malitiã. Ratio, Apoc. 21. Nil coinquinatũ intrabit. Ideo Leuit. 11. Sancti estote, quoniã ego sanctus sum: propter quod dicit Ber. Si vis esse beatus, sis immaculatus. Septimò, acquiritur hæreditas per cognitionẽ. Sicut possessio tẽporalis datur filiis tanquam proximis, & sic pacifici sunt proximi Dei, quia filij Dei, de quibus hodie fit mẽtio in Euang, *Beati pacifici.* Hiero. Pacifici dicuntur illi, qui primo pacẽ habent in seipsis, deinde inter fratres diffidentes pacem faciunt, quæ quidem pax requiritur ad beatitudinẽ. Heb. 12. Pacẽ sequimini, sine qua nemo Deum videbit. Rom. 12. Quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Nam tales percipiunt hæreditatem paternã, 2. Cor. 13. Habete pacẽ, & Deus pacis erit vobiscum.

biscum.& Iob 22.Habeto pacem, & habebis fructus optimos.Et subdit: *Quoniam filij Dei vocabuntur*,scilicet, propter similitudinem, quia Deus secundum Gregoriũ est dator pacis & amator. Sed diceres, Tamen misericordes dicuntur filij dei,iuxta illud Ecclesiast. 4. Pupillo estote misericordes,& eritis velut altissimi filij.Et Lucæ 6.Estote misericordes.Resp. Misericordia nos assimilat deo quò ad exteriora opera in exhibitione bonitatis, sed pax quò ad interiora in dulcedine charitatis,sine qua filij dei non dicuntur. De quo Greg.Sicut filij dei sunt qui pacẽ diligunt, sic filij diaboli qui discordiam quærunt. Octauò, acquiritur hæreditas per fortem debellationẽ, vt cùm quis vincit inimicum debellando,& acquirit hæreditatẽ gladio. De quo Mat.11. Regnum cœlorum vim patitur,& violẽti rapiunt illud, vt sunt fortiter pugnantes contra diabolum,carnẽ,& mũdum, vt docet Ecclesia,Estote fortes in bello, & pugnate cũ antiquo serpente,& accipietis regnum æternũ,quia 2.Tim.2. dicitur,Nemo coronabitur nisi qui legitimè certauerit.Isidorus,Quis sanctorũ sine certamine coronatus est? Iudith 8.Omnes qui placuerũt tibi,per varias tribulationes trasierunt.Horũ hodie fit mentio in Euangel. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*, non propter culpam,sed amore iustitiæ,nõ rigore vt latrones.1.Pet.4. Nemo vestrũ patiatur quasi fur vel homicida, &c. Chrys. Si quis persecutus te fuerit nõ propter causam dei, sed propter tẽporalia bona,ille reus est, tu verò beatus nõ es.Ideꝙ debet esse ꝓpter deũ.subdit,*eorũ est regnum cœlorũ*, 2.ad Tim.2.Si sustinebimus & cõregnabimus.Talibus dicetur Luc.22.Vos estis qui permãsistis mecũ in tẽtationibus meis, dispono vobis sicut pater mihi disposuit regnũ.Cùm igitur militia est vita hominis super terrã,Iob.7.pugnemus viriliter vt coronemur feliciter,quia dicit Greg.Sine certamine non habetur palma victoriæ,idcirco *mementote*. ¶ Dixi,secundò hortamur ad eorũ inuocationẽ,ibi,*clamemus in cœlũ*.Item nota, clamare debemus hodie ad deũ.Primò,pro gratia,quia sine gratia nemo saluatur.Bernardus, Sine gratia nec infantes nec ætate grãdes,saluari possunt,Rom.6.Gratia dei vita æterna. Bernardus, Non sunt talia merita propter quæ datur vita æterna, nisi ex dei gratia. Lucæ 19. Omni habenti dabitur. Glos.Habenti gratiam dabitur gloria. Modo deus pius est & benignus in collatione gratiæ. Augustinus, Deus quod

ſuũ eſt ſemper inſpirat, ſi eſt qui recipiat. Aug. de ſex quæſtionibus, Nulli vnquam defuit qui dignus fuit. propter quod hortamur Heb. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ. Pſal. Gratiam & gloriam dabit dominus. Secundò, debemus clamare in cœlum ſanctos inuocãdo pro aſſiſtentia. Dicit enim Maximus in ſermone de omnibus ſanctis, Eorũ merita ſunt noſtra ſuffragia, eorũ cruciatus ſunt noſtri profectus. Nam ſecundũ Bern. in ſermone de omnibus ſanctis, Si potentes fuerunt in terris, potentiores ſunt hodie in cœlis. quia patria miſericordiã non minuit, ſed augmentat. Sed diceres, Quomodo autẽ cognoſcunt noſtra deſideria, cùm dicatur 3. Reg. 8. Tu ſolus noſti corda hominũ? Reſpõdet S. Thomas in 4. cognoſcunt cognitione matutina omnia in Deo, nõ autẽ cognitione veſpertina in ſeipſis. Greg. Quid eſt quod non videt, qui videntẽ omnia videt? Bern. Ibi magiſtrũ ſemel vidiſſe eſt omnia didiciſſe, ſ. requiſita ad perfectionẽ ſalutis. Non autẽ omnia ſimpliciter ſicut Deus cognoſcit, quia hoc eſt impoſſibile. Tertiò, debemus clamare in cœlum, Deum collaudando in ſanctorum gloria, quia dicit Gulielmus cancellarius Pariſienſis: Qui ſanctis honorem tribuit, ſpecialiter illũ honorat qui eos ſanctificauit, quia honor miniſtrorũ eſt veneratio dominorũ. In figura illius Heliſæus ſe dixit fuiſſe pręſentem quando Naaman Syrus deſcendit de curru faciens reuerentiam Giezi ſeruo ſuo indigno. Idcirco hortatur Pſal. Laudate dominũ in ſanctis eius. Reuera lætanter debemus hodie dominũ laudare in ſanctis eius. Primò, propter multitudinẽ, nã ſi laudamus dominũ in meritis vnius ſancti, vt Dominici, Nicolai, & ſic de aliis, multò magis in meritis omnium ſanctorũ, Mariæ virginis, omniũ apoſtolorũ, martyrũ, confeſſorum, virginũ. De quibus Iob. 25. Nunquid eſt numerus militũ eius? Apoc. 7. Vidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat. Secundò, propter augmentationem, quia de die in diem, de anno in annũ augmentatur numerus, vt liberati de purgatorio, vel qui euolant ab hoc ſeculo, vt innocẽtes. De quib' Apoc. 14. Sine macula ſunt ante thronũ Dei Tertiò, propter ſpei ſaluationẽ vt habemus ſpẽ ſaluandi. Ber. Quid eſt quod non ſolũ difficile, ſed etiam impoſſibile videtur, cum homines fuerunt ſicut nos? Pſal. Sperate in eo omnis congregatio populi. Idem: Non deſerit Deus ſperãtes in ſe. Eccl. 2. Quis ſperauit in domino & eſt

relictus

relictus? Roman. 5. Spes non confundit. Roma. 8. Spe enim salui facti sumus. Psal. Saluos facit sperãtes in se. Quartò, propter fidei corroborationem. Nam festiuitas eorũ celebratur, quia sic fides nostra confirmatur. Maximus in sermone de omnibus sanctis. Nunquã vitam eorum ita constanter expendissent, si non meliorem sensissent. Ideo non timeamus nimiũ. Aug. Quid timebo membrorũ dãna, cùm securitatem capio de numero capllorum? Matt. 10. Omnes capilli capitis vestri numerati sunt, & vnus non peribit de istis. Psal. Custodit dominus omnia ossa eorũ. Quintò, propter imitationem. Chrysost. super Matthæum: Quæ iustitia est sanctos colere & sanctitatem spernere? Sine causa iustos colit, qui iustitiam spernit. Maximus: Si quem delectat alicuius sancti præmium & meritũ, debet delectare pariter & obsequium, de quo thema, vbi supra.

¶ *De Sancto Martino.* ENARRATIO I.

B*Eati serui, quos cùm venerit dominus, inuenerit vigilãtes.* Luc. 12. In summa Euangelij duo innuuntur. Primò, hortatur nos ad carnis munditiã, ibi: *Sint lumbi vestri.* Secundò, docet bonorum operum vigilantiam, ibi: *Beati serui.* De primo dicit: *Sint lumbi vestri præcincti.* Duplices sunt lumbi, s. mentis & corporis. Hîc loquitur de lumbis mentis, qui sunt intellectus & affectus: ex quibus cogitationes & desideria quasi quædam soboles generantur. De quibus Psal. 38. Lũbi mei impleti sunt illusionibus, id est, malis desideriis & cogitationibus, quibus diabolus illudit animas. Nam qui se præcingit, vestem eleuat: sic nos à terrenis & carnalibus cõcupiscentiis affectum debemus leuare ad Deũ. Ephes. 6. State succincti lumbis vestris, id est, eleuatis affectionibus à carnalibus desideriis. Grego. in Homil. Lumbos præcingimus cùm carnis luxuriam per cõtinentiam coartamus. Horum lumborum cinctoria sunt duo. Primum est assidua meditatio legis diuinæ. De quo Hieron. de consec. dist. 5. Nunquã, vbi dicitur: Ama scientias scripturarum, & carnis vitia non amabis. Eccles. 12. Frequens meditatio est carnis afflictio. Secundum est disciplina iustitiæ. Isa. 11. Erit iustitia cingulum lumborum eius, id est, disciplina iustificans, vt fomes concupiscentiæ reprimatur in carne. Sic fecit Apostolus 1. Corint. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Eccl. 11. Malitia vnius horæ facit obliuionem luxuriæ magnæ. Greg. vulnus corporis sanat vulnus mẽtis. Ideo lumbi

corporis sunt præcingendi cingulo castitatis, sed lũbi mentis meditatione diuinæ legis. Quia habetur in cano. 40. distinct. Hinc etenim: Si luxuria in cogitatione non reprimitur, in actione dominatur. ❡ Item quadruplices sunt personæ quæ se præcingunt. Primò, præcingunt se operaturi. Sic nos vocati sumus ad operandum. Iob 5. Nascitur homo ad laborem, &c. Psal. 103. exibit homo ad opus suum vsque ad vesperam, id est, ad mortem, quia tunc Matt. 20. dicetur: Voca operarios, & redde illis mercedem, non otiosis. Ideo Eccle. 9. Quodcunq; potest manus tua operari instanter fac. Sed luxuria impedit operationem boni. De quo Greg. Luxuria si mentem occupauerit, vix bona cogitare permittit. De quo Oseæ 4. Fornicatio & vinum & ebrietates auferũt cor. Ideo Apost. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Greg. 3. Moral. luxuria hebetat sensum, confundit intellectum, maculat voluntatem, eneruat memoriam. Secundò, præcingunt se pugnaturi, sic & nos in hac vita sumus in cõtinua pugna. De quo Iob 7. Militia est vita hominis super terram. Et Ber. Vndiq; bella, vndiq; tela volant, vndiq; tentamenta. Ideò Apost. proponit nobis arma, per quæ possumus resistere. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ nõ sunt carnalia, sed spiritualia. Figuratur 1. Reg. 18. Dauid Goliath vicit, non in armis, sed in funda & quinq; lapidibus, quos recepit in peram pastoralem. Sic nos in funda, id est, oratione, & quinq; lapidibus, id est, quinq; vulneribus Christi vincere debemus hostẽ nostrum. De quo Isid. Oratio præualet omnibus malis. Tertiò, præcingunt se ituri. Sic nec secundum Greg. sumus in via, qua ad patriam pergimus, quia non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram quam querimus, ad quam quotidie appropinquamus per mortem. Sed concupiscentia carnalis impedit nos in via salutis. De quo 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei possidere nõ possunt. Ideo Gal 5. Spiritu ambulate, & carnis desideria non perficietis. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Aug. O quàm praua concubitus hora, per quam perditur vita æterna! Hugo in lib. de sacramentis: Conari debemus quantum possumus, vt carnem spiritui subdamus. Quartò, præcingunt se ministraturi. Sic nos ad ministerium dei formati sumus. De quo Isaiæ 49. Formãs me ex vtero seruum sibi. Et 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Ergo debemus esse mũdi corpore & anima, quia dicitur

Psal.

Psal.100.Ambulãs in via immaculata, hic mihi ministrabit.Sed luxuria polluit mentem.De quo Isid.in cano. 32.q. 7.c.Non solùm:Luxuria inter omnia alia peccata maximè templum Dei polluit. Vnde Apost.1.Cor.6. Omne peccatum extra corpus est,qui autẽ fornicantur, in corpus suum peccant.Ideo Hugo de sacramentis: Totis conatibus insistere debemus vt corpus spiritui subdamus.Rom.8.Qui secundum carnem sunt,Deo placere nequeunt. Et Aug.de ciuitate Dei:Luxuria est Dei & omnium virtutum inimica. ¶ Dixi,secundò docet bonorum operum vigilantiam, dicẽs: *Et lucerna ardentes in manibus vestris.* Greg. Lucernas in manibus tenemus,quando per bona opera proximis exẽplum lucis præbemus. Matth.5.Luceat lux vestra coram hominibus.Duo iubemur,scilicet,lucere & ardere:lucere per conuersationis splendorem,ardere per dilectionis amorem.Dicit nanq; Greg.Lucere tantùm vnum est,ardere parum est. Nota,dicit lucernę in plurali.Plures enim lucernæ in manibus portari debent,& sunt tres.Prima est lucerna puræ intentionis,quæ tũc in manibus portatur, cùm bono operi recta intentio iungitur.Mat.6. Lucerna corporis tui est oculus tuus,id est,totius mẽtis intentio, quæ est oculus totius operationis.Greg. Qui rectam intentionem in opere non habet,totum opus amittit.Secunda lucerna est verbũ prædicationis diuinæ.Psal.118.Lucerna verbum tuum pedibus meis.Illa in manibus tenetur,quãdo verbũ Dei opere adimpletur.Tertia lucerna est honestæ cõuersationis.Luc.11. Nemo accendit lucernũ & in abscondito ponit eam neq; sub modio,sed super candelabrum.Dicit nanq; Greg. Qui in occulto bene viuit carbo est,qui autẽ in publico lucerna est.Ideo Apost.Philip.2.Sitis sine reprehensione in medio nationis prauæ,&c. Item non sufficit habere duntaxat carnis munditiam & bonorũ operum vigilantiam,sed cum hoc requiritur vt habeamus omnium illorum perseuerantiam.De quo subdit in textu: *Et vos hominibus similes expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs.* Nuptiæ sunt æterna gaudia ad quæ dominus iuit in die ascensionis, & reuertetur ad iudicandũ.De quo Prou.7.Abiit viam longinquã, saccum pecuniæ tulit secum,in die plenæ lunæ reuersurus, scilicet quãdo Ecclesia erit plena numero saluandorũ.hoc verum est de generali iudicio:sed de speciali tunc reuertetur in die mortis.De quo Exod.19.Veniã in caligine nubis

ad te,in qua obſcurantur oculi & frigeſcent membra. *Sed beati ſerui,quos cùm venerit dominus & pulſauerit,inuenerit vigilantes, & confeſtim aperiēt ei.* Greg.Ille vigilat, qui ad aſpectum veri luminis oculos interiores per exercitiū bonorum operum apertos tenet. Nam cùm venerit ad iudiciū particulare per mortem,tunc pulſabit per ægritudines & moleſtias, vt ſciamus mortem vicinā.ſed beatus ſeruus,quem inuenerit vigilantem tunc in bonis operibus.De quo Prou.8.Beatus homo qui audit me & vigilat ad fores meas quotidie.Et meritò quotidie,quia ſecundum Ber.Nihil certius morte, nihil incertius hora mortis. Amos 4. Paratus eſto in occurſum domino Deo tuo.Aug.Latet dies vltimus,vt obſeruētur omnes dies.Ideo Pſal.36. Expecta dominum & cuſtodi vias eius. Sic fecit Beatus Martinus vt de eo legitur illud Eccl.39.Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Deum,qui fecit illum.Secundò,reuertetur ad iudiciū vniuerſale.Act.1.Sic veniet quemadmodū vidiſtis eum aſcendētem.Sed hāc reuerſionem debemus patienter expectare. Iac.5.Patiētes eſtote vos & cōfirmate corda veſtra, quoniā aduētus domini appropinquabit. ❡Item patiēter debemus expectare Deū reuertentem ad iudiciū propter tria.Primò, propter hoſtium vindicationem.Iudith 8.Expectemus humiles cōſolationē eius.Nam exquiret ſanguinem noſtrum de manu inimicorum noſtrorum, & implebitur illud Pſal. 36.Cùm perierit peccator videbis.Prou.20.Ne dicas,reddā malum pro malo,expecta dominum,& liberabit te.Secundò propter corporis reformationem.Philip.3. Saluatorem expectamus dominum Ieſum,qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Thre.3. Bonum eſt præſtolari dominum cum ſilentio,i.patientia.1. Io.3.Qui cùm apparuerit,ſimiles ei erimus,quoniam videbimus eū ſicuti eſt.Et omnis qui habet hāc ſpem in eo, ſanctificat ſe ſicut & ille ſanctus eſt.Tertiò,propter noſtrā remunerationem.De quo Pſal.36.Expecta dominum & exaltabit te,vt hæreditate capias terram,&c. Scribitur enim Iacob.5.Agricola patiēter expectat fructum temporaneum & ſerotinum,multò magis nos.Sed cùm venerit, tūc pulſabit per angelos clangentibus tubis : Surgite mortui,venite ad iudicium.Ad hunc pulſum omnes confeſtim apparebimus, mare dabit mortuos, terra corpora, infernus animas , vbi omnes apparebimus. De quo ſecundæ Cor.5.Omnes ſtabimus

mus ante tribunal Christi.& Athanasius,ad cuius aduentũ omnes homines resurgent. *Sed beati serui,quos inuenerit dominus vigilantes: Amen dico vobis,praecinget se.* Simõ de Cassia: Sicut boni erunt præcincti ad actionem bonorum,ita Christus paratus erit ad retributionẽ præmiorũ. *Et faciet eos, discumbere,* i.in æterna beatitudine quiescere,quia hîc nõ habuerũt requiẽ in corpore,ergo ibi habebũt requiem in corpore & anima, quia amplius nõ erit dolor neq; luctus,&c.Apoc.21. *Et trãsiens ministrabit eis.* Simon de Cassia: Non passibus pedũ nec locorum,sed claritatem speculationis diuinitatis singulis statibus dabit sicut meruerunt. *Et si in secunda vigilia venerit,*i. in adolescentia: *& si in tertia,* id est,in senectute, *& ita inuenerit, beati sunt serui illi.* Cyrillus, Si quis primam & secundam vigiliam neglexerit,poterit in tertia vigilare. Greg. Prima vigilia est custodia pueritiæ,maximè cùm incipit vsus rationis in pueris. Secunda vigilia est custodia iuuẽtutis. Tertia status virilis. Quarta senectutis, quia in quolibet statu aliqui moriuntur,ideo in quolibet statũ fideles debent esse parati per iustitiã ad recipiẽdum mortem, eò quòd dicit Sen. Nemo venientem mortẽ hilaris accipit,nisi qui se ad illam præparauit. Et ad hoc incitat nos per exemplum in textu dicens: *Hoc autem scitote,quoniam si sciret paterfamiliàs qua hora fur veniret,vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam.*

¶ *De sancta Catharina virgine & martyre.* ENARRATIO I.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Matth. 13. Per regnum cælorum intelligitur beata Catharina , in qua Deus regnauit per gratiam , iuxta illud Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. In hoc est similis thesauro abscondito. Nota triplex est thesaurus. Primus virginalis munditiæ. Secundus diuinæ gratiæ. Tertius glorię cœlestis patrię, quos omnes acquisiuit B.Catharina. Primus thesaurus est virginalis munditiæ,de quo Prou.20. Thesaurus desiderabilis in habitaculo iusti,scilicet thesaurus castitatis. Et meritò dicitur pretiosus thesaurus, quia scribitur Eccles. 26. Omnis ponderatio non est condigna continentis animæ. Nam status virginalis respectu vidualis & coniugalis habet se sicut lux solis,& lux lunæ, & lux stellarum , & sicut aurum,argentum,& plumbum. Vnde Aug. de bono coniugali dicit: Sicut bonum erat quòd Martha satagebat circa frequens ministerium: & melius erat q̄ Maria Magdalena sedebat circa pedes Iesu audiẽs verbum illius: ita & bonũ

Susannæ in castitate cõiugali laudamus:sed bonum viduæ Annæ magis.attamen bonũ Mariæ virginis anteponimus: cuius pedissequa in virginali castitate fuit B. Catharina. Ideo Damas. lib. 4. collaudat hunc pretiosum thesaurũ virginalis castitatis,dicens,Quantò angelus homini est superior,tantò virginitas nuptiis est honorabilior,quia virginalis castitas est angelica vita.De qua Chrys.super Mat.Omnes virtutes spirituales sunt res angelicæ, præcipuè tamen castitas:per hanc singulariter homines angelis similantur. De quo & Aug.Qui non nubunt neq; vxores ducunt, sicut angeli Dei in terris sunt,imò & angelos transcendunt. De quo Ambr.in lib.de viduis , Maior est victoria virginum, quàm angelorũ.Angeli enim sine carne viuunt.Virgines in carne triumphant.Ideo Hier.in sermone de assum.In carne præter carnem viuere,nõ est terrena vita,sed cœlestis. Vnde in carne angelicam gloriã acquirere maioris meriti est quàm habere.Esse angelum felicitatis est,esse verò virginẽ virtutis est.Et hoc virgines obtinent ex gratia,quod angeli habent ex natura:vtrunq; tamen esse virginem & angelum, diuini muneris est officium & non humani. De quo Amb.Supergreditur virginitas conditionẽ humanæ naturæ, ecce quàm pretiosus thesaurus.Secũdò pretiositas eius notatur in hoc quia Deus singulariter in eis delectatur,licet scriptũ sit Prou.8.Delitiæ meæ esse cũ filiis hominũ. Signãter virgines sunt Dei refectio.Can.10. Qui pascitur inter lilia,i.virginalia corda.de quo Aug.O q̃ dulces sunt fructus charitatis & castitatis,in eis reficitur dominus maiestatis.Tertiò,pretiositas eius ꝓbatur ex hoc,quia specialiter à Deo diligitur.Prou.22.Qui diligit cordis munditiã, habebit regem amicũ.vt patet de S.Io.euãgelista, de quo Beda in Hom.Quẽ prærogatiuæ castitatis ampliori dilectione fecerat dignũ.Et idẽ super Luc. Sicut Christus in summa pace natus est, vt se pacẽ diligere ostẽderet,ita de virgine natus est, vt se virginitatẽ diligere mõstraret. Chry.plus Christus cęteris amat virgines,q̃a spõte tribuũt quod eis nõ est imperatũ,quia virginitas ita pretiosa est, vt suaderi possit, imperari nõ possit,nã magis est voti quàm præcepti. Quapropter dicit Apost.1.Cor.7. De virginibus præceptũ domini non habeo, sed consilium do. Quartò, eius pretiositas probatur ex hoc, quia specialis aureola eis datur propter singulare certamen.Sap.4.O quàm pulchra es casta generatio

ratio cum charitate,in perpetuũ coronata triumphas.Ideo Hierony.dixit: In omni ſexu & gradu virginalis pudicitia obtinet principatũ.Notanter dicit ſexu & gradu. Duo ſunt ſexus,maſculinus & fœmininus.In maſculino tenet principatũ.Chriſtus,in fœminino virgo Maria.Item in omni gradu.In prophetis,Ioannes Baptiſta. In prædicatoribus noui teſtamenti,Paulus,qui eſt virgo.Vnde præponitur Petro in ſigillo Papæ,& depingitur ad dexterã,& petrus ad ſiniſtrã. In euangeliſtis,Ioannes,qui eſt virgo.In martyribus, Stephanus protomartyr.In cõfeſſoribus,beatus Nicolaus.Ergo virginitas eſt precioſus theſaurus honorabilis coram Deo,hominibus,& angelis.Vnde Cypria.in lib. de virgin. Virginitas eſt ſoror angelorum,victoria libidinum,regina virtutum,poſſeſſio omnium bonorũ,quæ tenet in cœlo aureolam,& in terra principatũ. Hunc pretioſum theſaurum inuenit beata Catharina in agro corporis & mentis,quem theſaurum abſcõdit furibus,i.diabolo & mundo. ¶Reuera hic theſaurus abſcõdendus eſt per tria.Primò,per ſenſuum cohibitionem.De quo Hugo:Si virgo es,cuſtodi quod habes diligenter.Nam iſte theſaurus virginalis continetur in vaſe fragili. De quo 2.Corinth.4. Habemus theſaurum in vaſis fictilibus,non ferreis, æreis,ſed terrenis, vt homo ſit magis ſolicitus pro cõſeruatione virginitatis.De quo Auguſtin.de vita Chriſt. Quò ſublimior eſt gloria, eò maior debet eſſe cura in cuſtodia.Et ſubdit:Virgo caſta nihil deberet habere toruum in oculis,nihil procax in verbis,nihil in actu verecundum,non inceſſus ſolutior, non vox petulantior:vt ipſa corporis ſpecies ſimulachrum ſit mentis & figura probitatis.De quo Ambr. de viduitate dicit:Cuſtodi ergo vias tuas, vt non delinquas in lingua tua.Hieron. Sit ſermo virginis rarus & pudicus. Nam virgo quæ quærit Chriſtũ,non debet eſſe vulgaris in foro,non in plateis,non in voce garrula, non greſſu publica,non oculis vaga, quia dicit Aug.Impudicus oculus impudicæ mentis eſt nuntius. Secundò,iſte theſaurus eſt abſcondendus per carnis caſtigationem,iuxta illud,1.Cor.9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.Nam hic ager corporis,in quo latet virginitas,non debet nimis humidè teneri,quia dicit Bern.In delitiis periclitatur caſtitas.de quo Iere.5. Saturaui eos, & mœchati ſunt.Ergo ad conſeruationẽ huius theſauri requiritur potus & cibi moderamen,quia dicit Hier.Vẽter vino æſtuans

æstuans citò spumat in libidinẽ,quia vinũ est castitatis venenũ.Tertiò,hic thesaurus debet abscondi per humiliationem.De quo Aug.Non solùm prædicanda est virginitas,vt seruetur,sed etiã ne infletur,eò quòd dicit Bern.Virginitas Mariæ nõ placuisset Deo sine humilitate.Quapropter dicit Aug.Audeo dicere superbis vtile esse cadere,vt in eo in quo extolluntur,humilientur, quia plus expedit virginem non esse,quàm de virginitate insolescere & gloriari,quia secũdum Aug.Melius est humile cõiugium,quàm superba virginitas.Ergo meritò iste thesaurus est abscõdendus à vẽto vanæ gloriæ,quemadmodũ fecit beata Catharina,quæ vẽdidit omnia quæ habuit,quia regnũ dereliquit,corpus pœnis exposuit ne illum thesaurum perderet.Et meritò virginitas cõparatur thesauro, quia thesaurus fit de rebus raris & pretiosis , quia omne pretiosum est rarum , & rarum est pretiosum.Ideo dicit Hieron.Omne quod rarum est,magis appetitur.Sic virginitas mẽtis & corporis vera est rara, & per consequens pretiosa,vt de ea possit dici illud Sap.7.Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius , nec cõparaui illi lapidem pretiosum,quoniam omne aurum in comparatione illius est quasi arena exigua.De cuius pretiositate dicit Bern. Viginitas est lux animæ, lampas Ecclesiæ, secura semita cælestis patriæ.Secundus thesaurus est spiritus gratiæ. De quo Sap.7. Infinitus est thesaurus hominibus,quo qui vsi sunt,facti sunt participes amicitiæ Dei.Hic est thesaurus virtutũ, qui facit hominem diuitem. De quo Greg. Ille veræ sunt diuitiæ , quæ nos diuites virtutibus faciunt. Iste thesaurus virtutũ est pretiosus, qui à solo Deo cõfertur.Galat.4. Qui tribuit vobis spiritũ,operatur virtutes in vobis. Vbi Aug.Tale bonum est virtus,vt nullus operetur eam in nobis nisi Deus.In agro cordis inuenitur,& est abscondẽdus ab humana laude.Iuxta illud Matt.6.Cùm facis eleemosynã,noli tuba canere, &c. Nam vanè gloriosus est sicut stultus viator & seminator.Primò,sicut stultus viator, sicut dicit Greg.in Homil. Inuentus thesaurus abscõditur vt seruetur. In præsenti enim vita quasi in via sumus qua ad patriam pergimus, maligni autem spiritus iter nostrum obsederunt,quasi quidam latrunculi deprędari desiderant. Deprędari ergo desiderat,qui thesaurũ publicè portat.Hoc autẽ dico non vt proximi opera nostra non videant, sed vt per hoc quod agimus laudem exterius nõ quęramus,opus

sit in publico, vt præbeamus proximis exẽplum, sed intẽtio semper maneat in occulto, qua Deo soli placere possumus. Secundò, vanè gloriosus est sicut stultus seminator, qui semen in terrã proiicit, sed ab humanis laudibus nõ abscondit, & ideo ab auibus, i. dæmonib9 deuoratur, & à malignis spiritib9 cõculcatur. Iuxta illud, Luc. 8. Quod cecidit iuxta viam, conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Ideo Matth. 6. Attendite, ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Hunc thesaurũ virtutum inuenit & emit B. Catharina, vendidit omnia quæ habuit. i. omnem alienum amorem. s. carnis & mundi, pulchritudinem & diuitias, vt possideret thesaurum virtutũ, vt canit de ea Ecclesia: O mater nostra ter sancta, quatérque beata. i. sancta à tribus virtutibus theologicalibus, quater beata, i. à virtutibus quatuor cardinalibus. Tertius thesaurus est æternalis gloriæ. De quo Matt. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo nec tinea demolitur, nec fures furantur, nec effodiunt. Iste thesaurus debet quæri per desiderium, & inueniri per dilectionem diuinam. Vnde dicit Isid. Deus desiderio quæritur, dilectione inuenitur. Iste thesaurus debet emi operibus misericordiæ, iuxta illud, Matth. 19. Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperib9, & habebis thesaurũ in cœlis. De quo & Aug. Regnum cœlorum venale inuenitur, quod paupertate emitur. Hic thesaurus est pretiosus, propter quem omnia sunt vendenda & relinquenda, vt res tẽporales, propinqui & parẽtes, vt fecit beata virgo & martyr Catharina. Vnde potuit dicere illud Ierem. 12. Reliqui domum meam, s. quò ad cõtemptum regni terreni, dimisi hæreditatem meam, quò ad contemptũ coniugij, dedi dilectã animam meam in manus inimicorũ, quò ad cõtemptum corporis & sensualitatis, vt haberet thesaurũ cœlestis gloriæ. De quo Matt. 6. Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Ideo quò ad triplicem thesaurum, quem acquisiuit S. Catharina, ratione sui nominis tripliciter interpretatur. Primò, quò ad thesaurum virginalis munditiæ dicitur Catharina, quasi carens ruina omnis immunditiæ. Secũdò, quò ad thesaurum spiritualis gratiæ dicitur Catharina, à Kathos, quod est vniuersum, quasi vniuersalis ruina omniũ vitiorũ, quia omnia vitia casum habebãt ab ea, & virtutes floruerunt in ea. Tertiò, quò ad thesaurũ cœlestis gloriæ dicitur Catharina, quasi chara regina,

na, nam multa sunt dona quę sanctis suis dominus cõtulit: Singulariter his donis honorauit sanctam Catharinam generaliter. Nam ipsam in carcere visitauit per angelũ, sicut beatum Petrum: ipsam cœlesti cibo refecit in carcere, sicut Eliam: ipsam orantem pro his qui passionem eius deuotè celebrauerint, exaudiuit, vt beatum Basilium & beatã Margaretã, & voce de cœlo missa ad se eam inuitauit, vt S. Stephanum. Ipsa decollata lac pro sanguine fluxit, sicut beato Paulo. Etiam sepulchrum ipsius angeli laborauerunt, sicut B. Clementi. Ex eius ossibus oleum manauit, sic ex ossibus B. Nicolai. Et ideo B. Catharina dicitur ter sũcta, quater beata. Nam hoc à domino promeruit, quando in hoc mundo vixit, sicut colligi potest ex historia ipsius passionis.

De vna Virgine. ENARRATIO I.

Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Matt. 25. In summa Euangelij tria innuuntur. Primò, bonorum & malorum finalis discretio, ibi: *Simile est regnum cælorum.* Secũdò, singulorum vniuersalis resurrectio, ibi: *Tunc surrexerunt omnes virgines illæ.* Tertiò, malorũ ęternalis exclusio, ibi: *Amẽ dico vobis, nescio vos.* ¶ Dixi primò innuitur bonorum & malorum discretio. Interim enim dum sumus in hoc seculo, non possumus veraciter & certitudinaliter discerni quales sumus: in fine autem cuiuslibet apparebit. Et hoc declaratur per verba & exempla præsentis Euangelij, vbi dicitur: *Simile est regnum cælorum.* Greg. id est, militans Ecclesia, *decem virginibus*, id est, vniuersitati fidelium, qui propter integritatem fidei virgines vocãtur. Et sic viri & mulieres virgines dicũtur. 2. Cor. 11. Despondi vos vni viro, scilicet, per fidem, virginem castam exhibere Christo. Aug. Per virginem castam intelligitur continentia à vitiis & voluptatibus, ad quam, scilicet, continentiam omnes fideles obligantur, qui omnes significantur per decem propter decẽ mandatorum Dei impletionem. Matth. 39. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et dicit Chrys. super Matth. Ideo ponit vniuersitatem fidelium in persona virginum, vt ostẽdat licet virginitas magnum quid sit, tamen si operibus bonis nõ est fulcita, cum adulteris foras eiicitur. Ideo necesse est vt habeat bona opera. Greg. Non sufficit mala nõ agere, nisi quis studeat bonis operibus abundare. Ideo subdit: *Accipientes lampades suas*, id est, bona opera, secundum Aug. Sicut lampades vitreæ sunt transslucidæ, sic opera nostra etiam coram aliis

lucere

lucere debent. Matt.5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Chrys. autem per lampades fidem intelligit. Sicut enim lampas illuminat domum, sic fides animam. Propter quod dicitur post Baptismũ, Accipe stolam candidam lampadem ardentem, & custodi baptismũ tuum, vt possis Christo occurrere. Subdit: *Exierunt obuiam sponso & sponsæ*, i. Christo & Ecclesiæ se præparauerunt ad obediendum. Exire, est mundo & vitiis renũtiare. Sequitur: *Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.* Prouerb.34. Qui cogitat mala facere, stultus est: qui autẽ cum charitate ex spirituali sapore & prudenti ordine se in Deum ferũt, prudentes sunt. Ad hoc hortatur nos Hiero. dicens: Omnes sensus nostros in Deum referamus, s. visum, auditum, gustum, tactum. Alio modo secundum Aug. Fatuæ habent lampades sine oleo, i. bona opera sine recta intentione. Greg.24. Moral. Qui rectã intentionem in opere non tenet, opus & cultũ perdet. Luc.11. Si oculus tuus, id est, intentio tua nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit, id est, totum opus. Hier. Opus commensuratur intentione, quantum intendis tantùm facis. Vnde Magister in 2. distinct. 40. Actus simpliciter mali sunt qui peruersam intentionem habent, secundum Greg. Lampades sine oleo, i. opera sine charitate. Vnde sicut lãpas sine oleo fœtet, sic opus sine charitate. 1. Cor. 13. Si charitatẽ non habuero, nihil sum. Et tales dicũtur fatui. Per oppositũ autẽ se habẽt prudentes, de quibus subdit: *Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* Hilar. super Matt. Vasa sunt humana corda, oleũ est opus bonum in charitate factũ. Sic ergo receperunt in vasis oleum cum lampadibus, i. fidem cum opere, oput eum intẽtione, omnia illa cum charitate. Hugo: Charitas est Deo ita familiaris, vt mansionẽ habere nolit vbi charitas non fuerit. Charitas facilius vincit Deum quàm hominem. Per oppositum dicit Hilarius super Ioan. Frustra est omnis operatio, nisi assistat Dei dilectio. Sequitur: *Moram autem faciente sponso*, id est, Deo, qui pius est, & non immediatè iudicat & punit. Isa.30. Expectat nos Deus, vt misereatur nostri. *Dormitauerunt omnes*, s. in veniali per negligentiã, *& dormierunt*, s. in mortali per malitiã. Eccl.8. Quia non citò contra malos profertur sententia, absque vllo timore filij hominũ perpetrãt mala. Subdit: Attamen ex eo quòd peccator centies facit malum, & per

pœnit

pœnitentiam ſuſtentatur, ego cognoui quod bonum erit timentibus Deum, & non ſit bonũ impio vt prolongẽtur dies eius, ſed quaſi vmbra tranſeũt, qui non verentur faciẽ Dei quaſi vmbra, i. leuiter improuisè ad mortẽ & ad iudicium rapiuntur per peſtilentias vel per alia media improuiſa: quod innuit in textu, cùm ſubdit, *Media nocte*, i. nullo ſciẽte, ſecundum Orig. Hoc eſt, cùm homines ſunt remiſsi & negligentes, ſicut in media nocte eſt profunditas ſoporis, & magna frigiditas, & ſic homines in malitia obſtinati. Iſa. 30. Dum nõ ſperat veniet ei contritio. 1. Theſſ. 5. Cùm dixerint pax & ſecuritas, veniet eis repẽtinus interitus. Apoc. 3. Veniam ad te quaſi fur in nocte. *Clamor factus*, ſ. in iudicio, i. ſonus angelorum tubantiũ. 1. Theſſ. 4. Canet enim tuba, & mortui reſurgent. O quantus clamor! non erit anima ita altè in cœlo, nec ita profũdè in inferno, nec corpus ita abſconditum in ſepulchro, quin audiat hunc clamorẽ. Ille clamor fuit ſemper in auribus B. Hierony. qui dicit, Quoties diem iudicij cogito, toto corde contremiſco, ſiue bibo, ſiue comedo, ſemper videtur ſonare in auribus meis illa terribilis tuba: Surgite mortui, venite ad iudicium. Etiã clamor capitur hic pro ſententia finali æternæ damnationis, quam contra reprobos faciet, de quo Matth. 25. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. O terribilis clamor. Subdit: *Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei*, hoc eſt exhibete vos omnes ſine vlla contradictione, ei cum operibus veſtris obuiando. Reuera obuiabũt ei portantes ſingula opera ſua quaſi ante faciẽ ſcripta: Et obuiabunt ei differenter, boni cum magna conſolatione, mali cum inexplicabili terrore. Hoc eſt quod ſubdit: *Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ*, ſcilicet tã boni quàm mali diuerſimodè, ſicut hic excitati à ſomno corporali, aliqui à Deo, aliqui à diabolo, aliqui ad peccatum, aliqui ad virtutes, aliqui ad orationem, aliqui ad fornicationem, aliqui ad miſſam, aliqui ad tabernam, ſic etiam ſecundũ hoc reſurgent in iudicio. Sequitur: *Et ornauerũt lampades ſuas.* Gregor. 1. apud ſe cogitauerunt opera ſua pro quibus remunerationem expectabant. Aug. parauerunt rationes, ſ. recurrendo ad merita operum, & cogitando de iuſtitia, mali ex timore, boni ex amore. 2. Cor. 5. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, vnuſquiſque recipiet propria corporis, prout geſſit ſiue bonũ, ſiue malum. Sic dicit: *Ornauerunt lampades ſuas*: vtinam omnes bene ornarent. Vbi nota,

tria

tria requiruntur ad ornandum lampadem. Primò, claritas vitri, id est, puritas conſcientiæ. Bern. In illa die melior est pura conſcientia quàm marſupia plena. Secundò, plenitudo olei, id eſt, miſericordia & eleemoſyna. Pſal. Iucundus homo qui miſeretur. Ambroſ. Sola eleemoſyna eſt comes defunctorum. Tertiò, inflammatio ignea, id eſt, fides cum dilectione. Leuit. 6. Ignis in altari meo ſemper ardebit. Epheſ. 3. In charitate radicati & fundati vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit longitudo, &c. Sed heu hoc minimè fatuæ prouidere curauerunt. Ideo ſubdit: *Fatuæ ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro.* Auguſt. Fatuæ cum ſe vacuas inuenerunt, foris teſtimonium quæſiuerunt: quaſi dicat, iuſtitia veſtra eſt ſufficiens vos glorificare & nos excuſare. Ferte ergo teſtimonium de operibus noſtris quæ nos facere vidiſtis. Auguſtinus. Sicut de conſuetudine ſemper inquirunt aliqui vnde ſoleant gaudere, & ſic apud deum. Ideo aliqui in exteriori iudicio vel teſtimonio gaudere ſolebant, & ſic apud Deum querunt & poſtulant, vt ſup. *Quia lampades noſtræ extinguuntur.* Gregor. hoc fit, cùm opera in apparentia hominum ſunt candida, apud Deum verò tenebroſa. Lucæ 6. Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud Deum. Vel ſecundum Auguſt. extinguuntur, dum opera fatuorum alienæ laudi ſubiiciuntur: & ſic carent merito. De quo Matth. 6. Faciunt opera ſua vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Idcirco dicit Greg. Sæpe ſordet in conſpectu iudicis, quod fulgebat in conſpectu hominis. Rectè dicitur de operibus fatuorum, ſicut de viſu ſtellarum, ſtellæ quę de nocte clarè lucent, adueniente ſole & die obſcurantur. Sic quidem ibi eſt. Nullus poteſt alium iuuare, ſed vix ſufficit ſibi ſua iuſtitia. Ezech. 18. Iuſtitia iuſti erit ſuper eum, & impietas impij ſuper eum erit. Ideo reſpondebunt vt in textu ſequitur: *Reſponderunt prudentes dicentes: Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis.* Hieron. Non dicunt ex auaritia, vel inuidia, vel timore, vel cupiditate, ſed ſignificant ꝙ quilibet habebit ſatis pro ſe reſpondere, nec meritum alicuius poterit ei qui indignus eſt prodeſſe. de quo 13. q. 2. In præſenti ſeculo ſcimus ſiue orationibus ſiue conſiliis inuicem poſſe nos adiuuari: cùm autem ante tribunal Chriſti venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noë rogare poſſe pro quoquam, ſed oportet vnumquenque portare onus ſuum, vt affirmat

Apost.Gala.6.di.Vnusquisque onus suum portabit:ideo dicunt: *Ite potius ad vendentes & emite vobis*, quasi dicerent secundum Ambr. Videte quomodo vos adiuuare possunt qui adulationis oleum vobis vendere consueuerunt. Greg. Venditores olei sunt adulatores. Ps.40. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Hier. Adulator apud philosophos diffinitur blandus inimicus. Sydoneus in epistol. Magis timeo adulatorem hominem quàm principem infernalem. Vel etiam quasi dicerent: Ite ad pauperes vel ad doctores Ecclesiæ: per quorum orationem aut informationem susci piatis oleum. *Dum autem irent emere*, id est præueniente morte, *ecce sponsus venit*, scilicet cum sublimitate maxima qui hîc venit in humanitate, *& quæ paratæ erant*, scilicet in fide & bonis operibus, recta intentione & charitate *intrauerunt cum eo ad nuptias*. Seneca: Venientem mortem nemo hilaris accipit qui se ad illam non præparauit. Ideo omnis nostra vita debet esse præparatio ad mortem. Ratio Aug. quia nihil aliud est nisi cursus ad mortem. *Et clausa est ianua.* Greg. O quantæ exultationis sponsus venit! ô quantæ dulcedinis, intrauerũt cùm eo ad nuptias! ô quantę amaritudinis clausa est ianua! vt impleretur illud Amos 5. Cunctis qui foris sunt dicetur væ væ væ. Reuera primò væ, quòd ianua misericordiæ eis claudetur ad indulgendum, quod hîc non est indultum, ibi nunquam indulgetur, propter quod dicitur: Esto consentiens propter aduersarium dum est in via tecum, ne fortè tradat te tortoribus, & mancipabunt te carcere, & non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Psal.58. Non enim misereris omnibus qui operantur iniquitatem. Secundò væ, quia ianua gratiæ eius claudetur ad merendum, quæ solùm hîc habetur, vt patet 2. Corinth. 3. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, ibi non. Apocal. Post hoc tempus non erit tempus, scilicet merendi. Tertiò væ, quia claudetur eis ianua gloriæ ad intrandum, quæ modò aperitur omnibus verè pœnitẽtibus. Mat. 3. & 4. Agite pœnitentiam & appropinquabit vobis regnum cœlorum. Prius egit de retributione bonorum: nunc verò agit de retributione malorum, dicens: *Nouissimè venerunt & reliquæ virgines*, scilicet tardè vt diues. Lucæ 16. *dicentes: Domine domine aperi nobis.* Chrysosto. Nihil prodest ex necessitate repetita confessio, quæ non est facta ex voluntate. Ecclesiast. 5. Non tardes conuerti ad dominum, nec diffe

differas de die in diem, subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Et Ecclesiast. 17. Confiteberis viuus & sanus. à mortuo quasi nihil perit confessio. Sunt in finem pœnitentiam protrahentes, dicentes illud August. Iuuenis sum, faciá illud quod me delectat, & postea pœnitentiam agam: ac si diceret, Percutiam me gladio, postea vadam ad medicum: Heu, nescis vnius horæ puncto vulnus accipitur, quod vix longo tempore ad sanitatem reducitur? Hæc Augustin. Audi ergo quid dicat dominus talibus, *Amen dico vobis, nescio vos*, scilicet notitia approbationis fore dignos gloria. O terribile verbum! amara consolatio. Concludit: *Vigilate itaque*: hoc dicit non illis sed aliis negligentibus hodie viuentes per modum diligentis auisationis, vt sitis soliciti de animarum vestrarum salute, *quia nescitis diem neque horam*, scilicet vocationis vestræ per mortem ad iudicium. Ex hoc Euangelio charissimi mei finaliter elicitur quomodo præsens Ecclesia permixta est bonis & malis, qui omnes & singuli quales fuerunt in fine aut post mortem discernentur, & vnusquisque secundum merita vel demerita à Deo habebit retributionem, boni consolationem æternæ gloriæ, sed mali ab hac gloria æternaliter secludentur propter inaduertentiam & negligentiam eorum. Hortamur & nos vt singuli simus circunspecti & soliciti vigilantes in bonis operibus, vt hîc possimus promereri gratiam & in futuro gloriam.

¶ *De dedicatione templi.* ENARRATIO I.

D*Omum tuá domine decet sanctitudo*. Psal. 92. Pro quo sciendum, ꝙ multiplex est domus Dei, quam decet sanctitudo. Prima est Ecclesia vniuersalis. Secunda est vterus virginalis. Tertia est domus spiritualis. Quarta domus materialis. Quinta domus æternalis. ¶ Prima domus Dei est Ecclesia vniuersalis, s. congregatio fideliũ. De hac dicit Apost. 1. Timot. 3. Scias quomodo oportet te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia. Nam habetur in can. 1. q. 1. multi. Ecclesia catholica dicitur fidelium multitudo fide & charitate vnita. Et Cyprianus dicit, 24. q. 1. loquitur, Quomodo radij multi sunt vnum lumen, & rami arboris multi vnum robur: sic multi in fide vna dicuntur Ecclesia. Nam sicut Ecclesia materialis ex quatuor parietibus componitur, sic Ecclesia vniuersalis ex quatuor Euágeliis cósolidatur. Sanctuariũ habet in quo est clerus, & anteriorem domum in

qua consistit populus. Ita & Ecclesia vniuersalis habet contẽplatiuam vitam, in qua spirituales, habet actiuam, in qua consistunt seculares. Contemplatiua vita est cuncta terrena pro dei amore relinquere, sola cœlestia quærere, assiduè orare, sæpe lectitare, hymnis deum iugiter laudare. Actiua verò vita est castam vitam cum coniuge ducere, filios in dei amore nutrire, pauperes cibo & potu recreare, infirmos & viduas visitare, & omnibus necessitatẽ patientibus propter dilectionem proximi pro viribus opem ferre. In sanctuario est altare, in quo sunt reliquiæ sanctorum, & sic in ecclesia est Christus, in cuius contemplatione requiescunt mentes beatorũ & in cuius conspectu iusti exultant & epulantur, & in iustitia delectantur. Fenestræ quibus basilica illuminatur, sunt doctores per quos cœleste lumen in Ecclesiam ingreditur, iuxta illud Matth. 5. Vos estis lux mũdi, luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra, &c. Sed pictura in Ecclesia est vita, & exempla sanctorum, quos imitari debemus, vt docet Chrys. super Matt. dicens: Quid prodest sanctos colere & sanctitatem spernere? Ideo celebramus festa sanctorum, vt imitemur vestigia eorum. Item lumen quod lucet in Ecclesia sancta, est spiritus sancti gratia, qua ecclesia iugiter irradiatur. Sed crux in Ecclesia significat, vt crucifixum sequamur, iuxta illud 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Item turres Ecclesiæ sancti sunt Prælati. Nam sicut turres excedunt alia ædificia, sic prælati moribus & sanctitate debent alios præcellere, vt habetur in cano. 1. quæst. 1. Vilissimus: Vilissimus est, qui alios præcellit dignitate, & non morum sanctitate. Item campanæ huius Ecclesiæ sunt prædicatores. Nam sicut campanæ excitant homines ad surgendum, & ad deum laudandum, sic facere debent prædicatores, iuxta illud Isaiæ 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Similiter & Apost. 2. ad Timo. 4. Prædica verbum, insta oportunè, importunè argue, obsecra, increpa: erit quoque tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt. Hæc est domus firmiter ædificata supra firmam petram scilicet Christum, qui est fundamentum eius. Iuxta illud 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. In hac domo debent contineri omnes qui volunt saluari.

Nam dicit Cyprian. Frange ramum ab arbore, & non poterit germinare: sic qui separatur ab vnitate Ecclesiæ, vt habetur 24. quæst. Alienus: Alienus est, prophanus est, hostis, non potest habere Deum patrem, qui non tenet vniuersalis Ecclesiæ vnitatem. Hæc est domus, de qua Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit in ea columnas v i i. id est, v i i. sacramenta Ecclesiæ. Nam sicut columnæ Ecclesias materiales sustentant ne cadant, sic hîc v i i. sacramenta à ruina spirituali præseruant, & si ceciderit homo, adiuuant vt resurgat, vt dicit Magister 4. Senten. dist. 1. Et prima columna in domo Ecclesiæ sanctæ est baptismus, sine quo homo caret vita spirituali. quod probat Iacobus Antiochenus dicens, quòd in regione Orientali quædam aues generantur in arboribus, & quandiu illæ pendent in arboribus, non habent vitam, sed statim cùm cadunt de arbore in aquam, vitam habent & incipiunt natare & volare. Sic pueri pendentes in visceribus maternis, quasi in arbore corrupta peccato Adæ, vitam gratiæ non habent, sed sunt mortui, & si taliter decederent, dei visione priuarentur, vt dicit August. de consec. dist. 4. Firmissimè, Firmissimè tene, quòd non solùm homines ratione vtentes, verumètiam paruulos qui siue in vtero matris viuere incipiunt & ibi moriuntur, siue iam de matribus nati sunt, si sine sacramento baptismatis, quod datur in nomine patris & filij & spiritussancti, de hoc seculo transeunt, sempiterno igne puniendos. Gl. igne, id est, pœna damni. Sed statim postquam veniunt ad aquas baptismi, vitam habebunt, & mundabuntur ab omnibus delictis. De quo Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. si sic, euolant. Marci vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Secunda columna huius est confirmatio, quæ habet se vt medicina confortatiua in spirituali pugna, vt habetur in cano. de consecra. dist. 5. Spiritussanctus. Spiritussanctus qui in fonte tribuit innocentiam, in confirmatione præstat augmentum ad gratiam. In baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. Ideo confirmandus tenetur ad designandum infirmitatem. Et nullus debet respuere hoc sacramentum, vt dicit Vrbanus Papa. Omnes fideles per manus impositiones episcoporum, spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt plenè

Christiani inueniantur, vt dicit Gloss. de consecra.dist.5.c. Omnes. Si homo adultus contemneret hoc sacramentum accipere, peccaret mortaliter, quia contemnit gratiam gratum facientem. Et dico in adultis, nam in pueris sufficit baptismus: attamen paruulus non confirmatus si decedit, minorem gloriam in cœlo habebit vt dicit S.Thom. p.1.q. 72.art.7.ꝙ pueri confirmati gloriam maiorem consequuntur, sicut hîc maiorem obtinẽt gratiam. Tertia columna huius domus est corpus Christi. Hoc sacramentum habet fructificare homines infructuosos, & nutrit hominem & sustentat ad vitam gratiæ. De quo Ioan. 6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum, quia repellit mortem, vt dicit Innocentius: Hoc sacramentum venialia delet, mortalia cauet. Et Fulgentius: Qui dignè sacramentum eucharistię sumpserit in cor suum, proculdubio fontes gratiarum fluẽt & refluent in æternum. Quarta columna est pœnitẽtia, quæ releuat hũc qui cecidit, vt dicit Aug. in lib. de pœnit. Pœnitentia languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat, vitam præstat, Deum placat. Similiter Chrysost. O pœnitentia rutilantior auro, splendidior sole, quid referam de te? Omnia ligata soluis, paradisum aperis, contritum sanas, tristem exhilaras, ad vitam æternam reuocas. Quinta columna est vnctio extrema, quæ tollit infirmitates corporis & animæ, vt habetur Iacobi 5. Si quis infirmatur ex vobis, introducat presbyteros Ecclesiæ, vt orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Et ex hoc habetur, vt dicit Magister 4. Sententiarum, quòd sacramentum vnctionis pœnas pro peccatis diminuit, secundò morbũ corporalem alleuiat, tertiò remissionẽ peccatorum operatur. Sexta columna est ordo sacerdotalis, mediante qua spiritualis domus Dei sustentatur, & cõparatur radici arboris, quæ si sana fuerit rami pullulant & fructum ferũt. Sic secundum Chrys. super Matthæũ, Si sacerdotium est sanum, tunc sustentat populum & reddit eum disciplinatum, Ideo habetur Iudith 8. Vos qui presbyteri estis in populo, ex vobis pendet anima eorum. Septima columna est ordo coniugalis, sine quo homo carnaliter viuens saluari non potest, quia datur in remedium, eò quòd dicitur Matthæi 19. Non omnes capiunt verbum hoc, scilicet continentiæ,

ſed qui poteſt capere, capiat. Et 1. Corint. 7. Melius eſt nubere, quàm vri. Nam de virginibus præceptum domini non habeo, ſed conſilium do. Ideo ordo coniugalis comparatur viti, quæ eſt arbor diſtorta, exterius indiſpoſita, tamen confert dulces fructus & vinum præclarum: ſic coniugium generat nobiles fœtus & omnes virgines. Ideo dicit Hier. Laudo coniugium, quia generat virgines, lego roſas de ſpinis, & margaritas de conchis. Hæ ſunt columnæ VII. ſpecioſæ in domo Eccleſiæ. Et hanc domum decet ſanctitudo obedientiæ, iuxta illud Matt. 18. Si quis Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus: nam dicit Gregor. Peccatum paganitatis incurrit, qui Eccleſiæ ſanctæ per inobedientiã contradicit. Ideo habetur 11. diſtinct. Quis neſciat, quis neſciat ab omnibus debere obſeruari, quod ſancta Romana Eccleſia obſeruat? ¶ Secunda domus eſt vterus virginalis, de qua canit Eccleſia: Domus pudici pectoris templum repente fit Dei. de hac domo ſcribitur Sapient. 8. Intrans domum conquieſcam in illa. Nam filius Dei intrauit domum beatæ virginis, & quieuit ibi nouem menſibus. Hæc eſt nobilis domus, de qua Ambroſius, Quid nobilius matre Dei? quid ſplendidius ea, quam ſplendor lucis elegit æternæ? Ab hac domo proceſſit nobis omnis ſalus de qua Anſel. Non eſt ſalus in mundo, niſi quam peperit virgo. Et impletum eſt illud Pſal. 64. Replebimur ab vbertate domus tuæ. Nam hæc domus plena eſt odore virtutum. Vnde Hierony. Si Mariam diligenter inſpicias, nihil virtutis, nihil decoris (id eſt, gratiæ) eſt quin ex ea reſplendeat. Hanc domum decet ſanctitudo reuerentiæ & honoris, eò quòd dicit Bern. Nihil nos habere Deus voluit, quin totum per Mariæ manus tranſierit, nam omnis noſtra maledictio in benedictionem eſt mutata per illam. ¶ Tertia eſt domus ſpiritualis, & eſt quælibet deuota anima de qua thema: *Domum tuam decet ſanctitudo*, ſiquidem in ea fieri debet habitatio Dei. vt dicit Pſal. 21. Tu in ſancto habitas, vt dicit Damaſce. Sanctitas eſt puritas mentis ſine conſcientia criminis. Hæc domus à ſummo opifice eſt conſtructa, quia à Deo. De qua Auguſtin. Anima à Deo creatur, creando infunditur. Hæc domus debet fulciri VII. columnis, hoc eſt, VII. donis ſpiritusſancti. Item debet ſanctificari ad modum materialis domus Dei. Primò, per aquam benedictam reconciliatur Eccleſia & cœmeterium, vt habetur de

confecratione Ecclefiæ.cano.confuluifti. Sic domus fpiri-
tualis animæ,per aquam lachrymarum mundatur, de qua
Ifaię 1.Si fuerint peccata veftra quafi coccinum,&c.Secun
dò,Domus Dei debet dotari,vt patet de confecrat.diftinct.
1.cano.Placuit,vbi dicitur:Altaria euertantur quæ fine re-
liquiis eriguntur.Ita fpecialiter debet domus animæ dota-
ri virtutibus & exemplis fanctorum. Vnde Pfal.36. Cufto-
di innocentiam & vide æquitatem,quoniam funt reliquiæ
homini pacifico. Tertiò,domus Dei femel dicata debet ita
manere,& nunquam fecularis habitatio fieri, vt patet de
rerum permutatione,vbi dicitur, Quod femel Deo dica-
tum eft, nunquam ad alium vfum transferri debet: & fic
de anima quæ femel dicata Deo eft, amplius alienari non
debet. Iuxta illud Lucæ 1.In fanct. & iufti.ferm. Sed heu,
multi bene incipiunt. Contra quos dicit Greg. Fruftra ve-
lociter currit, qui antequam venit ad metam, deficit. Sic
in caffum bonum agitur, fi ante terminum vitæ deferatur.
Quartò, ficut in domo Dei feftum dedicationis fingulis
annis peragitur, vt habetur de cònfecra.diftinctio.1. c. fo-
lennitates:Solennitates dedicationis Ecclefiarum per fin-
gulos annos funt celebrandæ. Ipfo domino dante exem-
plum,qui ad eãdem feftiuitatem celebraturus aduenit. Io.
10.Sic dedicatio domus fpiritualis femel in anno ad minus
debet fieri,vt habetur de pœn.& remiff.can.Omnis vtriuf-
que fexus femel in anno debet confiteri proprio facerdo-
ti & facramentum euchariftiæ fumere. Quintò, in domo
Dei non debet fepeliri excommunicatus aliquis,fic in do-
mo fpirituali, fcilicet,anima nullum debet admitti pecca-
tum mortale perquod homo excommunicatus efficitur
quò ad fe. Ideo Leuitici 11. Sancti eftote,quoniam ego fan
ctus fum. Nam ad hoc elegit nos Deus, vt dicit Apoftolus
Ephef.1.Elegit nos Deus ante conftitutionem mundi, vt
effemus fancti & immaculati. Nam hæc eft voluntas Dei
fanctificatio veftra.1.Theffal.4.Ideo Ioelis 2. Sanctificate
Ecclefiam.Nam in maleuolam animam non introibit fpi-
ritus fapientiæ. Sapien.1. Sextò omnis domus Dei debet
fore fubdita prælato: Sic omnis anima poteftatibus fub-
limioribus fubdita fit. Roma.13. Et fignantur Deo, de quo
2.Macab.9.Iuftum eft fubditum effe Deo,& mortalem non
paria Deo fentire. Iuxta illud Pfal. 36. Subditus efto do-
mino.de quo etiam 1.Petr.1.Animas veftras caftificantes in
obedien

obedientia charitatis. Nam magis oportet obedire Deo, quàm hominibus. Act.5. Eò quòd dominus non vult holocausta & victimas, sed quòd obediatur sibi.1.Regum 16. Quia melior est obedientia, quàm victima. Dicit nanque Grego.in Moral. Scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Ideo habetur in cano.8.quæst.1.sciendum. Sine obedientia infidelis quisq; conuincitur, qui fidelis aliàs videatur. De quo & Moses Deutor.8. Peribitis, si inobedientes fueritis. Nam sicut inobedientes ab ipsis prælatis debent à monasterio expelli: vt habetur de maio. & obedien. cano. quoniam in Ecclesiis: sic ille qui inobediens Deo existit. Vnde Deut.17. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, morte morietur. Idcirco hæc domus spiritualis est sanctificãda. Primò per Dei timorẽ. Vnde Psal.18. Timor dom. sanct. &c. Nam dicitur Eccl.2. Qui timent Deum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabũt animas suas. Ergo timor Dei facit sanctum, vt dicit Apost.1.Cor.8. Perficientes sanctificationem in timore Dei. Secundò, hæc domus debet sanctificari per iustitiam. Iuxta illud Eccles.30. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Tertiò, hæc domus spiritualis animæ debet sanctificari per Dei dilectionem. Nam tunc homo verè est sanctus, cùm veraciter Deum diligit. De quo August. Sicut Sol illustrat sidus & stellas: sic charitas Dei sanctificat homines.

¶ Hanc domum decet sanctitudo. Et hoc multis de causis. Prima, quia Deo appropriatur. Ideo canit Ecclesia hodie illud Genes.28. Verè non est hîc aliud nisi domus Dei. Idcirco nihil aliud in ea debet fieri, nisi id quod ad Deum pertinet. De quo August. In oratorio nihil aliud agatur, nisi quod ad gloriam Dei pertinere noscitur Secundò domum hanc decet sanctitudo: quia dominus in ea laudatur. de quo Psal.28. In templo eius omnes dicent gloriam, scilicet pauperes & diuites: de quo canit Ecclesia: Hîc vox lætitiæ personat, hîc pax & gaudia redundant: in domo trinitatis laus & gloria semper resultat. Sed heu de multis potest dici illud Matth.21. vos fecistis eam speluncam latronum, vt impleretur illud Psalm.78. Polluerunt templum sanctum tuum. Tertiò, meritò decet illam domum sanctitudo, quia Deus in ea adoratur. De quo Isaiæ 56. & Matth.12. Domus mea domus orationis vocabitur. Dicitur notanter domus orationis, non domus cauillationis,


non inutilis locutionis nec hospitationis, vt aliqui faciunt. Nam timendum est, quòd sicut Christus eiecit illos de templo, quibus hæc verba dixit: Sic tales inhonorantes domum Dei non possint fieri Dei templum. Sed diceres: Cur vult Deus specialiter habere vel specialem habere domum materialem, cùm sit vbique? Respondet S. Thom.par.3. quæst.83.articul.2. quòd locus orationis habetur non propter Deum, sed propter orantes. Et hoc triplici de causa. Primò, ad designandum quòd habemus à Deo non solùm animam, sed & corpus. Idcirco corporalem habemus domum in qua oramus. Secundò, propter specialem deuotionem, vbi sunt sanctitatis signa, vt crux Christi, & cum hoc sanctus sanctorum Christus Iesus sacramentaliter. Tertiò, propter celeriorem exauditionem, quia multi illuc conueniunt. Et dominus dixit Matth. 18. Vbi duo vel tres in nomine meo congregati sunt, in medio eorum ego sum. Dicit Leo papa: Si duos velit exaudire, multò amplius vbi multa milia. Eò quòd dixit Hieronymus. Impossibile est multorum preces non exaudiri. Quartò, meritò illam domum decet sanctitudo, quia in ea Deo offertur. Nam legitur de domo quam ædificauit Salomon 3. Regum 10. In ea Deo obtulit. Similiter 2.Paralip.9. Omnes reges terrarum venerunt per singulos annos & obtulerunt munera in domum domini: sic & nos, quia scriptum est Exod. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus: sic fecerunt & Iudæi 1. Machabæo.4. Constructo templo tempore Iudæ Machabæi fecerunt dedicationem octo diebus & obtulerunt domino holocausta cum lætitia. Sic etiam habetur Exodi 35. Cùm completum esset opus tabernaculi, tunc congregata multitudine filiorũ Israel Moses dixit: Dies erit nobis sanctus, qui fecerit opus morietur: sic præcepit dominus: Separate apud vos primitias domini, omnis voluntarius & prompto animo offerat eas domino, aurum, & argentum, & æs, hyacinthum, purpuram, & byssum, & oleum ad luminaria. Spiritualiter. Sic hodie nos in domo Dei offerre debemus. Primò, oues innocentiæ, vt puri & mundi appareamus coram domino, quia dicit Psal. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet dominus. Io.9. Si quis cultor Dei est & volũtatem eius facit, hunc exaudit. Secundò debemus offerre boues, id est, fortitudinem spiritus, dicendo cum Psal.58. Fortitudinem meam

meam ad te custodiam. Dicit nanque Strabo super Genes. Quomodo dignus eris supernis præmiis, nisi fortis pro Christi nomine eris? De quo & Paschasius super Acta Apostol. Nemo est in via salutis, nisi in robore constantiæ virtutis. Tertiò, debemus auferre aurum, id est, dilectionem. Nam secundum Isidorum: Aurum positum in igne euaporat, nec in pondere minuitur, quia est solidum: sic dilectio fortis est vt mors, quādo Deo offerre debemus. Dicit enim Hilarius: Frustra est omnis operatio, nisi Deo tota nostra actio impendatur. Quartò, offerre debemus in hac domo argentum puritatis. De quo Egesippus: Omnis qui voluerit placere diuinæ maiestati, exerceat se in mentis puritate. Nam dicit August. de virginibus, Deus non respicit pulchram carnem, sed pulchram mentem. Quintò, offerre debemus Deo oleum misericordiæ: nam sicut oleum supernatat omnibus liquoribus, sic & misericordia. Ideo Lucæ 5. Estote misericordes, scilicet, viuis & defunctis. Eò quòd dicit Damasc. Indignus est diuinæ clementiæ, qui non compatitur miseriæ alienæ. Nam qua mensura mensi fueritis, eadem & remetietur vobis. Quintò, meritò hanc domum decet sanctitudo vt oratio nostra in ea exaudiatur. Nam Deus in veteri & nouo Testamento promisit, quicquid in basilicis suo nomini dedicatis postulatum fuerit, hoc sine dubio impetratum iri. Vnde 3. Regum 8. Cùm Salomon compleuit domum domini, orauit ad dominum, dicens: Si homo peccauerit in proximum suum, si fugerit populus inimicum suum, si clausum fuerit cœlum, si exorta fuerit in terra fames aut pestilentia aut corruptus aer. Et infrà: Si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit ad dominū manus suas in hac domo, tu exaudies in cœlo, & repropitiaberis, vt des vnicuiq; secūdum vias suas, sicut videris cor eius, quia tu solus nosti corda filiorum hominum. Et sequitur infrà: Apparuit dominus Salomoni, & dixit: Audiui orationem quam deprecatus es corām me. Sanctificaui mihi domum hanc, quam ædificasti, vt ponerem nomen in sempiternum, & erunt oculi mei aperti, & aures meæ attentæ. Similiter in nouo testamento promisit nos audire, Lucæ 11. Petite, & accipietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis qui petit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti, aperietur. Glos. Omnis qui quærit per affectionem cordis, qui petit per oris supplicationē, & qui pulsat per manuum


operat

operationē, sine dubio exaudietur. Et sic exauditus fuit Publicanus Luc. 18. qui percutiens pectus suum, orauit dicēs, Deus propitius esto mihi peccatori. Sed quòd non exaudimur, nosipsi in causa sumus, de quo Greg. Nō mirum, quòd tardè & nunquam exaudimur, quia dominum præcipientem non audimus. Ideo August. Qua fronte postulas quod promisit, si non facis quod promisisti? Quapropter dicit Bernardus, Vbi mens igne diuino accenditur, pectus manibus tunditur, pauimentum genibus calcatur, & oculi lachrymis fluunt, gemitus & suspiria resonant, illam orationem exaudiet dominus. Quinta est domus æternalis. De qua Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Hanc decet sanctitudo, quia manentes in ea sancti sunt, ibi est diuersitas præmiorum. Io. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt, id est, retributiones. Ibi vox lætitiæ & exultationis, ibi nullus clamor nec dolor, ibi tanta est lætitia, in comparatione cuius omnis iucunditas mœror, omnis suauitas dolor, omnis dulcedo acerbitas, omnis decor horribilitas, adeò, vt dicat Chrysostomus super Matthęum: Maius erit sanctorum præmium, quàm omne eorum desiderium. Ad quam domum perducat nos qui regnat trinus & vnus. Amen.

FINIS.



INDEX



INDEX RERVM ATQVE SENTENTIARVM MEMORABILIUM LOCUPLETISSIMUS,

Secundum ordinem alphabeticum, diligenter & accuratè collectus.

A

Anima

Cogita

Mortis

FINIS INDICIS.